UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

BREF OCH SKRIFVELSER

AF OCH TILL

CARL VON LINNÉ

MED UNDERSTÖD AF SVENSKA STATEN

UTGIFNA AF

UPSALA UNIVERSITET

BREF OCH SKRIFVELSER

AF OCH TILL

CARL VON LINNÉ

ANDRA AFDELNINGEN

UTLÄNDSKA BREFVÄXLINGEN

DEL 1

ADANSON—BRÜNNICH

UTGIFVEN OCH MED UPPLYSANDE NOTER FÖRSEDD

AF

J. M. HULTH.

1445-92
3 | 12 | 17

UPSALA
A.-B. AKADEMISKA BOKHANDELN

BERLIN
R. FRIEDLÄNDER & SOHN

I KOMMISSION

QH
44
U8
ser.2
v.1

UPSALA 1916
AKADEMISKA BOKTRYCKERIET
EDV. BERLING.

Den förutvarande redaktören för Linnés brefväxling, professor Th. M. Fries, slutade den 29 Mars 1913 sitt verksamma lif till oersättlig förlust för Linnéforskningen. Han hade utgifvit sex delar af den svenska afdelningen och stod just i begrepp att lämna manuskriptet till en sjunde del till tryckning, då döden kom hindrande emellan.

Universitetets redaktionskommitté beslöt emellertid efter Fries' frånfälle att låta denna sjunde del anstå tills vidare och närmast skrida till färdigställandet af en första del af den utländska brefväxlingen. Äfven för denna afdelning har Prof. Fries gjort förarbeten, i det han tagit afskrifter eller åtminstone annoterat förekomsten af de flesta af honom kända brefven från Linné; större delen af brefven till Linné har under hans inseende kopierats från originalen i Linnean Society i London.

Då nu utländska afdelningens första del ändtligen föreligger färdig, är det utgifvarens plikt att säga några ord om densamma.

I likhet med min företrädare har jag sökt att återgifva breftexten så bokstafstroget som möjligt. Dock ha liksom förut förkortningstecknen upplösts. För gröfre skrif- och språkfel har utsatts ett [!]; ibland har det riktiga ordet satts inom klammer. Linnés bruk af små bokstäfver i stället för stora och hans kommatering har man noggrannt sökt iakttaga. Ehuru han sällan skrifver *i* med punkt, eller *t* med streck öfver, ha dock dessa typer riktigt återgifvits.

Hvad noterna beträffar, har jag i allmänhet sökt att göra dem så korta som möjligt. När förklaring lämnats i de förut utgifna delarna, har jag oftast nöjt mig med hänvisning till dessa. En del af de figurer, som ibland åtföljа brefven, ha medtagits, för att brefinnehållet lättare skall kunna förstås. I registret ha utom personnamn äfven bl. a. upptagits sådana växt- och djurnamn, som något utförligare behandlats.

Jag har vidare att till alla dem, som på ett eller annat sätt varit mig behjälpliga under arbetets gång, framföra uttrycken af min djupt kända tacksamhet. Så har f. d. Rektor C. A. Brolén i Upsala ägnat mycken tid och ett aldrig svikande intresse åt granskningen af de latinska brefven i manuskript och korrektur. Dr. B. Daydon Jackson, generalsekreterare i Linnean Society i London, har välvilligt läst korrektur på alla bref, som i original finnas i Linnean Society och dessutom stått till tjänst med besvarandet af många frågor. Meddelanden om förekomsten af hittills okända Linnébref ha lämnats af Doc. Hj. Lindroth i Lund och Dr. A. R. Cederberg i Helsingfors. Linnébref i original ha utlånats eller fotografier af sådana anskaffats af Dr. E. Förberg i Djursholm, handlanden N. Rosén i Malmö, markis Henry Aymen de Lageard i Castillon sur Dordogne, herr F. Bornmüller i Weimar, Vetenskapsakademien och Universitetsbiblioteket i Amsterdam, Hertigliga biblioteket i Gotha, Riksarkivet i Haag, Universitetsbiblioteken i Köpenhamn och Leipzig. M. F. Breignet i Bordeaux har benäget granskat korrekturet af ett bref till Aymen. Prof. O. Mattirolo i Turin, som välvilligt besvarade ett par frågor rörande det sista brefvet från Linné till Allioni, granskade sedermera i förening med prof. Belli äfven de förut tryckta brefven till Allioni, och äro de af dem gjorda ändringarna införda i slutet af boken.

Med upplysningar af många slag har jag blifvit understödd af herrar Dr. Carl Forsstrand, professorerna Rob. Fries, C. Lindman, E. Lönnberg, Y. Sjöstedt och E. Tullgren i Stockholm, af öfverbibliotekarien Aksel Andersson, professor A. Appellöf, förste bibliotekarien A. Grape, docenten N. von Hofsten, förste bibliotekarien A. Nelson och andre bibliotekarien O. Walde i Upsala.

Upsala i September 1916.

J. M. Hulth.

Innehåll.

Bref till och från nedanstående:

	Sid.
Adanson, Michel	1
Agnethler, Michael Gottlieb	6
Allamand, Frederik	7
Allioni, Carlo	19
Amman, Johann	50
Amoureux, Pierre Joseph	67
Andrew, John	68
Angerville, Louis François Augier d'	70
Antivari, Christopher Theodor von	74
Arduino, Pietro	76
Ascanius, Peder	94
Aymen, Jean Baptiste	107
Bailly, Jean Sylvain	135
Baldinger, Ernst Gottfried	137
Balfour, John, & Co.	142
Baltimore, Frederick Calvert, lord	142
Banks, Sir Joseph	150
Barnades, Miguel	152
Barrère, Pierre	158
Bartels, Peter	164
Barthélemy, François, Marquis de	165
Bartram, John	165
Bartsch, Johann	168
Bassi, Ferdinando	226
Bassi, Joh. Bapt.	240
Baster, Job	241
Batigne, Paul	252
Bauder, Johann Friedrich	253
Beckmann, Johann	254
Behnisch, C. F.	269
Bergen, Carl August von	269

Sid.
Bernstorff, Johan Hartvig Ernst 277
Bertellet, Pierre Jean de 281
Bertouch, Ernst Albrecht von 281
Besche, Johan Carl de 284
Bicker, Lambertus 284
Blackburne, Anna 284
Boddaert, Pieter 287
Boerhaave, Herman 313
Bohn, Johann Carl 316
Bolten, Joachim Friedrich 316
Bon de St. Hilaire, Francois Xavier 317
Borchgrevink, Jens Finne 317
Born, Ignaz von 319
Breteuil, Louis Auguste Le Tonnelier 321
Breyne, Johann Philipp 322
Browne, Patrick 339
Brückmann, Franciscus Ernst 362
Brünnich, Morten Thrane 374

ADANSON, MICHEL.

Fransk naturforskare, medlem af franska institutet. Född 1727, död 1806. Aren 1748—1754 reste han i Senegal och hemförde därifrån storartade samlingar. I sina arbeten, såsom t. ex. *Familles des plantes* (Paris 1763), angrep han häftigt Linnés system och vetenskapliga verksamhet, hvaröfver Linné i bref till sina vänner ofta bittert beklagade sig. Se bl. a. bref till Abr. Bäck, Afd. 1: D. 5, s. 127.

1.

Ex ora africae occidentali redux, de meo in galliam adventu, certum te facere volui. Historiae Naturali et Physicae a puero deditus, amicorum consiliis suasus, iter quinque annorum ad terras aequinoxiales in concessione Senégal nuncupata susceperam. Cum mihi per Litteras D. B. Jussieu[1] compertum fuerit me notum tibi propter plurima mea in hac scientia et Botanicâ praesertim, observata, quae quotannis ad Academiam Parisiensem legenda mittebam, te diutius de meo reditu ignorare, nec mei animi nec meae in meritissimum Botanicum benevolentiae fuisset. Tua uti familiaritate et consuetudine velim; et quidem de historiae naturalis arcanis tecum litteris tractare, simul de observatis in exteris regionibus, cum per praesentia licebit negotia, primum mihi erit. Multa in his nova, plurima ab autoribus imperfecte descripta, et adhuc plura ad genera male relata accuratis observationibus detexi, ut et tibi videre erit in opere, quod anno proxime sequenti sum editurus: sed de his alias fusius. Nunc, quod tibi gratius erit, Semina Senégalensium et antea nemini cognitarum Plantarum accipias. Nova tantum tibi Novem mitto genera, et quantum in Epistola licet contineri, ut ex iis judices, et caeteri judicent Botanici, quantum adhuc restet in Botanica agendum ad perfectam artificialis methodi rationem instituendam. Haec genera sub numeris nostris sic veniunt. N:o 15. Bdellifera arbor, i. e. ex quâ fluit gummi-resina Bdellium dicta. N:o 33, N:o 42. Kahower qui et cerasus Europaeorum, N:o 53. 76. 98. 101. 109. et 213.

De iis si notum quid fuerit, praesertim quoad Bdellium, scribas. Sub nomine Thuris ab Europaeis indigitatur, et hujus loco ad usum Ecclesiarum in Europam mittunt; sed ab eo licet non multum differat; per examen tamen, omnia huic cum Bdellio esse communia facile demonstratur. Me plura dicere vetat tempus; haec conjunctissimi animi pignora sufficiant, usque dum otium suppetat plura mittere.

Salutem tibi plurimam dicit, cl. B. Jussieu. Vale: negotia Botanica prosequere, rei herbariae lumen adjice; ego quoad nova et adhuc incerta, officia mea praestandi occasionem laeto animo accipiam.

Tibi Deditissimus et
Devotissimus cultor

Adanson.

Parisiis 28^{a} Junii 1754.

Linn. Soc., Vol. I: 1—2.

Engelsk öfversättning tryckt i J. E. Smith, *A selection of the correspondence of Linnæus*, Vol. 2, 1821, s. 465—467.

[1] Bernard de Jussieu, se Afd. I: D. 3, s. 70, not 3.

2.

Doctissimo D. Adanson.

Te feliciter in patriam reducem ex animo gratulor; nullus dubito quin plurima attulisti nova et curiosa, quum vidisti regionem a paucis sapientibus umquam calcatam; Rudis plebs nec attendit ad plantas, nec insecta et reliqua animalia; nec ad terras et lapides, sed pecoris instar stupida incedit. Tanto magis Tibi gratulor cui fata reservarunt tam multa, quæ avide exspecto in proximum annum videre edita!

Pro seminibus a Te missis debitas gratiarum actiones refero; cum autem spes vix mihi supersit ut ullum horum germinet, enixe et supplex petam, ut si specimina in multiplo possideas plantarum exsiccatarum aliquod frustulum pro me serves; remittam lubenter alia, si quæ possideo Tibi grata.

Accepi nuper Herbarium integrum Palæstinæ et Cairi, collecta a D. Hasselquist, in quibus variæ plantæ antea obscuræ et multæ novæ.[1]

Nullus dubito, nec umquam dubitavi quin multa etiamnum restant et forte semper restabunt ad artificialis methodi perfectio-

nem; sed multorum opera concurrentia fastigium qualecunque imponent

Adansoniam[2] ex tuis seminibus dudum accepi a D. Bernh. Jussieu; quæ etiam satis bene crescit; quomodo autem sit colenda non rite perspicio; cum sero apud nos in caldario folia promat.

crescit etiam ex Tuis seminibus *Acaciæ* species cortice albo. Sic noveram Te ex Tuis donis, antequam ullus de Te scripserat, præterquam Ill. Jussieu.

Vale et pomœria Rei herbariæ extende, artem Tua luce illustra. devota mea officia dicas DD. Bernh. de Jussieu, quem præ omnibus colo et veneror.

Upsaliæ
1754 d. 1 Octobr.

Tui nominis
cultor devotus
Car. Linnæus
Equ. aur. stell. pol.

Utanskrift:

Viro Clarissimo
DD. Adansono
Parisiis.

Sigill IV.

Efter ett fotografiskt faksimile jämte aftryck i *Revue scientif. du Bourbonnais et du Centre de la France*, Moulins, Ann. 12, 1899, s. 217—221 (»Une lettre de Linné à Adanson»). Originalet ägdes vid denna tid af en G. de Rocquigny-Adanson i Moulins.

[1] Fredrik Hasselqvists (f. 1722 † 1752) samlingar och manuskript inlöstes af drottning Lovisa Ulrika och kommo 1754 till Drottningholm.

[2] *Adansonia*, se nästa bref, not 3.

3.

Viro Praenobili Celeberrimoque
D. Car. Linnæo
Archiatr. Reg. Bot. Prof. Ups. Equit. aur. &c.
S. P. Dicit. Michael Adansonus.

Desideratas diu tuas accepi, absque datâ Litteras,[1] nihilo tamen minus gratissimas. Responsum ipsis parabam, cum innumera simul impedimenta ingruerunt. Lugebamus enim carissimum Anton. Jussieum,[2] raræ virtutis, vastæ eruditionis virum, et Botanices Parisinæ Professorem, quem mors

inopina ante diem rapuerat. Simul phlogosis oculum dextrum eumque debiliorem D. B. Jussieui occupavit pertinax, et quidem cum magno visus periculo. Interea tempus demonstrationis Plantarum in h. a. Parisiensi urgebat; unde Plantis Europæis totum incumbere necessum fuit. Herborisationum partem in me suscepi ut amicissimum B. Jussieum aliquatenus sublevarem. Denique a Iunio usque præsentem 8:bris mensem, collectioni, exsiccationi et descriptioni Plantarum totum me dedi, domesticis insuper negotiis sæpe sæpius distractus. En causas; quibus adde quod in locum Ant. Jussieui Academiæ decies centies-ve præsentandum fuit.

Inter plurimas novas historiæ Nat. observationes quas academiæ Par. communicaveram, descriptionem integram gen. *Bahobab* quam B. Jussieus Adansoniam[3] dixerat, historiam dudum legeram, cum tuæ ad me pervenere Litteræ. B. Jussieu noluit me absente hujus descriptionem tibi communicare, ne mihi hanc tibi quid grati faciendi occasionem eriperet. Hujus itaque caracteris summam quam petis mitto, ex ipsis actis Acad. edendis, seu potius ex meis manuscriptis Latinis excerptam, eamque juxta tuorum generum normam concinnatam coactamque: Sic in publicum mittendam censeo:

Adansonia.

Cal. Perianth. Unicum, monophyllum, semiquinquefidum, cyathiforme; laciniis revolutis, deciduum.

Cor. Petala quinque, suborbiculata, nervosa, revoluta, unguibus invicem et staminibus connata.

Stam. Filamenta numerosa (700 circiter) inferne in tubum conicum coalita, ipsum coronantia, horizontaliter patentia. Antheræ reniformes, incumbentes.

Pist. Ovarium subovatum. Stylus longissimus, tubulosus, varie intortus. Stigmata 10 ad 14 prismatica, villosa, radiatim patentia.

Pericarp. Capsula ovalis maxima, lignosa non dehiscens, intus 10 ad 14 locularis, pulpa sicca et seminibus referta; dissepimentis membranaceis longitudinalibus.

Sem. numerosa, fere ossea, reniformia, pulpa friabili involuta.

Hinc vides quantum a cæteris Malvaceis differat 1:o Calice statim a florescentiâ deciduo; 2:o numero et situ filamentorum in apice tubi monadelphi. 3:o Stigmatum numero et figura. 4:o Capsula lignosa non dehiscente; ejus pulpa et loculis. 5:o Foliis compositis digitatis. 6:o denique arbore ipsâ, quae omnium huc usque notarum trunco et ramis facile vastissima est, et veluti stupendum africæ monstrum in regno vegetabili. Senegal tantum pro Patria agnoscit arbor hæc, unde fructus commercii causa, cum fructu Aghialid[4] quotannis a Senegalensibus in Ægyptum

transfertur. Ibi demum in quodam horto sata semina, arborem unum alterumve ex P. Alpino[4] monstrant, eumque magnitudine parum notabilem, et fortassis nondum florentem, ut ex figura Alpini in toto præter fructum falsa conjicere licet. In Martinica americæ insula similiter una religiose servatur, jam adulta, florens et fructum ferens, a nostris quondam Nigritis sata. Hæc et similia in Epicrisi ad academiam Par. plane demonstravi.

Alter tomus historiæ nostræ Senegalis mox prælis mandandus est.[5] Simul-ac prodibit, si quem cui rectè committam invenero, curabo ad te nomine meo perferendum.

Aves nostræ humeris spinosis ad accessum hominum clamitantes, an eædem sint ac eæ quas dixisti charadrium spinosum, affirmare nullus datur locus, cum in tuo Systemate Nat. Edit. 6:a 1748, quæ ultima ad nos pervenit, non reperiatur, nec magis notum sit iter allegatum Palæstinæ.[6] De alterâ vero quam dicis Fulicam spinosam non item. Certe non eadem est ac avis quam suspicaris Edw. Tab. 48.[7] hæc enim carunculâ unicâ ad frontem, et digito postico longissimo donatur: nostra vero duo palearia ad faciem ante oculos gerit; digito postico brevissimo Tringæ vel gallinulæ instar, et colore valde differt; estque si non genere, saltem specie distinctissima, nec ullibi, quantum novi, descripta depictave.

Ex Conchyliis nostris quæ tibi desunt difficile, ne dicam impossibile, erit singula tradere, cum plurima exemplaria solitaria, vel saltem sic collecta fuerint, ut varietates notabiles proponant. Non nulla tamen ubi præsens indicabitur occasio mittam lubenter si desiderantur, uti *Pietia* Tab. 1 et fig. 24 et 32 Tab. 9.

Agihalid[4] P. Alpini non est, ut reris, Ximeniæ species. Hæc a Plumerio quondam in America observata in maritimis Senegalis frequens est, et staminibus 8 donata, Agihalid vero P. Alpini quæ est Planta Senegalis indigena, demum in Ægypto . . . .[8] sata, decandra et dodecandra est, et generis plane novi, vix ad ullam classem naturalem Europæarum plantarum revocanda. Has itaque duas plantas in totidem genera distinctissima dispertiendas esse ex propriâ autopsiâ constat. Notare interim debeo quod ex omnibus fere generibus exoticis a peregrinatoribus antea constitutis, similia fere dicenda sint, cum vix ullum certe et bene descriptum, vel caractere generico proprio solide statutum sit, saltem quoad centum et plura genera Americana, vel Indica quæ in Senegalensi peregrinatione observare contigit. Centum alia plane nova genera obtulit idem clima, orbi Botanico certe ob novitatem non dedignanda.

Salutem tibi plurimam nunciat B. Jussieus. Quod autem me de [!] civitate academica Upsaliensi donando,[9] te pro viribus facturum polliceris,

tibi grates rependo; summo enim teneor desiderio cum hac vestra celeberrima academia commercia litteraria inire quoad observationes historiæ Nat. Europæas; quod enim Senegalenses spectat, manus, ut intellexisti per Prospectus nostros, habeo pridem cum publico ligatas. Interea vestrae favori amicitiæque simul me commendans huic finem inscribam. Vale itaque vir clarissime.

Dabam Parisiis 2:â Octobris
1758.

Utanskrift: *A Monsieur*
Monsieur Linnæus Professeur
de Medecine et de Botanique; des Academies
de Stockolm, Upsal, Berlin &c.
à Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 3—4. Engelsk öfvers. tryckt i Smith, Vol. 2, s. 467—471.

[1] Detta Linnés bref är nu okändt.

[2] Antoine de Jussieu, se Afd. I: D. 4, s. 12, not 1.

[3] Adansons beskrifning utkom först 1761 med titel: »*Description d'un arbre d'un nouveau genre, apellé Baobab, observé au Sénégal*» (Paris, Acad. R. des Sc., Mémoires de mathém. et de phys., 1761, s. 218—243, pl. 6—7.) För detta släkte hade B. de Jussieu (redan 1751?) föreslagit namnet *Adansonia*, hvilket upptogs af Linné i Appendix t. *Sp. plant.* 1753 s. 1190 (utan beskrifning). Adansons i detta bref gjorda diagnos är nästan oförändrad införd i Linnés *Gen. plant.*, Ed. 6, 1764, s. 352. Se i det följande Linnés brefvexling med Jussieu 1751.

[4] *Agihalid*, beskrifven och afbildad af Prosper Alpini (italiensk läkare och botanist, f. 1553, d. 1617) i hans *De plantis Aegypti liber* (Venet. 1592, Ed. 2 Patavii 1640), upptages af Linné i *Sp. plant.* 1753 som synonym under *Ximenia ægyptiaca*. Kallas nu *Balanites ægyptiaca* Del.

[5] Denna andra del kom aldrig ut. D. 1 trycktes 1757 i Paris med titel: *Histoire naturelle du Sénégal. Coquillages. Avec la relation abrégée d'un voyage fait en ce pays . . .*

[6] Fredric Hasselquist, *Iter Palæstinum* (Stockholm 1757).

[7] George Edwards, *A natural history of uncommon birds* (P. 1—4. London 1741—51).

[8] Något ord här bortslitet.

[9] Adanson blef aldrig invald i K. Vetenskaps Societeten i Upsala.

AGNETHLER, MICHAEL GOTTLIEB.

Fil. och med. d:r. Född i Hermanstadt 1719, död i Helmstädt 1752.

I bref, dateradt Halae Salicae d. VII Martii 1751 (Linn. Soc., Vol. I: 7—8), underrättar han Linné, att han till honom afsändt sin nyligen ventilerade doktorsafhandling [: *De Lauro* (Halæ 1751)].

ALLAMAND, FREDERIK.

Född i Schweiz omkr. 1735, möjligen son till sedermera professorn i Leiden J. N. S. Allamand (1713—1787), inskrefs vid universitetet i Leiden 1749 »honoris causa». Med. doktor.

Såsom framgår af brefväxlingen, har han vistats i Surinam och där gjort naturvetenskapliga, särskildt botaniska samlingar, om hvilka han meddelat Linné underrättelse i ett numera förkommet bref. I Linnean Society's år 1896 tryckta bibliotekskatalog upptages ett manuskript af Allamand med titel: *Genera plantarum Americanarum*, som möjligen åtföljt detta bref. Tyvärr har manuskriptet icke trots ifrigt sökande kunnat återfinnas.

4.

Viro Clarissimo
DD. FRID. ALLAMANDO
Medico Celeberrimo

s. pl. d.
Car. Linné.

Accepi Tuas V. C. die 3 Nonas Novembr. datas, nec quidquam pulchrius vidi. Quod me hisce participem voluisti grates Tibi rependo, quamdiu vixero. Plura ex hac Tua unica epistola didici, quam ex centum voluminibus. Tot observationes rarissimas et accuratissimas nullus umquam misit. Plantas enim Tuas non describis ut veteranus Floræ miles, sed ut summus Præfectus in Floræ castris. Nec possum capere quomodo Tu pervenisti ad tam solidam in re herbaria eruditionem, quæ requirit integram ætatem acutissimi Viri. Nullum verbum exposuisti sine ponderatione, nullum superfluum; Nihil etiam omisisti, quod observari debuit. Si plerique Botanici Tua methodo procederent, Res herbaria brevi ad summum fastigium eveheretur. Quis peregrinator ejusmodi umquam præstiterit? Gratulor arti quod fata Te perduxerunt in terram a nullo Botanico calcatam, ubi omnium rarissimæ, sed simul maxime obscuræ, in hunc usque diem, latent plantæ. Perlegi Tua Genera non semel, sed centies et quidem toties et cum summo oblectamento et cum insigni fructu; exposuisti enim omnia ac si ea coram vidissem.

Calamariæ Tuæ *Aglaja, Scariphus, Epigone, Phryganium* affines Cyperis, Scirpis, Schoenis, quamdiu specimina se non sistant, in istis, qua[!] etiamnum laborat Botanice tenebris, non facile eruuntur; didici tamen etiamnum e novo examinare omnia mea specimina et videre quæ et quot habent pistillum bifidum aut trifidum.

Gramina *Narthex* et *Phragmites* similiter in non visis difficile absque specimine et figura eruuntur.

Palilia[1] ita exposita est, ut plantam video coram me. Desideravi diutissime hujus descriptionem accuratissimam, quam hic dedisti adeo absolutam, ut nihil supra; adeoque hoc novum Genus per omnia secula durabit.

Galarips[2] etiam Genus e contortis est distinctissimum.

Merinthus videtur propius accedere ad Pæderiam ob fructum dispermum inter contortas. Qualia huic folia?

Scindapsus forte ut dicis monstrosus ex uno flore viso fuit; Flos 5-fidus, stamina 6, capsula 4 valvis dant nimis insolitam proportionem.

Copismus [Copsimus] absolute *Plinia* est;[3] Florem Tu pingis 4 fidum Plumier 5 fidum; aut itaque variet fructificatio, aut erit Tua distincta species a Plumieri. Tibi debeo quod Plinia spectat ad Icosandriam, nec ad Polyandriam, at vero miror maxime glandulas istas alternas in folio pinnato. anne Folium pinnatum posset esse ramulus foliis distiche positis et hæ glandulæ potius gemmæ? simile alias non visum est in toto regno vegetabili.

Caryocar[4] etiam erit sine omni dubio distinctissimum genus; anne in hoc styli 4 sint potius naturalis numerus, quam unus; cum natura non facile multiplicat stylum unicum, sed sæpe demit unum alterumve e pluribus.

Verticillatæ *Mimoglossa, Syssitus,* quamdiu non visæ, non lubenter assumuntur in ordine adeo naturali, ubi natura fecit unicum genus ex toto ordine, sed ars divisit in plura. Hyssopus nepethoides longe aliena est.

Apargia videtur distinctissima, nisi nimis accedat Verbenis; habemus enim Verbenas calyce inflato et fructu hispido, sed non dum rite novimus an fructus sit unilocularis an quadrilocularis s. tetraspermus.

Seris ungues perianthii longitudine reddunt hoc genus distinctissimum, nisi sit species Cleomes aculeis geminis ad alas.

Typhalæa [Tryphalæa].[5] Fructus in Sida et affinibus datur admodum varius, cum in hac calyx sit duplex 5 fidus, quæritur num

ne posset associari Urenis, ne Genera nimis multiplicarentur, sed si facies admodum aliena obtemperandum erit naturæ. Urena fruticosa Brown. jam. 281. eadem est.[6]

Ascoma. Bombaci et Adansoniæ affinis. multum hæsitavi utrum Adansonia esset distinctum genus a Bombace, quamvis Adansonia gerat farinam loco lanæ Bombacis; præcipue cum utriusque generis species sunt arbores vastæ foliis digitatis.

Papilionaceæ *Crioceras, Androtes, Barbilus, Aracus, Caracara, Ophicyamus.* difficile est in his non visis quidquam pronunciare, cum natura has adeo affines formavit, et fructus in Phaseolis Dolichis &c. adeo in diversis speciebus diversus sit.

Androtes ni fallor est eadem cum meo *Pterocarpo.*

Caracara forte eadem cum *Zoophthalmo* Brownii, qui ex ea distinctum genus constituit.

Aracus aculeatus est *Erythrina crista [galli] Mantiss. Bot.* 99 mea. *Erythrina laurifolia* Jacq. obs.

Holoconitis videtur mihi affinis Caleæ oppositifoliæ, sed semina in Holoconit. tua sunt plane nuda. Si habitus abludit debet distinctum genus formare.

Epidendra fere omnia figura et structura corollæ admodum in diversis speciebus diversa sunt; adeoque Epidesmum et Ripidium forte melius reliquantur sub Epidendri genere, quam si hoc genus in innumera genera separaretur; interim pulcherrimum est videre in his accuratissimam florum descriptionem; utinam eadem haberemus in omnibus Epidendri speciebus.

Spiriploca[7] omnino Helicteres species, licet stamina 5, quod probe observandum in hoc genere, ubi stamina numero diversa adeo sunt, ut etiam dentur polyandræ.

Clibadium[8] est genus omnium distinctissimum, toto coelo a Parthenio integrifolio diversum; confer Dill. hort. elth. utinam velles penna vel ruditer delineare faciem Clibadii.

Amamyx forte idem cum *Bactris* Jacquini, *Costum* meum descripsi ad plantam vivam olim florentem in Horto Cliffortiano.

Thalia perplacuit. numquam antea potui obtinere hujus vivum characterem.

Guara[9] forte potius distinctum genus conficiat a Trichilia, ne confundetur.

Seligas ex hisce generibus quodnam præprimis lubet, pro tuo nomine Allamanda, et quanto ocyus rescribas. Galarips, Caryocar, Clibadium videntur mihi distinctissima, quodcumque eligas erit a

me propositum in Mantissa altera propediem edenda, in qua 50 circiter nova Genera et species 400 et ultra rarissimæ plantarum ad sua genera relatæ.

Si rescribas, quod oro, sit titulus Epistolæ: *Societati Regiæ Scientiarum Upsaliæ*, cujus literas omnes ipse aperio.

anne vidistin umquam Surinami arborem *Plukenet phyt. t. 176 f. 4*[10] cujus fructus 5coccus tamquam et 5 margaritis splendidissimis in orbem connatis? fructum olim habui e Surinamo, et miratus sum ad quodnam Genus spectaret, an Evonymi generis vel alius.

Doleo quod Te antea non noveram. Excellit Belgium plurimis et præstantissimis Botanicis, sed absque fuco testor quod nullus sit adeo solidis principiis innutritus, ac Tu es.

Non satis possum mirari, quod Tu, qui me non noveras, potuisti mecum communicare aureos hos thesauros tuos tanto periculo conquisitos, tanto studio descriptos, tanto labore pro me exaratos.

Singulare est, quod e nulla regione extera habuimus tot Amphibia, quot e Surinamo, e nulla vero tam paucas plantas!

Ximenia quænam erat heptandra?

Hydroleæ characterem emendatum oro communices, ut et reliquorum si gratiose placeat.

iterum iterumque oro, ut primo cum tabellario rescribas quodnam genus pro Tuo nomine assumere liceat, cum hodie mss^{tum} requirit Typographus Holmensis, et nova Genera debent in opere omnium primum imprimi.

Vale et vive felix.

Upsaliæ 1770. d. 29 Novembris.

Original i Kon. Akademie van Wetenschappen i Amsterdam.

Af Allamands namn och beskrifningar ha, såvidt utg. kunnat se, inga andra inkommit i litteraturen än de, som Linné upptog eller citerade i *Mantissa plantarum altera*, och för hvilka redogöras här nedan i not 1—5, 7—9.

[1] I *Mantissa plant. altera* s. 147 står *Palilia* Authore D. Allamand som synonym till *Heliconia*.

[2] *Allamanda*, nytt släkte = »Galarips. authore D. Allemand». *L. c.* s. 146; arten *A. cathartica* s. 214.

[3] Under *Plinia rubra l. c.* s. 243 citeras Allamand.

[4] *Caryocar*, nytt släkte, »authore DD Allamand», *l. c.* s. 154; arten *nuciferum* s. 247.

[5] *Typhalæa* under *Urena Typhalæa*, *l. c.* s. 258.

[6] Patrik Browne (se Afd. I: D. 2, s. 213, not 3), *Civil and natural history of Jamaica* (Lond. 1756).

[7] *Helicteres pentandra*, *Mant. pl. altera* s. 294.

[8] *Clibadium*, nytt släkte, *l. c.* s. 161; arten *surinamense* s. 294 i st. f. *foetidum* Allemand mss.

[9] *Guarea*, nytt släkte »authore D. Allemando», *l. c.* s. 150; arten *Guara [!] trichiloides*, s. 228. (Linné skrifver än Allamand, än Allemand!)

[10] Leonard Plukenet (se Afd. I: D. 3, s. 67, not 7), *Phytographia* (P. 1. Lond. 1691).

5.

Perillustri Linnæo.

S.

Humanissimas tuas litteras heri læto omine accepi, ipsis nempe calendis Ianuariis; festinans rescribo ut petis. Satis fuisset ad animi incitationem vel minimus tui nutus, quanti igitur summus ille favor quo conaminum specimen dignatus es excipere? ad quem sane favorem quas tribuis laudes potius referre debeo quam ad propria merita quæ tanti non esse probe conscius sum.

Characteres genericos emendatos nec non specificos plantarum novarum minusve notarum quos ad te mittam exscribere jam incepi, propediem sinentibus fatis absolutum erit opus. Non est Illustrissime Vir quod mireris me observata ultro tibi offerre, quis non novit Botanica observata si qua non careant utilitate hanc ipsam tuis potissimum in manibus exsertura fore & ab interitu tuta futura, cum porro inventi honos inventori a te cum foenore rependatur. At breve labitur tempus urgentque negotia, paucis in præsentibus ad observationes & quæsita tua respondebo.

Calamariæ equidem sine specimine ab affinibus difficile distinguntur. — Scariphus spicis lateralibus, Cyperus est, terminali Scirpus, si eorum aliquis esse videatur Cyperus erit ob semina villis destituta — Epigone ab omnibus facile videtur distingui ex charactere quem dedi.

Gramina. Narthicis & Phragmitis specimina lubenter communicabo.

Merinthus est Cuscuta americana. pentandram plantam apud tetrandras non quæsitam pro nova habueram, ignota tunc mihi facie Cuscutæ europeæ. Differentias specificas fructificationis interea satis notabiles sic tradidi, sed Folliculi loco reponendum Pericarpium membranaceum inane.

Scindapsus. Veritus fui ne ex observatis erui posset naturalis numerus quem monstrosum vidisse facile cognovi.

Copsimus. Plinia ex charactere agnosci non poterat faciem ignoranti & Plumerii opere carenti. Unicum florentem vidi individuum, solamque fructificationem (ut scripsi) ad vivum adumbravi, inserto tantum in codicem ramulo, quem revera video non esse foliis pinnatis, esse imo oppositis sed ad angulum acutum decussatis ita paribus ut distiche sita videantur; gemmas agnosco pariter in sicco ramulo pro glandulis habuisse; sic saepe peregrinatori occurrunt plantæ ut præceps observandi sit occasio nunquam reversura.

Caryocar. innotuit Clusio nomine Amygdali Guianensis.

Verticillatæ. Mimoglossa videretur a reliquis verticillatis & quidem nota ni fallor essentiali distincta, linguam illam callosam intelligo, qua nescio an alia ulla instructa sit.

Apargia. Videretur a Verbenis distincta, si propius respicere digneris.

Seris. Cleomen refert facie, at Corolla cruciformis, petalis æqualibus. Staminum filamenta minime declinata nec laterales antheræ. Semina Salsolæ.

Ascoma. Bombaces, Adansonia, Ascomata, quo magis collata eo magis affinia ab his diffinia ab illis. Bombax pentandrum flore & ramificatione a congeneribus & affinibus haud parum abludit.

Tryphalæa. Urena fruticosa Brownii, mihi ignota erat.

Papilionacei. Crioceras Clusio videtur fuisse Orukoria s. Juruwa[1]. — Androtis a Pterocarpo Dracone Specie diversa si non genere. Barbilus fructu singulari videtur. — Cacara non fructu sed flore a Dolicho videtur differre. — Ophicyamus propius accedere. — Aracus est ut video, te monente, Erythrina, at queis dicenda quæ carina est inversa?

Epidendra. Difficile videbatur Epidesmum & Ripidium jungere Vanillæ. Species cæteras haud novi.

Clibadii nec ullæ compositæ icones effinxisse doleo.

Holoconitis. præter quod semina habeat nuda & corollam radiatam, pertinet ad polygamiam superfluam: quomodo affinis Caleæ oppositifoliæ? nisi hæc male exposita ab autopticis.

Amamyx potest esse Bactrum me nescio, Iacquini operibus haud potior. Anne notus est Character naturalis Palmæ sacciferæ Clusii? Spatham, fructum, arborem, frondes novi, non vero flores: Sic de palmis pluribus.

Costus arabicus ad vivam plantam a te descriptus differt igitur ab Americano, Perianthio minimo, Labii inferioris limbo trifido &c. an defectu valvulæ illæ naviculatæ qua gaudet americanus?

Arbor Plukenet: de qua sciscitas, mihi visa non est.

Ximenia americana, heptandra quondam visa fuit.

Hydrolea inter genera quorum characteres emendari debuerunt vix numeranda erat cum a charactere dato tantum diversa visa perianthio quinquepartito loco penthaphylli. Flos quidem trigynus tantum mihi visus, at capsula bilocularis eodem in individuo.

Oblatus honos, non ut merita palma sed ut prætiosum favoris tui pignus, erit acceptissimus, Galarips si ita tibi videatur in hunc finem inserviat[2]. Utinam in grati animi tesseram rariorum plantarum specimina mittendi daretur opportunitas, si quam nostis viam hanc quæso patefacias? His finem imposituro liceat ineuntis anni occasione omnia tibi tuisque felicia faustaque precari,

Vale & fave
Tui observantissimo
F. Allamand.

Bergen op Zoom.
17 2/1 71.

Genus omissum in MS^{s} communicato, quod loco Pliniæ dicatur Copsimus, si novum.

Cal. Perianthium monophyllum, concavo-patens, quinque-dentatum persistens.

Cor. Petala quinque, obovata, patentia, calyci inserta.

Stam. Filamenta decem, calyci inserta, brevia divergentia. Antheræ longæ, rectæ, convergentes.

Pist. Germen subrotundum inferum: Stylus superne crassior, declinatus, incurvatus. Stigma capitatum.

Per. Bacca globoso-truncata, calyce plano coronata.

Sem. numerosa, minutissima, nidulantia.

Obs. Calyce supero & stylo differt a Melastomate. Stamina alioquin, quamvis filamentis non retrofractis, insertione obliqua antherarum

simile quid referunt. Folia porro aliquam affinitatem monstrant, at inflorescentia plane diversa est.

1. C. foliis fructuque glabris.

Mespilus vulgo.

Itara, indigenis.

Habitat per totam Guianam.

Arbor. Folia ovata, quinquenervia, spithamea. Pedunculi uniflori, sparsi in ramis & trunco. Corollæ albæ. Baccæ albæ, molles, esculentæ, saporis mellei gratissimi. (facie prorsus Mespili demptis dentibus calycinis.)

2. C. foliis fructibusque pilosis.

Habitat in Surinam.

Omnia ut prioris præter pilos & baccam minus truncatam.

3. C. . . . . .

Itarabali, indigenis.

Habitat in Essequebo.

Baccæ cæruleæ. Priore itinere observata nec revisa.

Linn. Soc., Vol. I: 21—22.

[1] *Orukoria* eller *Juruwa* (= *Drepanocarpus* Mey.) i Car. Clusius (se Afd. I: D. 4, s. 56, not 2), *Exoticarum libri decem* (Antverpiæ 1605, s. 48—49).

[2] Se föreg. bref, not 2.

6.

Ill.^{mo} C. Linnæo F. Allamand. S.

Observationum en pugillum alium quo expositi Characteres generum emendati aut Specierum notæ dissentientes a datis characteribus quos Speciebus aliis adæquandos corrigere nostrum non est.

Species novas sinentibus fatis demum communicabo, ubi e desiderata Mantissa discernere dabitur ita dicendas.

Quum autem rescripto quædam festine reposuerim, Animadversionum occasione quas impertire dignatus es, liceat heic proposita Genera iterum expendere:

1. Aglaia.

Distinctissima inter Calamarias, distincta inter Gramina si a Nardo. Valvula minore amplexante: Stigmate bifido: Semine orbiculato.

2. Scariphus.

Cyperis sociari posset, non obstantibus stigmate bifido & semine orbiculato: at, spica terminali undique imbricata squamis, conjungeret scirpos cum dentur seminibus nudis.

3. Epigone.

Distinctissima a Schoenis, licet petala 4 aut 6 quodammodo imbricata, at constituentia 2 aut 3 corollas bivalves suis singulas genitalibus. vid. fig. α Panicula. β Spicula magnitudine situque partium naturali. γ Eadem lente triplicata. δ valvulis diductis.

4. Phryganum.

Involucris distinctum, dum cæteris a Cornucopiæ & Cynosuro.

5. Narthex[1].

Essentialiter distinctus situ proportioneque Nectarii. vid. fig.

6. Phragmites.

Airæ forte affinis. Ab Arundine diversa: aristis: corolla villosa tota: Stigmatibus penicillatis: Semine nudo.

7. Palilia.

Bihai ergo amovendum a Musa. An P. parva ignota, præter Mér.[2] fig?

8. Galarips.

An ab unico Barrere[3] indicata? Videtur Fraylecillo, Gumilla orinoc. c. 46[4].

9. Merinthus.

Cuscuta americana. Vid. differentias speciales.

10. Scindapsus.

Convolvulo videtur affinis: Spectat verosimiliter ad 5andriam, licet stamina 6 in unico flore. Capsulæ, cum persistente calyce, plures visæ.

11. Copsimus.

Plinia brasiliensis. Sp. nov? (Numerus forte variat. Calyx obtusus, nec acutus. Pericarpium proportione naturalissima, nec bacca maxima. Semen parvum ovatum scabrum bifidum, nec maximum globosum glabrum. Ramuli foliis subdistiche oppositis plurimis ovatis, nec folia pinnata foliolis circiter 12 ovato-lanceolatis. Adde fructus rubros, nec croceos).

12. Caryocar.

Stylos 4 naturales, artis lege & fructibus sæpius 4 spermis conjiciendum, flores nimis pauci visi ad concludendum pluralitate.

13. Mimoglossa.

Ballota ocellata Sp. nov. Combinanda, Involucrum foliolis ovato-lanceolatis: Corollæ labium superius bipartitum, inferius lacinula intermedia compressa concava, (silendum palatum callosum prominens): Antheræ incumbentes: Calyx defloratione elongatus basi ventricosus. Singu-

lare corollæ ocelli, unde portentosa facies personæ oculatæ lingua exserta. Folia ovata basi indivisa, nec cordata B. suaveolentis. Conf: reliqua?

14. Sissytus.

Clinopodii differentias video nunc constituere, Involucrum duplicatum? Calycem æqualem. Corollæ lacinulam infimam concavam. Stigma obtusum. An S. inodorus C. rugosum? S. Suaveolens C. incani varietas foliis glabris?

15. Apargia.

Distincta videbatur, calyce æquali. Corolla æquali, limbo erecto. Pericarpio manifesto; constante forte arillis 4 connatis, indicante figura. Tetrandra tetrasperma, certissime. Verbena lappulacea diandra? Sp. pl. affirmative gen. pl. obs.

16. Seris.

Habitus Cleomes. Genus diversum. Corolla cruciformis. Petala æqualia. Filamenta erecta. Antheræ terminales. Semina cochleata.

17. Tryphalæa.

Urena fruticosa Brown. U. sit. combinatis notis.

18. Ascoma.

Diversum, ab Adansonia, Stigmate unico, ab ipsa & Bombace, Calyce integerrimo; Seminibus absque lana, pulpa aut polline. Arbor frequentissima Guianæ flumina ambiens, ubi desinunt Rhizophoræ.

19. Crioceras.

Distinctus essentialiter, Filamentis omnibus connexis cum Legumine cochleato. Vid. fig. apud Clusium, titulo Orukoria.

20. Androtis.

Diversa a Pterocarpo dracone, genere crediderim, specie certissime; utramque vidi. — A: habitus alienus: Legumen coriaceum reniforme sinu pedunculatum, nec lignosum ala foliacea marginatum: Balsamum coctione extrahendum, nec Succus ruber manans vulneribus. — P: visus in Essequebo oriundus Orinocco, diversus iterum a Zeylanico quatenus Arbor non sarmentosa, Corollæ phoeniceæ nec luteæ semina uno plura, fl. zeyl. 417. vid. fig.

21. Barbilus.

Distinctus Vexilli ungue calyce longiore cum Legumine lignoso monospermo, maxime inter reliquas filamentis diadelphis & stigmatibus pubescentibus. (Sed nomen mutandum ob Barbilum fl. Iam. am. acad. 5.)

22. Aracus.

Erythrina? Calyx 5dentatus, nec integer. Vexillum subrotundum, nec lanceolatum. *Filamenta diadelpha,* nec connata. Antheræ simplices incumbentes, nec sagittatæ.

23. Cacara.

Zoopthalmum Brown. Sed a Dolichis diversum, Vexilli figura proportione flexione, Alarum & carinæ figura &c.

24. Ophicyamus.

Distinctus a Dolichis Vexilli callis nullis & stigmate non pubescente.

25. Holoconitis.

Bifrons, si foret, seminibus nudis distincta maneret, si Caleæ oppositifoliæ papposa.

26. Epidesmum.

Habitus, Corolla marcescens, Capsula ejusque cingula, semina Scobiformia, Orchidis affiniumve: dum nulla facies, nec figura corollæ aut nectarii, nec siliqua, nec semina granosa Vanillæ.

27. Ripidium.

Distinctum a reliquis Orchideis Capsula sexcarinata. Horum & Epidendri combinatis notis, exclusis dissentientibus, superest character ordinis.

28. Spiroploca.

Helicteres spiroploca. Sp. nov.

29. Clibadium.

30. Amamyx.

Si Bactrum Iacq. an Species eadem? Congenera forte Palma inermis caudice altiore, facie cæterum non aliena, fructu simillimo, quæ Manicole, indig. Palissade, vulgo, Decara, Marcg. bras?

Copsimus. epist. resp.[5]

Ad Melastomas olim coacta, revisis notis patuit distinctissima calycis Situ & Stylo.

His nunc V. E. considerationi tuæ expositis, Genera confirmanda tuo ut par est judicio submitto, mihi satis erit obolum in urnam misisse: utinam me ulteriore litterarum commercio beare velles & certum facere quod displiciturus non ero reliquas observationes communicaturus Botanicas, Zoologicas, Mineralogicas, Medicas. Has interea, ut priora tentamina dignatus es benigne accipe. Vale!

Scribebam Montis ad Zomam, vulgo Bergen op Zoom, Septimo Idus Septembris. 1771.

P. S. Si V. E. rescribere dignetur, auderemne rogare vellet notum facere an typographo Holmensi L. Salvio aliquod directum commercium sit in Belgio & quibus potissimum cum Bibliopolis?

Original i Linnean Society i London. Det låg tillsammans med ett litet manuskript af Allamand med titel:

Friderici Allamand Observationes Botanicæ Americanæ. Pars altera. Titelbl., 7 blad text och 8 blad teckningar. 8:o. (188 × 115 mm.)

En Pars prior har väl också funnits, ehuru nu okänd. På de första 11 sidorna förekomma »characteres generum emendati» till 37 växter. Därefter följa 3 sidor med utförligare beskrifningar på de i det föregående som nya anförda arterna: *Costus americanus, Cinna? graminea, Polypremum scoparium* (Linné tillskrifvit: *Scoparia*), *Cissus alata, Cordia racemosa, spicata & paniculata, Tabernæmontana viscida, Plinia brasiliensis, Annona squarrosa & foetida, Antirrhinum paradoxum, Capraria asperifolia, Bombax castoreum, Hedysarum? gilvum, Viola diandra, Helicteres Spiroploca.*

De 8 bladen med teckningar upptaga följande växter:

1. *Palilia parva.* »Dr. Allamand. del. Surinam. 1759.»
2. *Androtis.* »Dr. Allamand. del. Essequebo. 1756.» — *Aracus inermis.* »Dr. Allamand. del. Surinam. 1759.»
3. *Epidesmum.* »Dr. Allamand. del. Surinam. 1760.»
4. *Costus.* — *Thalia.* — *Theobroma Cacao.*
5. *Trichilia Guara.* — *Copsimus.* »Dr. Allamand. fructificat. del. ad vivum. folium ad siccum.»
6. *Ripidium.* »Dr. Allamand. del. Surinam. 1760.» — *Spiroploca.* »Dr. Allamand. del. Sur. 1759.»
7. *Ophicyamus antitoxicus.* »Dr. Allamand. del. Surinam. 1759.»
8. *Cacara recta.* »Dr. Allamand. del. Surinam. 1759.»

Troligen har det funnits flera teckningar att döma af hänvisningarna i detta bref.

---

[1] Tillskrifvet af Linné: *Panicum crus galli.*

[2] Maria Sibylla Merian, se Afd. I: D. 2, s. 275, not 5.

[3] Pierre Barrère, se Afd. I: D. 6, s. 427, not 3. Utgaf bl. a. en *Essai sur l'histoire nat. de la France équinoxiale* (*Cayenne etc.*) (Paris 1741).

[4] José Gumilla, spansk jesuit och missionär i Sydamerika, f. omkr. 1690, d. omkr. 1756. Utgaf *El Orinoco ilustrado* (Madrid 1741. — Fransk uppl.: *Hist. nat., civ. et geogr. de l'Orenoque*, Avign. 1758).

[5] Tillskrifvet af Linné: *Plinia.*

7.

Illustrissimo Viro Carolo Linnæo
Fridericus Allamand. S.

Vocatione in aulam consecutisque rerum eventubus distractus, scribendi veniæ e Belgio impetratæ negligens ita fui in Ruthenia ut elapso jam abhinc lustro vix te mei adhuc memorem sperare ausim nec sine verecundia litteris iterum adgrediar.

Occasio autem est scribendi quam obtulit Vir egregius D^{r} Murret[1] JC^{tus} popularis meus qui per Sueciam in patriam reversurus Te insalutato transire nolens quas traderet litteras a me petiit. Datam ego viam lubenter amplector ut mei excitarem memoriam & perennem testarer observantiam, specimina mittendo nonnulla seu fragmenta potius plantarum ex illis quæ supersunt Surinami olim lecta, pauca quidem itaque mutila ut herbario indigna exhibere erubescam: confido tamen haud ingratum fore inspicienda accepisse unde lucis momentum facile affulserit in ea qua latent obscuritate plantæ quarum sunt, ignotæ scilicet aut mihi saltem dubiæ; plura ipse sæpius examinando discerpsi, alia per varias exportationes vitiata fuerunt, in describendis demum delineandisque curiosior fui quam in asservandis. Hæc interea qualiacunque benigne quæso accipias?

Vale Vir Illustrissime & merita palma diu fruere!

Scribebam Petropoli. ix Calendas Julii. 1776.

Linn. Soc., Vol. I: 23—24.

[1] Möjligen identisk med den i Leiden-universitetets Album studiosorum under 29 Aug. 1766 som jur. stud. inskrifne Jacobus Franciscus Muret Moriensis Helvetus; då 20 år gammal.

ALLIONI, CARLO.

Född 1728 (enligt andra, dock ej så tillförlitliga, uppgifter 1725), professor i botanik och medicin vid universitetet i Turin, död 1804. Bland hans många utgifna skrifter märkes särskildt hans stora och värdefulla *Flora Pedemontana*, som utkom 1785 i 3 volymer folio. Om Allionis verksamhet se bl. a. *Scritti botanici pubbl. nella ricorrenza centenaria della morte di Carlo Allioni*, utg. af Istituto Botanico della R. Univ. di Torino (Genova 1904).

8.

Viro Sapientissimo, Celeberrimoque Carolo Linnaeo, Botanicorum Principi, Archiatro S. R. M^{is} Sueciae, Equiti aurato &c.

S. Pl. Dicit

Carolus Allionius Taurinensis.

Excusatum me habeas velim, Vir sapientissime, si id mihi nunc sumpserim, ut tibi offerrem specimen hoc meum botanicum. Tenue adeo opusculum tibi exhibere non audebam, sed addidit mihi fiduciam D. Asca-

nius Danus[1], qui proxime elapsa hebdomada cum Augustae Taurinorum esset, certiorem me fecit te minime despecturum meum hoc munusculum; imo acceptum tibi fore hoc meae erga te observantiae testimonium. Rogo itaque ut velis illud grato benignoque animo excipere, et pro certo habeas tua jussa mihi carissima fore, si mea opera aliquomodo tibi utilis esse potest, Vir sapientissime, ea libere utere; nihil enim gratius mihi contingere potest tuorum jussuum honore. Rogo interim Deum Opt. Maximum, ut in artis nostrae incrementum velit te diutissime incolumen servare.

Tui nominis obsequentissimus et
Humillimus servus Carolus Allionius.

Odateradt, men troligen skrifvet 1757.

Linn. Soc., Vol. I: 44—45.

[1] Peder Ascanius, se Afd. I: D. 2., s. 335, not 1. Reste i Italien 1757.

9.

Viro Experientissimo
DD. CAR. ALLIONIO
Med. Doct.

s. pl. d.
C. Linnæus.

Heri redux accepi fascilum[!] a Te, Vir Experientissime, gratiosissime missum, cum libris et plantis siccis curiosissimis, pro quibus mentem devotissimam reddo; responderem ad singula, imprimis ad plantas exsiccatas, sed debeo coactus hoc gratissimum officium differre per mensem, cum cras abiturus sum ad aulam regiam; mihi redditus primum hoc absolvam.

Nullus authorum pulchrius determinavit fossilia petrefacta, quam Tu V. E. in libello lectissimo[1].

Plantæ Tuæ alpinæ maxima voluptate me affecere, quæ Tibi æternam compararunt famam.

Nullas adjecisti literas; et si adposuisti periere in itinere; sed plantæ omnes bene conservatæ erant. utinam scirem qua ratione mutuis officiis inservirem.

Citabo plantas a Te descriptas in systematis naturæ decima editione, quod sudat et brevi 2 voluminibus prodibit.

Cum ex transmissis video quam benigno sis in me animo, supplex oro mittas aliquando in litteris Nautilos istos minimos, quos Plancus[2] et Gualterus[3] detexerunt, possideo tantum vulgatissimum arimense Planc. t. 1 f. 1. utinam velles et posses in literis mittere plantam quam delineasti tab. 5 f. 2 t. 10 f. 1[4].

inclusa plantula Buxbaumia est, quam nuper copiose reperimus; in ejus operculo vera Anthera cum suo filamento latet. est etiam hæc vera Musci species, quamvis aphylla.

Respondebo nunc ad eas plantas, in quibus facilior cognitio.

Campanula cymbalariæ foliis C. B. minima est species mihi ignota et valde singularis Faciem gerit Phytaeumæ, si corolla alioquin esset ad basin divisa in 5 partes.

Lepidium caule repente. *Iberis rotundifolia* rarissima planta. Abrotanum pumilum floribus magnis sessilibus est *Artemisia tanacetifolia.*

Lathyrus pedunculis unifloris. hic est *Lathyrus setifolius.*

Pedicularis fol. pinnatis, pinnulis dentatis obtusis, galea rostrata est Pedicularis caulibus reflexis spica laxa purpurea Seguier Verona. parte tertia[5].

Pedicularis fol. alternis, pinnis semipinnatis, fl. rostratis laxe et longiss. est *Pedicularis incarnata,* licet Tua fl. hirsutis.
Pedicularis alpina fl. purp. spicat. est *Pedicularis verticillata.*
Lychnis fol. acute cordatis pauciflora, forte *Lychnis dioica.*
Alsine saxatilis laricis folio major. *Arenaria striata* Fl. suec. edit. secundæ.
Alsine foliis subulatis, petalis ovatis est *Arenaria laricifolia.*
Limonium mont. minus est *Statice cordata.*
Ranunculus mont. cal. villos. *Ranunculus glacialis.*
Polypodium fronde subbipinnata la[n]ceol. *Asplenium Trichomanes.*
Lepidium fol. pinnatis .... pari majore *Lepidium petræum.*
Virga aurea viscosa minor fol. glutin. *Erigeron graveolens.*
Filago floribus sessilibus *Filago pygmæa.*
Atractylis invol. cancellatis ventr. *Atractylis cancellata.*
Andryale Guettardi *Andryala integrifolia.*
Cardamine montana asari folio *Cardamine asarifolia.*
Alysson pyrenaicum. rarior. *Draba pyrenaica.*
Coriandrum fructibus didymis *Coriandrum testiculatum.*
Campanula hortens. fol. et flore *Campanula Medium.*
Alchimilla alpina pentaph. (rarior) *Alchimilla pentaphylla.*
Veronica erecta ramosa *Veronica serpyllifolia.*

Veronica repens ex alis est varietas *Veronicæ officinalis.*
Veronica corymbo terminali *Veronica bellidioides.*
Rapunculus montanus fol. gramineo *Phyteuma hemisphæricum.*
Bupleurum alp. angustis remotis fol. *Bupleurum stellatum.*
Saxifraga viscosa procumbens varietas *Saxifragæ oppositifoliæ.*
Saxifraga alp. subhirsuta *Saxifraga cæspitosa.*
Eruca tanacetifolia *Sisymbrium tanacetifolium.*
Coronilla fruticosa stipulis subrotundis. minime. est *Ferrum equinum* gallicum, siliquis in summitate CB.
Ptarmica alpina matricariæ foliis — *Achillea macrophylla.*
Campanula anchusæ foliis. diversa a mea Campanula spicata; vide Tuam pulchram figuram Pluk. phyt. 153 f. 6. Bauh. hist. 2 p. 208. cætera proxime. Dabam Upsaliæ 1757 d. 2 julii.

Quæso examines tab. X. f. 1 tuæ plantam[4] et quot in ea pistilla sint mihi dicas, cum missum specimen nimis imperfectum erat.

Utanskrift:

Viro Experientissimo
DD. Car. Allioni
frijbr. *Turin.*

Sigill V, rödt lack.

Originalet tillhör R. Accademia delle Scienze i Turin, som välvilligt lånat detta jemte 6 andra till Upsala, där de i Nov. 1907 afskrefvos af Th. M. Fries.

[1] *Oryctographiæ Pedemontanæ Specimen* (Paris 1757).

[2] Janus Plancus (hette egentligen Giovanni Bianchi; italiensk naturforskare och läkare, f. 1693, d. 1775), *De conchis minus notis liber* (Venet. 1739, Ed. 2. Romæ 1760). Ifrågavarande djurformer, af Linné förda till släktet *Nautilus* bland Testacea, äro foraminiferer.

[3] Nic. Gualterі, *Index Testarum Conchyliorum* (Florent. 1742). Jämför Afd. I: D. 5, s. 143, not 3.

[4] Afser Allionis *Rariorum Pedemontii stirpium. Spec. 1* (Aug. Taurin. 1755).

[5] Io. Franc. Seguier (se Afd. I: D. 5, s. 11, not. 2), *Plantarum quae in Agro veronensi reperiuntur Supplementum seu volumen tertium* (Verona 1754).

10.

Sapientissimo viro Botanicorum Principi Carolo Linnaeo, Equiti aurato de stella polari etc.

S. pl. D.

Carolus Allionius.

Proxime elapsa hebdomada accepi charissimas et benignitate plenissimas literas tuas, pro quibus me plurimum tibi debere sentio. Intelligo ex iis acceptum tibi extitisse missum munusculum; atque id inprimis mirifice me recreat. Video te velle in tuis operibus meorum laborum mentionem facere, measque stirpes commemorare, pro qua tua humanitate quantas possum rependo grates. Non possum etiam non magni beneficii loco habere humanitatem quâ dignatus es quod ad missa herbarum specimina, errores meos et certiora synonima indicare; idque beneficii genus ut mihi in posterum etiam conferre velis, supplex exoro.

Summâ cum voluptate vidi et observavi missam humanissime Buxbaumiam. Nullus dubito, quin et in aliis musci speciebus vera et alia generationis organa sit tua perspicacitas detectura.

Mitto chartulae affixas Lychnidem meam p. 29.[1]; campanulam p. 35.; alsinem pag. 49 quae stylos tres habet; cortusae matthioli capsulam, quae, uti in sibirica a Gmelino lecta, apice quinquevalvis est; lychnidem quam suspicor esse *Lychnidem pumilam saxatilem alpinam flore carneo, folio crasso molli tomentoso Burseri.* chartulâ altera inclusa reperies ea ammonis cornua, et orthocerates, quae mihi licuit separare a sedimento Ariminensi, quod prae manibus mihi erat. Hujus sedimenti cum aliis rebus marinis insignem copiam a J. Planco brevi expecto, et omnem meam adhibebo diligentiam ut minima omnia hæc corpuscula tibi separem. His omnibus addo tres orthoceratitas nostros a me in agro di Arrignano nuperrime detectos. Ibi nova etiam Jani planci Ammonis cornua, et Madreporas minimas curiosissimas observavi. Florum omnium aliorumque nostrorum fossilium seriem ad te mittam, si quae tibi grata esse possunt, intellexero.

Lychnis foliis acute cordatis non est dioica. Stylos habet tres filiformes; stamina decem cum apicibus cinereis didymis, calycem decemangularem angulis alterne minoribus quinquedentatum. Petala squamam habent subrotundam profunde bifidam. Nascitur in praecipiti scopulo prope thermas Valderianas.

Campanula a me olim existimata *cymbalariæ foliis* florem habet omnino campanulae sed patentem, semi et ultra quinquefidum laciniis acutis saepe revolutis; stylum tricornem flore altiorem. Amat haec rimas umbrosarum rupium ad alpium radices ut inter pinerolium et la perousa et ad pontem di Lanzo dictum.

Si quae tibi sunt herbarum specimina superflua ex lapponicis, sibiricis, hispanicis, tartaricis, mihi erunt gratissima; ego mittam praeter pedemontanas raras, veronenses, bononienses, etruscas, romanas, et nicienses. Rariorum Niciensium stirpium enumerationem typis parisinis imprimendam dedi, in qua, nomine a te in libro spec. plant. dato, quae jam notae stirpes sunt recensentur.[2]

Si tibi id commodum venit Calarim [Caralim][3] in Sardinia mittam, quae tu ex pedemontio et Italia poteris exoptare, ut per Suecas naves in patriam reduces, ad te perveniant. Ibi est amicitia mihi devinctus Dominus Caséle quod ad Salis marini vectigal, Regius director, sueco consuli aliisque Suecis notissimus, cujus opera libere uti possum.

Quoniam tam luculenta benevolentiae tuae erga me testimonia dedisti audeo summum a te favorem impetrare; nimirum ut velis operam tuam interponere qua possim mihi promereri locum inter Socios Stockolmiensis aut Upsaliensis Academiae[4]. Hunc honorem impertitae mihi sunt Academia Matritensis, Bononiensis, et Societates Monspeliensis, Florentina, aliaeque. Summum honorum attigisse mihi videbor, si eum, quem a te enixe peto, honorem obtinuero. Quaeso interim certiorem me habeas mihi nihil jucundius, aut acceptius contingere posse, quam gratiam tuam inter coetera mihi comparare. In universae medicinae utilitatem diu Vale Vir Sapientissime, meque tui nominis observantissimum habe.

Dabam Augustae Taurinorum $17\frac{3}{8}57$.

Scire exoptarem num acceperis duo exemplaria mei Speciminis stirpium, dubito cum epistolâ quam scripsi, unum periisse.

Hanc epistolam ut ad te perveniat, mitto ad Dom^{um} Comitem Lascaris Regis nostri ad Batavos, Hagae comitum, legatum.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Le Chevalier Linnaeus
Professeur de Medecine Trés Celébre
Membre des Academies de Stockolm,
Berlin, Montpellier, Paris etc.
a Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 33—34.

[1] Se föreg. bref, not 4.

[2] *Stirpium præcipuarum littoris et agri Nicæensis Enumeratio methodica cum Elencho aliquot animalium ejusdem maris* (Paris 1757).

[3] Cagliari.

[4] Allioni blef först 1786 medlem af K. Vetenskaps Societeten i Upsala; i K. Vetenskapsakademien i Stockholm blef han aldrig invald.

11.

Viro Celeberrimo, Sapientissimo
CAROLO LINNAEO
Equiti Aurato et
Botanicorum Principi etc.
S. Pl. D.
Carolus Allionius Ph. et Med. Doct.
Taurinensis.

Quantam mihi laetitiam attulerint humanissimae tuae, ex quibus bonam tuam in me voluntatem intelligo, quibus exprimam, verba non habeo[1]. Summopere gaudeo, quae inclusa literis misi, tibi accepta extitisse, teque certiorem opto nihil magis mihi cordi esse quam tibi morem gerere tuisque studiis aliquo modo inservire.

Doleo mihi deesse papiae et drypis exemplar; Vallisneriam tantum habeo, quae tua erit. Dabo interim operam ut mihi utramque comparem, et meam omnem diligentiam procul dubio conferam, ut italicas rariores stirpes ab amicis pro tuo Herbario obtineam.

Singularia nonnulla, quae in marinis habeo, quod mitti per literas nequeant, una cum aliis rarioribus nostris fossilium et stirpium fasciculo et sedimenti Ariminensis insigni copia, quamprimum Sardiniam mittam, et ut Consuli Sueco dentur, jubebo. Hac epistola inclusa interim accipies Nautilos fossiles ex Cassana in agro Pisano, cornua ammonis Arenae Bononiensis descripta a Beccario[2] Comment. Bonon. tom. 1., et aliquot specimina illorum Orthoceratitum pedemontanorum quae in marga quadam adinveniuntur in territorio Arriniani vulgo Arrignano.

Acceptissimae erunt quæ mihi largiturus es, herbarum sicca specimina; opto autem ut hac in re omnino tuis commodis consulas.

Tuae benevolentiae quam maxime me commendo, et grates plurimas habeo, quod velis, cum sese opportunitas dabit, tuam operam adhibere ut Celeberrimae tuae Academiae adjungar. Maximi beneficii loco hunc honorem habebo, eique pro viribus semper respondere conabor.

Ubi tantillum otii tua studia tibi permittant, rogo ut mihi per literas, quantocius poteris, significes, num Sueciam penetraverit morbus miliaris, seu *purpura alba* Germanorum lipsiae primum nata, et deinde num successu temporis detectum sit, quid esset specificum quod adversus hunc morbum promulgavit Joh. Gerardus Wagnerus Lubecensis epistola edita lubecae anno 1742[3]. Totus sum in hoc morbo nobis familiari describendo, cumque ejus progressum prosequor, haec omnia scire maxime vellem.

Vale Vir Sapientissime meque tuo dignare favore.

Dabam Augustae Taurinorum die 25. 9^{bris} 1757.

Utanskrift:

Viro Sapientissimo
Carolo Linnæo Equiti
Aurato de Stella polari,
Professori Celeberrimo etc.,
Upsaliam.

Linn. Soc., Vol. I: 38—39.

[1] Detta Linnés bref är nu okändt.

[2] Jac. Bartholom. Beccari, se Afd. I: D. 6, s. 438, not 1. Den citerade afhandlingens titel är: *De bononiensi arena quadam* i Bologna- institutets *Commentarii*, Vol. 1, 1748, s. 62—70.

[3] J. G. Wagner, *De medicamento quodam ad puerperarum febres malignas imprimis sic dictam purpuratam specifico epistola . . .* (Lubecae 1742). — Allioni utgaf *Tractatio de miliarium origine, progressu, natura et curatione* (Aug. Taurin. 1758).

12.

Viro Sapientissimo, Celeberrimoque
Carolo Linnaeo Equiti Aurato etc.
S. Pl. D.
Carolus Allionius.

Offero tibi, Vir Sapientissime, his litteris inclusa paucula semina, quae, ut grata tibi sint vehementer opto. Exilis status Horti Regii Taurinensis meae, nunc temporis curae commissi, non sinit majoris momenti et plura semina offerre. Proxime sequenti autumno longe plura me posse porrigere confido, nullam enim diligentiam pretermitto, ut pedemontii stirpes in hortum conferam, et ab amicis plura semina expecto.

Nullus dubito, quin alter nostrarum stirpium fasciculus intercedente opera Bernardi Jussiaei ad te pervenerit. Paratum habeo tertium fasciculum alpinarum stirpium, quem proximo mense aprili mittam ad Sueciae Consulem in Sardinia degentem.

Maxima horti Taurinensis inopia motus ad te confugio, Praestantissime Botanices parens, teque enixe rogo, ut velis nonnulla rariorum exoticarum stirpium semina communicare. Supra modum me tibi devincies, nullique diligentiae parcam ut italicas stirpes, tibi porrigere queam. Vale vir sapientissime, meque habe tui nominis cultorem observantissimum.

Dabam Aug. Taurinorum die 12. januarii. 1761.

Semina mittere operis [!] aut ad Praecl. Johannem Burmannum, aut ad Nobilissimum Virum Comitem La Marmora Legatum Regis Sardiniae apud Batavos Hagaecomitum degentem Horum Cl. Virorum opera tua munera prompte ad manus meas venient.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus Chevalier
de l'Etoile Polaire et Trés Celébre
Professeur d'Histoire Naturelle etc.
a Stockolm.

Linn. Soc., Vol. I: 25—26.

13.

Viro amplissimo Clarissimoque
DD. CAROLO ALLIONIO
Botanico Celeberrimo
s. pl. d.
Car. Linnæus
Equ.

Hodie Tuas d. 12 januarii datas rite accepi, quamvis eas Holmiam direxeris, sed amicus ad me misit. Quæso si in posterum Tuis exhilarare velis, eas inscribas *Societati Regiæ Scientiarum Upsaliæ*, cujus omnes literas ego aperio.

Pro tot tamque pulchris seminibus, millenas refero gratias; utinam unica *Molucella fruticosa* mihi germinaret, plus esset quam centum aliæ.

Mittam quam primum hyems mitescat semina, quando scilicet ob frigus liceat hisce vacare, quæ etiamnum durat.

Dolui diutissime me Tuis destitutum literis, nescius ubi Te quærerem. Quæ misisti per D. Jussæum non accepi; nec potui obtineri a mihi maximo adversario, nescio certe quo ejus jure.

Tandem multo negotio accepi Floram tuam Nicæensem[1], aureum certe librum, quem legi maximo cum meo fructu, et est revera divinus libellus. pro honore toties in me collato, in isto libro, devotissimas Tibi refero.

Observasti procul dubio in Loeflingianis et in Tomo altero Systematis meo Tui non oblitum novum genus in Tui memoriam condidisse.[2]

Si umquam Tibi semina occurrant ex plantis sequentibus a Te nominatis in Flora, quæso colligas: Chondrilla juncea, Hypericum Coris 3, Cressa cretica, Aphyllanthes monspeliensis 1, Lithosperm. purpur. 1, Campanula Erinus 1, Sherardia muralis 4: 3, Alsine 168 n:r 1.

Egregie in Tuo hoc opere descripsisti omnes obscuriores plantas; utinam Tuo exemplo et idem alii facerent.

Vidistin, sine dubio Jacquinii opusculum de plantis americanis, breve quidem sed divinum.[3]

Vale et fave.

Dabam Upsaliæ 1761 d. 2 Martii.

Original i R. Accademia delle Scienze i Turin.

[1] Se bref 10, not 2.

[2] Släktet *Allionia* beskrefs af Linné i P. Loefling, *Iter hispanicum* 1758, s. 181 och året därpå i *Syst. nat.*, Ed. 10, T. 2, s. 890.

[3] N. J. Jacquin, *Enumeratio systematica plantarum, quas in insulis Caribaeis vicinaque Americes continente detexit novas aut jam cognitas emendavit* (Lugd. Bot. 1760). Jämnför Afd. I: D. 3, s. 140, not 2.

14.

Celeberrimo, Sapientissimoque Viro
CAROLO LINNÆO
Botanicorum Principi.
S. Pl. D.
Carolus Allionius.

Proxime elapsa hebdomada redditae mihi sunt humanissimae tuae, quae plurimum me recrearunt; ex iis enim video tuae erga me benevolentiae testimonia plura eaque luculentissima, nihil autem mihi carius, nihil optabilius mihi esse potest quam tua, Viri nempe in Europa tota omnium celeberrimi benevolentia frui.

Sistematis tui secundus tomus nuperrime tantum ad me pervenit. In eo nec sine aliqua confusione vidi te voluisse novum genus meo nomini assignare. Pro hoc, quod maximi omnino habeo, honore quantas maximas possum reddo grates.

Semina quae literis inclusa misisti fuerunt acceptissima, et gratulor inter mea aliquot extitisse quae tibi arriserint. Spondeo non earum modo quae tu desideras niceensium stirpium sed et earum, quae rariores in Italia, et Galloprovincia proveniunt semina plura me tibi missurum pro sequenti anno.

Quam primum, decem nimirum abhinc diebus, Sardiniam versus discedet Augusta Taurinorum Amicus, cui consignabo fasciculum nuperrimum Arduini Custodis Horti Patavini libellum,[1] quo aliquot stirpes describantur et delineantur, et siccas alpinas stirpes continentem. Hae stirpes sunt ex rarioribus alpinis, et pleraeque illarum quas in nuperis suis emendationibus describit Cl. Hallerus. Subcesivas quas habeo a clinica medicina, et publicis lectionibus horas insumo finiendae meae florae pedemontanae. Nisi horti botanici cura et Professoris extraordinarii munus mihi collata fuissent, certo jam in publicum prodiisset, haec flora, quam tuae benevolentiae commendo.[2]

Doleo non omnia, quae, per Cl. Jussiaeum misi ad te pervenisse. Mittam in posterum per Consulem tuum Sardiniae degentem. Possem etiam et citius quandoque per Cl. Burmannum mittere. Fac ut sciam num haec via opportuna sit.

Aliquot alia, quae ex italia mox accepi semina, litteris his includo. Ut tibi placeant vehementissime opto.

Benevolentiae tuae iterum me commendo, et rogo ut me habeas tui nominis Cultorem obsequentissimum.

Dabam Aug. Taurinorum die 17 Aprⁱˢ 1761.

P. S. Fossilium omnis generis instruo suppellectilem, quam suecicis augere cuperem. Tua intercedente opera eorum series haberine posset data serie nostrorum fossilium.

Utanskrift:

A la Trés Celébre
Societé Royale des Sciences
d'Upsal
par Hollande *a Upsal.*

Linn. Soc., Vol. I: 27—28.

[1] Troligen P. Arduinos (1728—1805) skrift *Animadversionum Botanicarum specimen* (Patav. 1759).

[2] Först 1785 utkom hans stora verk: *Flora Pedemontana sive enumeratio methodica stirpium indigenarum Pedemontii* (T. 1—3. Augustae Taurinorum).

15.

Celeberrimo Viro
DD. Carol. Allionio
Professori Botanico
s. pl. d.
Car. Linnæus.

Die 17 aprilis hujus anni ad me datas rite accepi.

Moluccæ frutescentis semina mihi non germinarunt, quod magnopere doleo. si recentia habeas ter oro rogoque in litteris mittas quantocyus; esset inter omnes plantas mihi gratissima.

Si habeas semina sequentia vel aliqua horum itidem generose mittas oro.

Flor. Nicæensis

p. 12. *Symphytum tuberosum.*
12. *Lithospermum* n:o 1, 2.
15. *Campanula Erinus* n:o 1.
19. *Convolvulus althæoides* n:o 1.
73. *Stahelina dubia.*
101. *Atractylus cancellata.*
196. *Aphyllantus.*

Magnopere etiam doleo quod *Chelone caule et foliis hirsutis* non germinabat e tuis seminibus; si nova habeas, quæso mittas.

Neque germinabant *Achillæa macrophylla*, neque *Eruca tanacetifolia*, *Lychnis fl. umbellatis filam. nigris.*

Germinarunt vero sequentes

Lychnis viscosa alpina, sed hoc anno non floret.

Teucrium supinum palustre Till. mihi *Teucrium campanulatum*, quod floret.

Cisti varii enati.

Salvia cretica angustifolia excrevit.

Cassida caule quadrangulo rubro Till. *Scutellaria peregrina.*

Thapsia latifolia villosa.

Ononis minutissima.

Erysimum dentis leonis folio.

Coriaria.

Mitto *Dodecatheon*, cujus semina mox terræ mandes; enascunt proximo vere et in sequente anno pulcherrimos dabunt flores.

Fac ut sciam quam cito Floram tuam pedemontanam, omnium desideratissimam, videbimus.[1]

Quotidie insatiabili desiderio exspecto dona tua, Arduini libellum et stirpes siccas tam liberali manu mihi oblatas.

Lapides mittam quamprimum absolvi tomum tertium systematis.[2]

Nuper prodiit nova editio meæ Faunæ suecicæ, auctior mille animalibus, plerisque insectis quæ descripsi.

Novam paro editionem tomi primi systematis.

Dicas mihi quid rescivisti de itinere arabico D. Donati.[3]

d. Upsaliæ 1761 d. 10 septembr.

Utanskrift:

Celeberrimo Viro
DD. Carol. Allionio
Professori Botanico
frijbr. *Turin.*

Originalet finnes i Musée De Candolle i Génève, där afskrifvet af Docenten Rob. E. Fries.

[1] Se föreg. bref, not 2.

[2] Utkom ej förrän 1768. Räknas till Ed. 12 af Syst. nat.

[3] Vitaliano Donati, italiensk naturforskare och läkare, f. 1713, död 1763. Jämnför i det följande bref 17. Se äfven Afd. I: D. 2, s. 264, not 3.

16.

Viro Celeberrimo
DD. CAR. ALLIONIO
in Horto Taurinensi Professori publico
s. pl. d.
Car. Linnæus.

Ante triduum tua Vir Celeberrime accepi egregia donum[!], Tuam Floram et Hortum[1] et Plantas bene multas siccas, pro quibus omnibus ac singulis immortales Tibi refero grates. Floram prius habui et concessi Filio meo, in Horto academico Demonstratori publico, qui nunc edit Decades plantarum[2] cum figuris et Te valere plurimum jubet.

Hortus erat adeo novus, ut de eo numquam audivi. Si illum scripsisses more solito magnum confecisset volumen, qui nunc suas plantas sistit in aliquot paginis multo magis clare et perspicue.

5 *Salvia chia* est mea Salvia hispanica.

14 *Cassida* anne Scutellaria peregrina.

15 *Teucrium* est Teucrium hircanicum

16 *Teucrium* hoc habeo vivum, vix videtur differre a Teucrio campanulato.

18 *Chelone hirsuta.* hanc numquam habui vivam, licet multoties semina accepi. Quæso per Floram, mittas mihi aliquot semina recentia in epistola; hanc enim avidissime exoptarem.

19 *Mirabilis* est Mirabilis longiflora et vera Jalapa officinarum.

23 *Convolvulus* est Convolvulus lineatus distinctus a Cneoro Spec. plant. edit. 2 pag. 224 n. 29.

24 *Campanula Medium* distincta facta in altera editione specierum.

83 *Delphinium peregrinum.* est revera trigynum.

88 *Rumex alpinus.*

Molucella frutescens cujus semina ante mittebas, quamquam omnem adhibui operam, non germinabant; si auderem nova et recentia semina a Te exorare, nescio quo prætio non ea redimerem, cum inter omnes plantas nulla magis mihi esset in deliciis.

Siccas quas misisti excepi insigni gaudio.

Aster maritimus italicus Inula squarrosa nov. edit. spec.

absque nomine erat planta simillima Leucanthemo, sed radio destituta. Similem antea habui e Barbaria.

Absinthium pumilum palmeum Bocc. quod egregie delineasti in opere Tuo pedemont. videtur parum admodum differre ab Artemisia mea rupestri, et forte solo[!] varietas e loco.

Phaca alpina omnino convenit cum nostra Lapponica.

Bursa pastoris mont. globulariæ folio. Thlaspi montanum.

Alyssum fol. rad. petiolatis &c. Myagrum saxatile in nova editione specierum.

Sedum saxatile atro-rubentibus floribus egregia planta quam antea numquam vidi.

Viscago floribus in capitulum. Lychnis alpina omnino mea.

Silene vallesia rarior certe planta.

Juncus planifolius umbella lutea varietas Junci nivei.

Allium montanum foliis narcissi majus CB. non. est Allium nigrum Spec. pl. 2. p. 430 n. 26.

Bupleurum stellatum pulcherrimum est.

Gentiana alpina pumila Gentiana nivalis.

Campanula multicaulis uniflora All. pedem. perplacuit; numquam antea vidi.

Convolvulus linariæ folio Convolvulus Cantabrica Moris. hist. 2 p. 17 s. 1. T. 4. f. 3[3].

Carex alpina. *Carex baldensis.* semel antea accepi a Seguierio rarissimum gramen.

Floram Tuam videbis, in mea nova editione specierum, quæ sudat, allegatam.

Semina si habeas aliquot e sequentibus, quæso gratiose impertias.

Melittis Melissophyllum	Chondrilla juncea.
Molucella frutescens NB	Lactuca perennis.
Chelone hirsuta NB	Alyssum omne
Lantana annua	Amorpha si semina vobis det.
Symphytum tuberosum	Astragalus epiglottis
Ipomæa coccinea	
trilobata	Sium falcaria
Chrysocoma graminifolia	Ceanothus americanus NB
Aphanes arvensis	Spiræa Aruncus NB.

Vale et prout cepisti inclarescas in Floræ ornamentum et augmentum.

Hisce diebus delector videre flores *Mesembryanthemi* novi *pomeridiani* mihi dicti et flores *Mandubi de angola* Marcgr. bras. 43 quod ut floruit petiolo terram perforat et occultat Legumen more Arachis s. Trifolii subterranei.[4]

Confirmor indies de novis speciebus producendis a diverso patre, in plantis.

dab. Upsaliæ 1762 d. 8 Augusti.

Utanskrift:

Viro amplissimo
DD. Carolo Allioni
in augusta Taurorum Botanices
Professori publico

frijbr. Trento. *Turin.*

[Annan stil.]

Sigill sönderbrutet, (V?), rödt lack.

Original i R. Accademia delle Scienze i Turin.

[1] *Caroli Allionii Synopsis methodica stirpium horti Taurinensis* (Mélanges de philos. et de mathém. de la Soc. Roy. de Turin, T. 2 (1760—1761), s. 48—76). Med floran afses väl *Stirpium agri Nicœensis Enumer.*; se bref 10, not 2.

[2] *Decas prima plantarum rariorum horti Upsaliensis* (Stockh. 1762. Fol.).

[3] Rob. Morison, se Afd. I: D. 2, s. 346, not 2.

[4] *Mandubi d'Angola,* beskrifven af G. Marcgravius i hans *Historiæ rerum naturalium Brasiliæ libri octo,* tryckt efter Guil. Pisonis *De medicina brasiliensi* (Lugd. Bat. et Amstelod. 1648. Fol.). Kallades af Linné *Glycine* [nu = *Voandzeia*] *subterranea.*

17.

Viro Doctissimo Praestantissimoque
CAROLO LINNÆO.
Professori longe Celeberrimo
S. Pl. D.
Carolus Allionius.

Diu satis, et heu quidem nimis vexatus chronica oculorum defluxione, et studia mea intermittere, et diuturnum cum Amicis silentium sustinere invitus omnino debui. Pristina valetudine nunc obtenta debita erga te officia mea praestare literisque tuis charissimis respondere nunc laetus suscipio.

Plurimas tibi primum grates reddo quod volueris mihi nonnullarum stirpium vera nomina indicare, et deinde quod mei, et operum meorum in tuis operibus memoriam facere volueris. Mea flora pedemontana licet tabulae paratae jam sint nondum tamen lucem videbit, clinicis curis, lectionibus publicis, et adversa valetudine impeditus postremam huic operi manum adhuc admovere non potui. Confido tamen eam hoc anno sub praelo esse sudaturam, et vehementer opto jam publicam factam esse novam tui operis specierum plantarum editionem. Plusculas hoc anno detexi rariores stirpes nimirum Vallisneriam, Isnardiam, Pixidariam Lindernii, Thlaspidium raphani folio, Centaurium illud majus Tournefortii sub nomine Arction in historia lugdunensi depictum, Bupleurum novum Gerardi, et alias non paucas. Pro certo habeas me tibi eas omnes reservaturum et missurum, quas tibi nondum visas ex tuis operibus colligere potero. Hac aestate plurimum laboris contuli digerendo in ordinem horto Taurinensi, et locupletando, qui mille circiter stirpibus auctus jam est. Omnes areolae, et singulae stirpes suis numeris signantur, ita ut edito denique catalogo commodissime discipuli sine etiam praeceptore stirpes cognoscere possint.

Dignus et eximius tuus discipulus Claudius Alströmer[1] aliquot hebdomadas Taurini commoratus est, mihique valde gratulor plurimam cum illo amicitiam iniisse. Commisi optimi hujus viri curae fasciculum rariorum stirpium, et semina nonnulla ad te mittenda. Schedulam mihi reliquit continentem semina a te desiderata. Dabo operam ut omnia obtineas. Nonnulla his literis includo, alia sequenti hebdomada mittam. Aegre admodum fero quod hoc anno licet omni adhibita cura semina moluccae frutescentis obtinere non licuerit.

Gratulor plurimum de Tui egregii Filii primitiis. Tanto sub Praeceptore, et Tanti Viri filius nequit non eximia cum Tempore praestare, et Patris celebritate dignus fieri. Ut meo nomine plurimam ipsi salutem dicas rogo.

Tuae generositati hortus regius meae curae commissus plurimum se tibi commendat, et ipse rogo ut seminibus rarioribus, quae tibi ad manus erunt in literis missis augere velis. Notulam addidi illorum quae minime germinarunt. Addo quoque indicem illarum stirpium suecicarum, quae adhuc in meo horto sicco desiderantur. Nolo quidem omnino te a gravioribus et utilissimis studiis removere, quamobrem te rogo ut per aliquem ex tuis discipulis velis dictarum stirpium sicca exemplaria mihi curare. Ego respondeam alpinarum et helveticarum speciminibus.

Vale in totius Naturalis historiae incrementum Vir Sapientissime, mihique porro favere pergas.

Dabam Aug.^{ae} Taurinorum die 14^{a} januarii 1763.

P. S. De Dº Donati nullus nuncius ad nos pervenit, ex quo (Bagdad) discessit. Quae misit ex aegypto non magni momenti sunt, sistunt praesertim lacertarum nonnullas species; stirpes nullas misit.

Utanskrift:

A La Royale Societé
des Sciences d'Upsal
a Upsal en
Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 29.

[1] Clas Alströmer, se Afd. I: D. 3, s. 13; om hans besök i Turin, se ibid., s. 68, bref 486.

18.

Nobilissimo Sapientissimo Viro
Carolo Linnaeo Equiti Aurato
Professori Celeberrimo etc.
S. Pl. D.

Carolus Allionius.

Vexatus proximis elapsis hebdomadis crudeli in oculos defluxione, ex qua male omnino me habui elapso proximo anno literas ad te dare, et promissis meis stare aegro omnino animo debui. Summa Dei Opt. Maximi munificentia cum melius me habeam nonnulla alia semina his literis inclusa mitto, quae confido tibi grata futura. Avidissime expecto novam tui operis species plantarum editionem, quae necessaria mihi est pro meae florae pedemontanae editione. Iterum me tibi commendo pro collectione fossilium Sueciae et mittam tibi nostratia. Statim ac Cl.[us] tuus Discipulus Alstromer Upsaliam redibit, ei plurimam salutem meo nomine dicas rogo. Hoc anno, si vires ferent, strenuam et diligentem operam dabo ut absolvam meam floram pedemontanam, et horti plantas in suis sedibus constituam. Indicabuntur autem omnium sedes numeris, et catalogum postea edam numericum et systematicum, ut quisque possit commodis hisce stirpes noscere.

Vale Vir Celeberrime in Universae naturalis historiae incrementum, atque me habeas rogo pro tui nominis cultore devotissimo.

Utanskrift

A La Societé Royale
d'Upsal
a Upsal.

Odateradt, men troligen skrifvet 1763.

Linn. Soc., Vol. I: 46—47.

19.

Viro longe Celeberrimo Sapientissimoque
Carolo Linnaeo
Equiti aurato de stella polari etc.
S. Pl. D.

Carolus Allionius

Anno proxime elapso, Cl. tui discipuli Alströmer opportunitate utens rariorum aliquot stirpium alpinarum fasciculum una cum nonnullis seminibus eidem Cl. Viro consignavi, num tamen ea ad te pervenerint incertus haereo, cum nullas inposterum neque a Cl. Alströmero, neque a te litteras acceperim. Aliquot interim semina nostratia his litteris includo, eaque ut tibi grata sint vehementer opto. Epistolam autem mitto londinum ad Cl. Phillippum Miller,[1] ut minime in itinere pereat, certoque ad tuas manus perveniat.

Nullus dubito quin postrema fata Cl. Donati tibi innotuerint, eum nempe cum ex *Bassora* super navi versus malabaricas regiones iter faceret, die 17ª februarii anni 1762. Febre putrido-inflammatoria correptum die 26ª ejusdem mensis extremum diem obiisse. Nihil autem eorum quae procul dubio in commentarios congesserat, aut in itinere ex Alexandria per Aleppum et Babylonem collegerat ad nos pervenit. Triste hoc nuncium delatum est ex *Maccao* a quibusdam Religiosis ord. minor. observ. reformatorum, qui itineris comites, et mortis testes fuerunt, atque iter suum usque ad *Maccao* produxerunt.

Ego qui Botanices Professoris extraordinarii munere fungebar, ordinarius in praesentiarum sum constitutus, omnemque operam dabo ut Hortus Regius Taurinensis stirpibus adaugeatur, tum indigenas congerens tum exteras ab amicis curans. Quare si quae posses mihi semina americanarum praesertim stirpium semina largiri, rem gratissimam faceres.

In Italia nostra typis vulgatum nihil est ad rem herbariam pertinens, si novi generis, Ambrosinae nempe a Ferdinando Bassio[2] Bononiensi de-

scriptionem cum icone excipias. Quamprimum sese offeret occasio aut per Cl. Burmannum, aut per Cl. Miller hoc Schediasma ad te mittam.

Meam floram pedemontanam tum plurimis aliis studiis distractus, tum diu oculorum contumaci morbo detentus interrumpere coactus fui. Iterum autem nunc huic operi manum admovebo, et curabo ut quantocitius fieri poterit in lucem exeat. Tabulas aeneas in fol.° quadraginta et ultra continebit.

Cura salutem tuam, Vir sapientissime, in botanices et naturalis historiæ incrementum, mihique porro favere perge.

Taurini die 27ª januarii 1764.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur le Chevalier Linnaeus
Trés Celébre Naturaliste
a
Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 30.

[1] Philipp Miller, se Afd. I: D. 2, s. 331, not 4.

[2] Fernando Bassi (se Afd. I: D. 3, s. 67, not 2), *Ambrosina novum plantæ genus* (Bonon. 1764). I sin *Genera plant.*, Ed. 6, 1764, s. 579 upptager Linné släktet *Ambrosina*.

20.

Viro Amplissimo Clarissimoque
DD. Carolo ALLIONIO
Botanico Eximio
s. pl. d.
Car. a Linne
Equ. aur.

Paucis abhinc diebus Tuas Vir Clarissime ante duos annos datas literas accepi e Londino, nescio a quo missas; nec memini habuisse seriores ex extrema India. Pro his tamen grates quam prorsum maximas rependo.

Nuper vel circa finem anni præsentis me adiit ex itinere redux D. Alstrœmer, qui Te vidit, Te laudat et colit. Dum vero ille me participem faceret suorum rariorum, quæ legerat vel obtinuerat in itinere, inter alia offendebam plantam, quam a Te dono acce-

perit sub nomine Pyxidariæ, quæ forte Pyxidaria Lindera Tournef. alsat. c. figura,[1] quam diu frustra quæsivi, nec per amicos obtinere potui. Male Mappi[2] hanc cum Montia eandem fecit. Non possum divinare cur ista reperiatur tantum in uno loco Alsatiæ; si esset nota italis australibus, divinarem eam allatam cum Oryza, ut plures plantæ hodie italicæ, ante minime Europææ, præsertim cum hæc nascatur in paludosis. ceterum non possum satis mirari quomodo planta Virginica potuerit migrare in Germaniam, imprimis ad mediterraneum locum, si vero occurrisset ad littora Lusitaniæ Scotiæve occidentalia judicassem eam cum Gnaphalio margaritaceo et Dactyli cynosuroide migrasse.

Anne posses hujus figuram vivam dare, cum nullibi prostat; maceravi flores et vidi eos accuratissime, ut nullum dubium sit quin sit eadem cum americana.

Accepimus hic novam Tropæoli speciem, in actis Holmiensibus descriptam, quæ se seminibus propagat.[3] Fragariam accepimus ex Gallia, foliis simplicibus, nec ternatis.

Multa nova Genera ex India orientali habui, quæ edam in Appendice quodam ad Species, una cum speciebus plurimis novis.

Nuper edidi Clavem Medicinæ in summo compendio, qui duabus tantum philyris continetur.[4]

Clavis exterior sistit rerum naturalium species oppositas
harum singularium effectus in solida et fluida.
Dein qualitates saporum contrarias
harum singularium effectus in fluida et solida.

Dum vero oppono determinatam speciem odoriferi excessui proprio Diætæ resultat effectus seu actio Medicamenti.

Clavis interior similiter procedit in systemate nervoso cum olidis.

Mitto aliquot specimina plantarum alpinarum Lapponicarum; si plures velis, cum tabellario mitti, lubenter mittam, nisi impensæ tabellarii Tibi magnæ evadunt.

Si ad me scribas, inscribatur epistola absque involucro *Societati Regiæ Scientiarum Upsaliæ* (p. Hamburgum) et eas certo accipiam, absque impensis, cum ego omnes societatis literas ipse aperiam.

Doleo magnopere quod semina a Te missa nimis diu in itinere hæsere, ut de iis nulla spes sit; imprimis doleo quod Cortusæ semina non accepi recentia, quam plantam præ aliis exoptarem.

Dab. Upsaliæ 1766 d. 14 febr.

inclusa mitto Splachnum luteum, Andromeda hypnoides, 4 quetra, coerulea, Rubum arcticum, Diapensiam alpinam, Pedicul. flammeam.

Utanskrift:

Viro amplissimo
DD. Carol. Allioni
Professori Botanico
frijbr. *Piemont.*

Sigill VIII; rödt lack.

Original i R. Accademia delle Scienze i Turin.

[1] *Pyxidaria repens annua, flosculis monopetalis anomalis unilabiatis* ... — Lindern (Franz Balthasar von, 1682—1755), *Tournefortius alsaticus* (Argentor. 1728, s. 156, tab. 5 f, g). Se bref 22, not 1.

[2] Marcus Mappus, professor i Strassburg, f. 1632, d. 1701. Posthumt utgafs hans *Historia plantarum Alsaticarum* (Argentor. 1742).

[3] *Tropæolum quinquelobum, en främmande växt, framgifven af Peter Jonas Bergius* (Stockholm, Vet.-Ak. Handl., Vol. 26, 1765, s. 32—36, tab. 1).

[4] *Clavis medicinæ duplex* ... (Holmiæ 1766).

21.

Viro Sapientissimo, Celeberrimoque
Carolo de Linne Equiti Aurato etc.
S. pl. d.

Carolus Allioni.

Quantas possum maximas grates tibi ago, Vir Sapientissime, pro elegantissimis plantulis, quas mihi humanissime misisti, charissimae erunt quas te missurum polliceris. Eae quidem si parvulae erunt, commode literis inclusae ad me pervenient, si autem de majoribus agatur, occasione navium suecarum ex. gr: quae sing[is] annis Sardiniae insulam petunt, Sardiniam mitti possent, et ibi ad manus pro-Regis consignari, aut Hagae comitum intercedente opera Cl. Laurentii Burmanni remitti Legato nostri Regis ibi degenti. Satis est ut fasciculus meo nomini inscriptus sit.

Literis inclusa ad te mitto paucula semina majori ex parte lecta in montibus niceensibus a meo discipulo Med. Doct. Petro Dana,[1] qui meo jussu anno proximo elapso Regiis impensis has alpes maritimas humilio-

resque montes peragravit rediitque plurimis raris stirpibus dives, quae omnes in meam floram pedemontanam transibunt. Cortusae etiam semina hoc anno quoque collecta adjunxi.

Rariorum sive alpinarum sive maritimarum stirpium specimina habeo pro tuo Celeberrimo herbario parata quae commoda occasione mittentur.

Pixidaria apud nos variis locis occurrit, atque in plerisque olim oryza sata fuit. Lindernius primus cum Abrahamo Gagnebin Helveto Chirurgo in alsatia hanc plantam vidit. Singulare genus est gratiolae proximum, cujus accuratam iconem cum anatome floris dabo. Gaudeo scire virginianam esse, sed optarem scire a quonam auctore memoretur.[2]

Si quaedam semina habes, quibus velis hortum Taurinensem ditare rem facias gratissimam. Te Deus optimus maximus in naturalis Historiae incrementum diu incolumem servet, mihi porro favere perge.

Dabam Aug^{ae} Taurinorum die 22. martii 1766.

Utanskrift:

A La Societé Royale *avec des graines d'herbes*
des Sciences d'Upsal
Par la Haye et Hambourg
a Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 31—32.

[1] Giovanni Pietro Maria Dana, professor i botanik i Turin.

[2] Anföres under *Gratiola* af J. F. Gronovius i hans *Flora Virginica* (Lugd. Bat. 1739—43).

22.

Viro Sapientissimo Celeberrimoque
Naturalis Historiae Praeceptori
Carolo Linnaeo Equiti aurato etc.
S. Pl. D.
Carolus Allionius.

Cum jam accedat verna tempestas, commoda utor occasione, quae sese mihi offert mittendi quaedam ad Praecl. Virum Laurentium Burmannum, ut ad te mittam nonnulla ex nostris seminibus et quaedam commentariola edita in tomo 3° Miscellaneorum Taurinensium[1] ad naturalem historiam pertinentia, ut ejus perpetuae, et maxime obsequentis existimationis, qua te Vir sapientissime prosequor, testimonium tradam. Quod si ea quae publico edocendo utiliter impendis officia tantum tibi

otii dabunt, ut quaedam instructissimi Upsaliensis horti semina mihi communicare permittant, rem facies mihi gratissimam, ea autem ut alias fecisti literis inclusa mittere poteris.

Cum optime ex longa mea oculorum aegritudine nunc convaluerim iterum florae pedemontanae perficiendae manum admovi. Anno etiam proxime elapso insecta diligenter conquisivi, atque non exiguam copiam collegi, cum nostra tellus et in hac parte copiosa sit.

Rogo te Vir Sapientissime ut quacumque ratione aut tibi aut amicis tuis utilis esse possim, tua desideria mihi significes, atque habeas me tui nominis cultorem obsequentissimum.

Dabam Aug^ae^ Taurinorum die 24^a^ Febr.^ii^ 1768.

Utanskrift:

A la Royale Societé
des Sciences d'Upsal
a Upsal en
Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 35.

[1] I *Mélanges de philos. et de mathém. de la Soc. R. de Turin*, T. 3, Turin 1766, förekomma följande uppsatser af Allioni: *Stirpium aliquot descriptiones cum duorum novorum generum constitutione*, s. 176—184, tab. 4—5 och *Manipulus insectorum Taurinensium* s. 185—198. I den förstnämnda beskrifvas de nya släktena *Bassia* och *Lindernia [= Pyxidaria, Gratiola* etc.] och s. 180 säger han om det senare: »In America quoque hanc stirpem crescere in literis postremo ad me datis significavit Celeb. Linnaeus, ad quem olim hujusce plantae specimen misi, & suspicatur hujusce plantae semina cum oryza in Europa venisse». Jämför bref 20 (1766 $^{14}/_{9}$). Linné upptager *Lindernia Pyxidaria* All. i *Mant. Plant.* II, 1771, s. 252. (Kallas nu *Vandellia erecta* Benth.)

23.

Viro amplissimo
DD. CAR. ALLIONIO
Professori Botanico
s. pl. d.
Car. Linnæus.

Tuas d. 24 Februarii pridie accepi.

Lætor Te valere et quotidie novis inventis augere artem suavissimam. Ego cum toto orbe avide desidero Tuam Floram Pedemontanam; faxit Deus ut me vivo prodeat.

Vidi aliquot folia actorum Taurinensium quæ perplacuere. Animitus delectabar legere de Fasciola[1] illa quæ in alpibus excitat colicam illam, Lapponibus nostris quotidianam.

Quanta lætitia perfusus legi de Tua Lindernia effari nequeo; tam solide eam absolvisti ut nihil supra; ego vidi tantum ejus sicca specimina et nomine Gratiolæ caprariæ gratioloides in Sp. pl. 876 proposui; non capio quomodo hæc ad vos pervenerit.

Semina gratiosissime a Te missa per D. Burmannium vix umquam obtinebo, cum ab eo literas per annum cum dimidio non habui; nescio cur sileat, sed rarus in hospitibus est amor, nam errat ut ipsi, cumque optime fuerit nihil est. fuit quondam meus hospes gratissimus.

Doleo quod oculis labores. Sauvagesium p[atre]m fere excœcatum curavi curavi [! curatione?] sequenti[2].

albumen ovi dure cocti, N:o 1 in minuta frustula conscissi
vitrioli albi ʒ β. Caryophyllorum n:o 6
(ʒ β
omnibus contusis probe, relinquatur per noctem, mane
exprimatur per linteum
succus oculis parce illinendus.

Pauca mitto semina

Forskohlia
Melo maximus
Astragalus chinensis
Angelica atropurp.
Achyranthes sanguin.
Eryngium foetidum
Portulaca hirsuta rubra
» » lutea
Solanum radicans
Melochia pyramidata
Hermannia altheæfol.
Rheum palmatum
Scoparia dulcis.

Vale. Upsaliæ 1768 d. 8 Aprilis.

Utanskrift:

a Monsieur
Mons:r Charl. Allioni
Professeur en Botanique
Turin
fro Augsburg · *in*
frijbr. *Piemont*

[Annan stil.]

Sigill VII, sönderbrutet; rödt lack.

Original i R. Accademia delle Scienze i Turin.

[1] I *Mélanges de philos. de la Soc. de Turin*, T. 3 (se föreg. bref, not 1) fins äfven, s. 199, en uppsats af P. M. Dana, *De Hirudinis nova specie* . . .

Den nya arten, *Hirudo alpina*, upptogs af Linné under namn af *Fasciola alpina* i *Syst. Nat.* 1768, T. 3 [!], s. 227. Om dess förekomst m. m. säges: »Habitat in Alpium Lapponicarum Italarumque fontibus aqua semper algida scatentibus; in calentibus vero moritur. Hausta cum aqua excitat Colicam spasmodicam Scheuch.; Ullem s. Holme Lapponis. Flor. Lapp. 101. n. ε. cum nausea, singultu, delirio, spasmis, horrore, sæpe morte; Curatur sale muriatico.» Arten, som redan 1820 hänförts till släktet *Planaria* bland Turbellarierna, har nyligen af N. von Hofsten återfunnits i Lappland. Se hans afhandling: *Planaria alpina im nordschwed. Hochgebirge* (Arkiv f. zool., Bd 4: No 7, 1907).

[2] François de la Croix de Sauvages, se Afd. I, D. 2, s. 80, not 9. Angående ögonkuren, se Linnés bref till Sauvages d. 8 Dec. 1747, tryckt i *Lettres inédites de Linné à ... Sauvages* (Alais 1860).

24.

Viro Celeberrimo Sapientissimo
Carolo LINNÉ
Equiti aurato etc.
S. Pl. D.

Carolus Allionius.

Quae nuper misisti, Vir Sapientissime, semina gratissima extiterunt, atque pro iis maximas tibi refero grates. Aegre fero sæpe evenire ut pereant interdum aut seminum aut herbarum specimina quae ad te mitto. Tutiusne ad te perveniunt quae mittit amicissimus noster Ferdinandus Bassius? aut mihi indicare tibi placeat amicum aut in Gallia aut in Hollandia, aut Hamburgi degentem, cujus opera utar. Interim cum serius apud vos semina servantur, licet adultum jam sit ver, quoniam etiam citius apud vos stirpes crescunt aestivis mensibus nonnullarum stirpium semina quorum quaedam mihi videntur tibi posse arridere, his literis inclusa mitto. Inter reliqua habes Linderniae semina. Viola laciniata, quae duobus abhinc annis in horto florens nonnisi parva admodum, petala obtulit, nunc florem laete explicavit violae martiae similem majorem sed petalis longe ovatis caerulescentibus, demonstravitque ea petala quae descripsi merum abortum fuisse. Omnes autem eo anno violae laciniatae plantae eo modo floruerunt.

Florae meae perficiendae et absolvendae indefessam nunc operam do, et confido eam sequenti anno typis excusam iri. Pleraeque tabulae incisae sunt. Diligenter colligo insecta, utens opera et auxilio utens [!] egregii optimique mei discipuli Petri Dana viri ad naturalem historiam excolendam nati. Octingenta et ultra insectorum species jam collectas habeo. Si cuidam ex tuis discipulis placeret insecta suecica cum italicis commutare, hoc commercium gratissimum mihi foret.

Si oculorum fluxio repetet tuo, quod consuluisti remedio utar. Grates interim plurimas reddo, atque te rogo ut velis tuam benevolentiam mihi semper concedere habeasque me tui obsequentissimum.

dabam Aug^{ae} Taurinor. die 10. maji 1768.

Linn. Soc., Vol. I: 36—37.

Utanskrift:

A La Royale Societé
des Sciences d'Upsal
a Upsal en
Suede.

25.

Viro amplissimo Sapientissimoque
D. Equiti Carolo a Linné
Professori Botanices Celeberrimo
S. Pl. D.

Carolus Allionius.

Accepi quae tu Vir Celeberrime perhumaniter misisti semina, atque pro iis plurimas ago gratias; media elapsa hyeme opportunam nactus occasionem misi ad Cl. Philippum Miller, collectionem nonnullorum seminum ad te mittendam, atque confido eam ad tuas manus pervenisse cum certa occasione usus sim. Iterum autem ex iis nonnulla quae maxime cupis, semina his litteris includo uti Hortegiae dichotomae, Bassiae, et Linderniæ. Ortigam Feuill. nondum vidi neque Calceolariam. Molucca frutescens in horto Taurinensi semina non maturat, sed pro sequenti anno illius semina ex loco natali curabo.

Pluries intermissum multis de causis opus meum florae pedemontanae persequor, atque confido intra paucos menses eam praelo subiiciendam esse.

Cura salutem tuam Vir Sapientissime in naturalis historiae incrementum atque mihi porro favere perge.

Dabam Aug^{ae} Taurinorum die 27^{a} aprilis 1769.

Utanskrift:

A La Royale Societé
des Sciences d'Upsal
a Upsal en
Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 40—41.

26.

Celeberrimo sapientissimoque Viro
Carolo a Linné Equiti aurato etc.
S. Pl. D.
Carolus Allionius.

Cum iteratis vicibus viderim semina nostrarum alpium tibi non ingrata extitisse, quaedam selecta atque super alpes proxime elapsa aestate collecta ad te mitto cupiens quam maxime ut eorum saltem quaedam aliquam apud te ineant gratiam. Paro nunc quamprimum edendum in 5 ⁰ miscellaneorum Taurinensium tomo auctarium ad synopsim methodicam stirpium H. R. T., quod continebit eas omnes quae ab anno 1762 additae sunt stirpes.[1] Curabo ut habeas, imo precabor ut benevole excipias, atque si quaedam aderunt stirpes a te desideratae, ex eo auctario commode poteris indicare. Optimi Bassii Bononiensis valetudo infirmata est, mense 7^{bri} apoplexia correptus est quae paralysim dextro brachio intulerat, nunc quidem melius se habet manus usu, licet non adhuc satis firme, restituto, ita tamen ut et literas dare possit.

Si quaedam exotica rariora semina literis inclusa mittere velles Vir Celeberrime ad hortum nostrum locupletandum, rem faceres gratissimam. Me tuae benevolentiae commendo, atque te deprecor ut me semper habere velis tui nominis cultorem humillimum.

dabam Aug^{ae} Taurinorum die 15^{a} februarii 1772.

Utanskrift:

A La Royale Societé des Sciences d'Upsal. *graines d'herbes*

Fr. br. *a Upsal en Suede.*

Linn. Soc., Vol. I: 42—43.

[1] *Auctarium ad Synopsin methodicam stirpium Horti Reg. Taurinensis* (Mélanges de philosophie et de mathém. de la Soc. R. de Turin, T. 5, 1770—1773, s. 53—96).

27.

Viro Celeberrimo
DD. Carol. Allionio
Botanico egregio
s. pl. d.
Car. Linné.

Doluimus diutius fortunam Tuam; nobis enim relatum fuit, nescio unde, Te ad aulam vocatum Archiatri munere functurum, adeoque abdicasse Floram magna cum jactura Rei herbariæ; valde itaque lætatus accepi tuas d. 15 Februarii datas ex quibus colligo Te ad minimum non ut Apostatam esse osorem Tui ordinis.

Loqueris de Synopsi method. stirpium H. R. T. de libro a me numquam audito; perscribas mihi titulum.[1] Libri Botanici ex Italia numquam apud nos occurrunt, ut, si ipse mihi eos gratissime non dedisses, numquam iis frui a me contigisset. Grates reddo similiter pro Auctuario, quod die nocteque avidissime desidero. Utinam hoc obtinerem antequam ederem novam editionem tomi secundi systematis, quem nunc paro precibus typographi, a quo plures exemplaria desiderant, sed dudum priora distracta sunt.[2]

Grates reddo ex toto corde pro Seminibus pulcherrimis; utinam Cortusa Anemone et [!] excrescerent omnium desideratissimæ, metuo quod frigus in itinere ea fregit, cum hyems apud nos fuit frigidius [!], quam umquam per meam vitam.

Si habeas Stockholmiæ ullum legatum Tibi notum, qui vellet Mantissam meam alteram ad Te mittere, ipsi mox tradam exemplar. videbis ex ea, quod convictus Linderniam tuam reliquerim sub tuo distincto genere. Videbis quod Palma Cycas pertineat ad Filices, quod pulvis in aversa foliorum parte non est semen, nec anthera, sed pollen absque anthera nudum, in omnibus Filicibus.

Semina Linderniæ, quæ antea misisti, proh dolor mihi non germinabant. Si habeas Aristolochiæ, Elephantopi, Tragiæ semina, quæ[so] des aliquot. Mitto aliquot pauca.

Ups. 1772 d. 31 Martii.

Utanskrift:

Viro amplissimo
DD. Carolo Allionio
Botanico Celeberrimo

franco Trident [annan stil].
frijbr. *Turin.*

Sigill VIII, sönderbrutet; rödt lack.

Original i R. Accademia delle Scienze i Turin.

[1] Måtte vara ett minnesfel af Linné, ty i bref 16 tackar han för *Synopsis methodica stirpium Horti Taurinensis.*

[2] Som bekant besörjde icke Linné själf någon ny edition af Syst. plant., utan öfverlämnade han materialet till sin f. d. lärjunge Joh. And. Murray, hvilken år 1774 utgaf *Systema vegetabilium,* Ed. 13.

28.

Botanico illustri
DD. Carolo Allionio
Horti Reg. Taurinensis Præfecto
s. pl. d.
Car. Linné.

Pridie in manus venit *Auctuarium* tuum Horti Taurinensis, nescio unde, a Te, Amicissime, missum, pro quo, ut etiam pro omnibus Tuis donis, quibus me per vitam beasti, Te colo, Te veneror, die nocteque; doleo me adeo a Te remotum, ut mutuis inservire nequeam, minus videre Te, quod optassem semper, sed negarunt fata. Tu solus certe plura solide detexisti, quam multi Botanici simul, studio certe herculeo. Nulla ætas magis ferax fuit in producendo novas plantas quam hoc nostrum seculum. Mexico, Cap. b. spei, Ind. orientalis nos inundat novis plantis; nullæ tamen magis difficiles, quam Europæ australis, in quibus Barrelier,[1] Bocco[2] aliique pauci quidem egregia præstitere, sed figuræ eorum sæpius non satisfaciunt. quæ vero Tuæ, lucent uti Luna inter stellas minores.

Doleo me carere Zanoni hist. plant., Halleri hist. alteram, Miscellanea Taurinensia, Comment. goetting., Cranziana, adeoque, in his deficere.

29[3] *Digitalem luteam* et *minorem* Mantiss. 567 tandem separavi in binas species. vidi ambas in Gallia ad Colberg sponte crescentes mixtas, ubique in collibus, adeo sæpe affines ut nescirem quamnam.

51. *Aloes* species non ex larva herbæ, sed ex nuda planta s. fructificatione distinxi adeoque floribus distinctæ species.

133. Sic *Achyranthes sicula.* habeo quatuor plantas foliis distinctissimas, sed flores in spicis simillimos, quas origine easdem non dubito; reliquæ species fructificatione longe alienæ sunt.

61. *Silphium tuum* forte numquam vidi; quæso des in tuis proximis figuram.

84 an *Hesperis lacera* Syst. nat. XIII p. 501. *Cheiranthus lacerus* Spec. plant. 926? tristes vero flores noctu odoratissimos, die inodoros colore lutescente virescentes; color et odor convenit in hisce; non vero odore tristes s. piceo [!].

93. *Hedysarum alpinum* meum diversissima planta ab *Hed. obscuro* vestro, quas me conjungere suasit Hallerus in priore historia, nunc novi vestrum *obscurum* melius.

113. *Azedarac semp[er]v[irens] & flor[ens]* doleo impense me numquam vidisse.

115. 116. *Saxifragias[!]* has *oppositifolias* vidi et certus [sum] spēcie non diversas esse.

125. *Saponariam porrigentem* dixi; antea hanc habui in horto. doleo quod mihi perierit.

136. *Ortegiam hispanicam* floribus subverticillatis, caulibus simplicibus ab *Ortegia dichotoma* floribus axillaribus solitariis, caule dichotomo, puto satis distinctam.

Floreas diutissime in augmentum et ornamentis[!] Rei herbariæ.

Upsaliæ 1774

d. 8 Novembr.

[På den 3dje tomma sidan står nära midten:]

Pyrus baccata
Bryonia laciniosa
Phyllanthus Cacti spec.

Utanskrift:

Viro Celeberrimo
DD. Carolo Allioni
in Hort. Taurinensi Professori Botanices.
fr:co Trident *Turin.*
[annan stil]
frijbr.

Sigill VIII; rödt lack.

Original i R. Accademia delle Scienze i Turin.

[1] Jacques Barrelier, se Afd. I: D. 4, s. 43, not 21.
[2] Paolo Boccone, se Afd. I: D. 2, s. 80, not. 5.
[3] De angifna nummerna hänföra sig till motsvarande noter i Allionis Auctarium. Se bref 26, not 1.

Linn. Soc., Vol. I: 174—176 finnas några växtförteckningar af Allionis hand, oftast försedda med namn af Linné.

AMMAN, JOHANN.

Född 1707 i Schweiz. Efter studier i Leiden och anställning hos Sir Hans Sloane i London kallades han 1733 till professor i botanik vid Kejs. Vetenskapsakademien i St. Petersburg, hvarest han dog 1741 (eller 1742).

Af brefven från Linné äro nu blott 3 kända.

29.

Viro doctissimo atque celeberrimo
CAROLO LINNAEO
S. p.
Joannes Amman.

Quas ad me Amstelodamo 26ª Iunii[1] ad me exarasti literas simul cum Gronovii[2] Clariss. epistola & tabulis Tuis systematicis[3] accepi. Diu desideravi tabulas istas toties in novis literariis recitatas videre, tandem ex munificentia Doctiss. Gronovii eas pe[r]lustrare licuit. Fateor plurima inibi reperiri, quæ ingenium et doctrinam in rebus naturalibus non mediocrem significant. Tua vero methodus plantarum nova a situ et numero apicum staminumque tantum desumpta, in inferioribus generibus definiendis multum, in summis autem parum aut minus reliquis hucusque excogitatis mihi valere videtur. Ammaniæ[4] character quoad stamina, pistillum, calycem, mihi ignotus est, cum hactenus eam nunquam florentem viderim. Habeo quidem elegantissime exsiccatum specimen in America

lectum, verum in eo nil nisi fructus apparent. Petala et stamina adeo fugacia sunt, ex relatione Houstoni, ut etiam in vigenti planta vix observari possint. Plurima mihi sunt nova plantarum genera, tam Indica quam Americana, Tatarica, Sibirica & Davurica, verum tempus nunc mihi non est eorum characteres Tecum communicare. Floram Tuam Lapponicam videre valde gestio, certus plantas ibi contineri, quæ etiam apud nos crescunt. Diu est quod D$^{\underline{m}}$. Siegesbek[5] non viderim, ob distantiam locorum, ubi degimus; nec tractatus Tuos ad eum missos hactenus scivi. Hortus, cui ille præest, Academiam minime spectat, sed ad Pharmacopolia hujus Imperii pertinet. Inter Academiam autem et Collegium Medicum, ad quod Pharmacopolia pertinent in hisce regionibus, nulla est communio. Num D^{s}. Siegesbek Catalogum horti Pharmacopolarum conscripserit, me prorsus latet. Vale. Scribebam Petropoli d. Septembris 1736.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus, Docteur en
Medecine tres celebre
a
Amsterdam.

Linn. Soc., Vol. I: 128—129. Engelsk öfvers. tryckt i Smith, Vol. 2, s. 191—192.

[1] Detta bref är f. n. okändt.
[2] Joh. Fr. Gronovius, se Afd. I: D. 2, s. 95, not 5.
[3] *Systema Naturæ* (1735).
[4] Se nästa bref, not 2.
[5] Johann Georg Siegesbeck, se Afd. I: D. 3, s. 100, not 4.

30.

Viro Clarissimo Celeberrimoque
Joanni Ammanno
Professori Botanices in Acad. Imp. Petrop.
Soc. Soc. Angliæ &c.
s.
Carolus Linnæus.

Quas ad me dedisti literas præterito mense decembris, eas tandem ante duos hebdomadas obtinui, nescio quo fato tamdiu

retardatas. Novi Te doctissimum esse Botanicum a longo retro tempore, sed confirmatus magis ex propriis Tuis literis, dum oxoniis degi, a Cel. Dillenio[1] communicatis; vidi enim ex istis Te inter rariores istos Botanicos facile primum esse, qui genera quæris naturalia. Dolui itaque eo magis, dum ex epistola Tua ad me, ut et ad D. Gronovium data, colligerem quantum lasciva mea, quam dicis, castos Tuos feriret oculos; speraveram castis omnia casta; quod mea methodus parum et minus reliquis huc usque excogitatis valeat, non nego; secula judicabunt! per bonam & malam famam! desumsi methodum a staminibus et pistillis, cum tam paucos videram Botanicos ad has attendisse partes, sperabamque me rem gratam facturum, si has describerem partes, desumsi methodum a staminibus et pistillis, quæ lasciva dicuntur, dum alii e petalis et capsula id est Nymphis & ovariis desumant; quam [!] crederem non multo nitidiores esse partes. Desumunt Botanici methodum a fructu seu ovario in plantis, an itaque velles ex ovario in Brutis; nostrum est inquirere notas differentes & diagnosticas, non imponere creatis. Methodum meam numquam naturalem dixi, dabo si vixero proxime omnia systemata contracta. et fragmenta methodi naturalis; inde concludamus quæ methodus maxime naturalis sit; et an Methodus dicenda quæ genera contra sensum characteris classici assumat. Sed transeat hæc, mea non defendam, judicabit dies.

Ammanniæ characterem dedi[2], plantam florentem præterita æstate habui; stamina & petala attente vidi; petala in nullo flore erant; dissecui enim calices plus quam viginti antequam explicabantur, cum frustra in explicatis floribus ea quæsivissem, et observavi ea omnino nulla esse. Houstonus[2] fuit accuratus, habuit et suos defectus, ut ex manuscripto ejus facile perceperam . accedit proxime ad *Ocymophyllum* Buxb: genere, quod genus dudum constitutum fuit a Petito[3], sub nomine *Dantiæ*, quodque ego recensui sub nomine, ab eodem Viro desumto *Isnardiæ*; proxime dico accedit ad hoc Ammannia; ejusdem generis tamen non dixerim. Mitto mea genera, pervolvas ea si placeat ut Amicus, excuses errores apud juvenem, qui meliora addiscere cupiat. alia vice si vixero emendatiora prodibunt, ego peregrinans hic ut debueram expolire me non potui. Nomina nova ne te moveant quæso, reddam rationem facti in Critica mea[4], quæ jam jam absoluta est. Mitto Floram Lapponicam, sed in ea nil tibi gratum fore prævideo, non enim tempus fuit eam expoliendi; synonyma svecorum assumsi svasu D. Dillenii.

Doleo D. Siegesbeckium non Tuam sibi comparasse gratiam, quæ ipsi quam necessaria judicarem.

Si Tibi superesset specimen cum floribus exsiccatis Ceratocarpi Buxb: unicum a Te exoptarem; si numerum staminum et pistillorum noveris, quæso indices.

Vale et me ama, sique rescribas literas Amstelodamum mittas ad Georgium Clifford, Mercatorem celebrem, et eam [!] habebo certissimas.

Dabam ex Musæo Cliffort: 1737. Maj. 20.

A D. Siegesbeckio habebis, quæ ad eum transmisi.

1. Genera mea
2. Floram Lapponica [!]
3. Musam Cliffortian.
4. Fundamenta mea Botanica.

Utanskrift:

a Monsieur
Monsieur Jean Amman
Professeur tres celebre
Petersburg

Sigill II; rödt lack.

Originalet tillhörde 1907 Gerichts-Sekretär H. Stenzel i Breslau, hvilken utlånade det till Upsala, där det afskrefs af Th. M. Fries. Aftryckt jämte inledande anmärkningar (med titel: »Ein ungedruckter Linnébrief») af Hubert Winkler i *Mitteilungen z. Gesch. d. Mediz. u. Naturwiss.*, Jahrg. 7, 1908, s. 24—27.

[1] Johann Jakob Dillenius, se Afd. I: D. 3, s. 204, not 3.

[2] *Ammania* upptogs af Linné i *Genera plant.*, Ed. 1, 1737, s. 337 efter Houstouns manuskript, af hvilket han fått taga del genom Phil. Miller i London. William Houstoun, f. i Skottland 1695, vistades länge på Antillerna, där han idkade botaniska forskningar; dog på Jamaica 1733. Hans efterlämnade anteckningar förvärfvades af Sir Joseph Banks, som utgaf delar däraf under titel: *Reliquiae Houstonianae* . . . (London 1781).

[3] François Pourfour de Petit, läkare i Paris, f. 1664, d. 1741, utgaf anonymt: *Lettres d'un médecin des hôpitaux du roy, à un autre médecin de ses amis* (Namur 1710). *Dantia* beskrives där, s. 49.

[4] *Critica botanica* (Lugd. Bat. 1737).

31.

Viro doctissimo atque clarissimo
CAROLO LINNAEO
Med. Doct.
S. p.
Joannes Amman.

Gratissimæ mihi fuerunt literæ Tuæ ante aliquot menses e Musæo cliffortiano ad me datæ. Pro transmissis autem hactenus a Te editis Scriptis Botanicis maximas ago gratias, utque meo nomine similes agas insigni et celeberrimo rei herbariæ cultori & promotori D° Cliffortio pro oblata mihi Musæ[1] n horto suo florentis descriptione obnixe rogo. Memini a Celeb. Gronovio audivisse, dum Lugduni Batavorum studiis medicis operam dabam, quot & quantis ille sumptibus, quantaque industria plantas omnis generis et regionis rarissimas in horto suo amoenissimo prope Harlemum colat conservetque. Quantum igitur ex ejusdem catalogo, quem Tu conscribere dicis, ad rei herbariæ augmentum exspectandum erit? Ut video, bilem Tibi movit mea ad Gronovium & Dillenium data sententia de nova Tua methodo a staminibus et pistillis sumpta. Lascivam jocabundus dixi in literis ad Gronovium ni fallor; sed vix credere possum Te ægre hoc laturum. Si perpendere velis tantum subinde maritorum acervum uni feminæ destinatum respectu hominum nostrorum mores et leges castitatis vix ullam speciem præ se ferre. Non loquor autem de legibus plantarum naturalibus a summo Creatore sancitis. Ad Dillenium scripsi methodum Tuam in constituendis et definiendis stirpium generibus magno cum usu adhiberi posse; in ordinandis autem classibus vix ullum locum habere. In hac adhuc sum sententia; nam secundum methodum Tuam plantæ ad unam eandemque classem referuntur, quæ præter numerum staminum & pistillorum nihil commune, omnes vero reliquas partes distinctissimas habent. Qualis quæso affinitas, si staminum numerum excipias, inter Valerianam et Cyperum, inter Persicariam & Campanulam, inter Gentianam, Ribem & Angelicam etc.? Perlegi Floram Tuam Lapponicam multasque plantas ibi recensitas et descriptas reperi, quæ etiam circa Petropolim sponte nascuntur. Betulam exempli gratia, foliis orbiculatis crenatis, cujus iconem quoque et descriptionem jam ante duos annos Academiæ nostræ tradidi.[2] Synonymis Tuis deest: Betula

pumila, Flor. Pruss. Rubum caule unifloro, foliis ternatis, qui idem est cum Rubo humili flore purpureo Buxb. Cent. V.[3] quemque jam ante 15 annos Messerschmidius[4] in Sibiria eleganter & accurate descripsit. Struthiopteris Cordi & Thalii Sylv. Herc., quæ copiose in locis uliginosis circa hanc urbem provenit, est eadem planta cum Filice palustri maxima C. B. Prodr. & Struthiofera Munting nec non & Lonchitide Norwegica majori Pet. Muntingius et Petiverius folia tantum fructifera a sterilibus omnino diversa viderunt. Occasione hujus dissertationem[5] conscripsi, Commentar. nostris inserendam, de omnibus Filicum late sic dictarum speciebus, quæ folia obtinent duplicis generis, alia nempe sterilia, alia fructifera, in qua etiam aliquot novæ species Americanæ describuntur et delineantur. Genera Tua plantarum exacte ex vivis plantis definita esse, nullus dubito, verum plurimarum character sumptus videtur e siccis tantum, aut ex iconibus et descriptionibus minus accuratis, quales sunt Horti Malabarici. Fieri ergo facile potest, ut non pauci errores irrepserint. De mutatis tot nominibus scribis Te rationem reddere in Critica Botanica. Credo Te secundum suppositas regulas in Fundamentis Botan. exhibitas egisse. Verum plures forsan istarum regularum non omnibus probantur, adeoque nec mutata nomina. Perpende quæso, quod si unusquisque tales regulas et axiomata pro lubitu assumere vellet, nominaque plantarum jam nota & optimis Auctoribus probata evertere, illorumque loco nova effingere, quid tandem inde fieret? plus quam Babylonica nominum confusio. Candide & sincere, non animo disputandi aut contradicendi hæc scribo. Siegesbecius, homo sui generis, criticam dissertationem, qua scripta Tua dure satis reprehenduntur, prælo submisit, cumque desiderio D[i] Archiatri typis Academ. imprimatur, eam perlegendi occasionem habui.[6] Brevis admodum est, sed brevitatem, ut mihi quidem videtur, arrogantia & invidia repensat. Idem sentiendum de præmissis huic dissertationi fundamentis botanicis. Ceratocarpum florentem nondum vidi; capsulas autem seminales literis hisce inclusas mitto, e specimine depromptas in ulteriori Sibiria lecto, ubi Cuniculis salientibus longissima cauda instructis[7] pabuli loco inservit hæc planta. Proximo vere, si me certiorem reddideris, quid Tibi desit de centuriis Buxb. vel de Commentar. nostris, forte simul cum Tractatu meo de rarioribus plantis Tatariæ & Sibiriæ, descriptionibus & figuris illustratis, accipies.[8]

Vale & me ama. Scribebam Petropoli d. 15° Novembr. 1737.

Linn. Soc., Vol. I: 130—131. Engelsk öfvers. tryckt i Smith, Vol. 2, s. 192—196.

[1] *Caroli Linnæi Musa Cliffortiana* ... (Lugd. Bat. 1736).

[2] 1736 i Juni inlämnade Amman till ryska vet. akad. bl. a. en afhandling: *De Betula pumila folio subrotundo* ..., som dock först 1744 trycktes i akademiens *Commentarii*, T. 9, s. 314—315, tab. 14.

[3] Johann Christian Buxbaum, född 1693, anställd hos ryska ministern i Konstantinopel, hvilken han åtföljde på många resor i orienten, sedermera fästad vid den nybildade ryska vetenskapsakademien; död 1730. Hans *Plantarum minus cognitarum centuria V.*, där *Rubus arcticus* finns beskr. s. 13, tab. 26, utkom först 1740.

[4] Daniel Gottlieb Messerschmid, f. i Danzig 1685, död i Petersburg 1735; reste 1719—27 på ryska statens bekostnad i Sibirien.

[5] Ammans afhandling *De filicastro, novo plantarum genere* ... lästes i akademien 1737 i Jan., men trycktes först 1747 i *Commentarii*, T. 10, s. 278—302, tab. 18—23.

[6] J. G. Siegesbeck, *Botanosophiæ verioris brevis sciagraphia* ... *accedit Epicrisis in Clar. Linnaei* ... *Systema plantarum sexuale* ... (Petrop. 1737). Den är tillägnad J. B. von Fischer, arkiater och chef för ryska medicinalverket.

[7] Torde vara *Jaculus Sagitta* Pall.

[8] Ammans arbete: *Stirpium rariorum in imperio rutheno sponte provenientium icones et descriptiones* utkom först 1739.

32.

Viro doctissimo atque clarissimo
C. LINNAEO, M. D.
S. pl.
Joannes Amman.

Mitto quam desiderasti dissertationem criticam a Siegesbeckio in hactenus a Te edita Scripta elaboratam, simul cum Botanosophiæ *verioris* ejusdem Sciagraphia.[1] Iudicabis ipse, quid de iis sit sentiendum. Quoad pretium tabellario solvendum pro transmissis philyris, unicum est quod rogo, ne in posterum illud unquam, in memoriam revoces. Fasciculus, quem Gronovius ad me misit, ut scribis[2], nondum ad manus meas pervenit. Plura, si Holmiam perveneris, ad Te scribam, literasque dirigam ad D^{m}. Hedlinger conterraneum meum, quem meo nomine quam humanissime salutes, precor. Celeberrimum D^{m}. Boerhaavium, data occasione, Gronovios clarissimos, Royenium eruditissimum, aliosque, qui Leidæ sunt, amicos, salvos sospitesque jubeas, oro rogoque. Vale et me amare perge. Scribebam Petropoli d. 23^{i} Ian. 1738.

Linn. Soc., Vol. I: 132. Engelsk öfvers. tryckt i Smith, Vol. 2, s. 196.

[1] Se föreg. bref, not 6.

[2] Det åsyftade brefvet från Linné är f. n. okändt.

33.

Viro Doctissimo atque Celeberrimo
CAROLO LINNAEO
Medicinæ Doctori & Botanico Regio
S. pl.
Ioannes Amman.

Quas Holmia d. 12. Octobr. ad me exarasti humanissimas literas prospere accepi[1]. Lætus ex iis certior factus sum, Te salvum & incolumem in Patriam reversum & honorificis admodum muneribus ornatum, sedem ibidem fixisse, de quibus rebus ex animo Tibi gratulor. Opusculum meum de Stirpibus rarioribus in Imperio Rutheno sponte provenientibus[2], cum primitiis Siegesbecianis[3] lubentissime ad Te per navem Holmiam petentem misissem, sed accidit, ut lacus, fluvii & ipsa maria, paulo post quam literas Tuas accepi, glacie penitus obtecta fuerint, ita ut nesciverim & adhuc nesciam, qua occasione tuto hac hyeme Tibi transmitti possint, nisi ipse mihi indices, quomodo id fieri commode queat. De Filicibus Russiæ tractatum nullum scripsi, nisi ita appellare velis dissertationem Academicam de omnibus ad hanc in diem bene notis Filicibus, quæ duplicis generis folia obtinent, alia nempe florifera & fructifera, sterilia alia, compositam; hæc anno sequenti, ut spero, Commentariis nostris, figuris aliquot illustrata inseretur.[4] Floram Virginicam Gronovius hoc autumno misit. Hortum Cliffortianum promisit quidem, sed nondum ad manus meas pervenit. Royenii Prodromum Floræ Lugduno-Batavæ nondum vidi. Quæcunque a nuper instituta Scient. Societate Holmiensi edita mittes, non possunt [non] esse quam gratissima.

Vale & me amare perge.

Scribebam Petropoli d. 2 Decembr. 1739.

Utanskrift:

a Monsieur
Monsieur Linnæus, Docteur
en Medecine, & Professeur en
Botanique trés celebre a
Stockholm.

Linn. Soc., Vol. I: 134—135. Engelsk öfvers. tryckt i Smith, Vol. 2, s. 196—197.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.
[2] Se bref 31, not 8.
[3] Afser väl Siegesbecks *Primitiæ floræ Petropolitanæ* (St. Petersb. 1736).
[4] Se bref 31, not 5.

34.

Viro clarissimo atque celeberrimo
CAROLO LINNAEO
S. pl.
Joannes Amman.

Ante plures jam menses literas ad Te, Vir celeberrime, exaravi Holmiam directas, quas an acceperis silentium Tuum dubium movere videtur. Quare obnixe Te rogo, ut me certiorem facias, num illæ in Tuas manus pervenerint, nec ne? Misissem lubentissime tractatum de Stirp. rarior. Ruthen. anno jam præterito, nisi occasio tuta, certa & commoda defuisset. Idem accidit hoc vere & fere elapsa jam æstate. Cujus rei causæ Tibi æque notæ esse debent, quam mihi. Mittam autem certissime hoc autumno vel proxima hyeme cum primitiis Petropolitanæ floræ, exemplari unico, quod possideo. Spero Te accepisse Botanosophiæ verioris Sciagraphiam per Tabellarios publicos ad Te missam, dum adhuc in Belgio moratus es. Floruit hac æstate in horto Academico Lapathum orientale frutex etc. Elegans hæc planta proprie ad Atraphaxin non pertinet; stamina enim obtinet octo, stigmata tria. Iconem & descriptionem hujus plantæ Academiæ exhibui Commentariis ejus inserendas.[1] Floruerunt itidem duæ Persicariæ species ex seminibus Sibiricis enatæ. Ambæ staminibus gaudent octo; earum vero pistilla in stigmata tria terminantur. Ambarum flores odorati sunt. Altera flores habet in racemos congestos, altera è foliorum alis ut plurimum egredientes. Succrevit etiam *planta verticellata rarissima*,[2] quæ floribus prædita est labiatis; labium superius bifidum est, inferius trifidum; segmentis fere æqualibus; stamina sunt duo tantum; semina quatuor nuda; calyx in quinque segmenta æqualia & valde acuta patulaque profunde dissectus est. Flores minime spicati sunt, sed pediculis ramosis innascuntur ex foliorum sinubus egredientibus. Folia præterea obtinet trifida fere adinstar Moldavicæ Americanæ trifoliæ odore gravi Inst. r. h. Nonne hæc planta novum genus constituit? Ego saltem nescio ad quodnam cognitum genus referri debeat. Tres diversas corispermi Iuss. species hac æstate examinavi; petala autem nulla observare potui armatis etiam oculis. Alia mihi est planta singularis admodum & ad hanc in diem, ut puto, plane incognita. Duplicibus hæc floribus prædita est, masculinis scilicet & fæmininis. Masculini in ramorum summitatibus nascuntur, ex meris staminibus sterilibus in glomos [densis-]

simos compactis constantes & in spicas longas, reflexas [dis]positi: fæminini in alis foliorum delitescunt, quos ob parvitatem nondum exacte observare potui; semina continentur in capitulis squamosis & foliosis, solitaria, compressa, oblonga, quæ nondum ad maturitatem pervenerunt. Si respondes, quæso literas Academiæ inscribas & paullo infra notes ad me exaratam esse epistolam. Vale & me ama.

Scribebam Petropoli d. 7. Septembr. 1740.

Utanskrift:

à Monsieur
Monsieur Linnæus, Docteur
en Medecine trés celebre &.
Professeur en Botanique
a
Stocholm.

Linn. Soc., Vol. I: 136—137. Engelsk öfvers. tryckt i SMITH, Vol. 2, s. 198—199.

[1] Ammans afhandling: *De Lapatho orientali, frutice humili flore pulchro* ... föredrogs i akademien den 23 Juni 1740. Tryckt 1751 i *Commentarii*, T. 13, s. 400—403, tab. 13.

[2] Af Linné tillskrifvet: *Amethystina* AMM: *Lycopi* species.

35.

Viro Clarissimo
Dn. Jo. Ammanno
Profess. Petropolitano
Ac. Imp. Scient. et Reg. Lond. Socio
Botanico Celeberrimo
C. Linnæus.

Ante longum tempus litteras ad Te, Vir Inclyte, dedi, responsorias non obtinui. Interim ad nostros Bibliopolas, inque manus meas pervenere Stirpium rariorum in Imperio RUTHENO sp. nasc. icones et descriptiones, TE Auctore. Opus profecto egregium et quod Tibi æternum conservabit nomen. Tibi gratulor quum tantum exercitum producere potuisti; tamque vasta militia Floram augere. Descriptiones cet. accuratissimæ sunt, figuræ optimæ, plantæ rarissimæ, e terris, quæ antea Floræ imperio non paruere, conquisitæ.

Pro amore quo in plantas fers, itaque precor mihi respondeas ad quasdam plantas, de quibus a Te solo instrui possum, in foenore repositum omnia suo tempore reperies.

1. *Chamæjasme* pag. 16. 17 an non possit ad Thymeleas s. Daphnem meam, referri? Si fructus sit exsuccus, forte tum non? Si vero fructus sit exsuccus et acuminatus, tum forte ad Passerinam amandaretur, sed stamina in tua intra tubum corollæ latent, adeoque potius ad priorem scilicet Thymelæam.

2. *Valerianella nemorosa repens, foliis vitis idææ minoribus, flore subrubente, semine umbilicato hirsuto oblongo* pag. 19, annon hæc sit serpillifolia Buxbaumii, s. Obolaria Siegesb. s. Linnæa amici communis certe descriptio quadrat. Sin minus ramulum vel modo flosculum mittas.

3. *Argusia* p. 29 ex tota descriptione patet novum esse genus; sed desidero stamina, utinam posses et velles exsiccatum flosculum mittere, ut stamina, stylum et stigmata extricarem. Hodie sudat altera editio *Generum meorum* Lugduni Batav. sub proelo, si has partes nossem, genus inserere possem, uti cum *Cymbaria* tua ante hac factum est.[1]

4. *Coris tab. 5* fateor faciem plantæ omnino convenire cum Dodartia, sed flores, ex figura et descriptione me non intelligere fateor, utinam exsiccatum flosculum haberem.

5. *Lathyroides* pag. 114 t. 7. f. 2. hæc multa communia habet cum Orobo 4^to^ Horti Cliffortiani, sed describit Messerschmidius plantam suam gaudere:

1. caule teretiusculo, *qui in mea* triqueter est.

2. stipulas seu aures minores pingit, uti et costam communem foliorum, quam in mea, breviorem.

6. Utinam flosculum *Hellebori fumariæ foliis* p. 74. t. 12. dare posses.

7. *Thalictrioides* pag. 76 Apud Jussievios in Horto Regio Parisino vidi plantam sub thalictrioidis canadensis nomine cultam, eandem etiam sub Christophorianæ nomine a Gronovio ex Virginia habui. Hisce fructus fuit bacca putoque plantam ad Leontopetalon pertinere. Tua in paucis differt, utinam flosculum viderem.

8. *Menispermum* pag. 92 est mira planta et forte novi generis.

9. *Hypecoon* pag. 59 [58] t. 9 est pulcherrima species, si semen habeas, quæso mittas, vel unicum. An Cymbariam in horto alas?

10. *Ruyschiana* de hac et mihi et Botanicis omnibus pulchra et vera docuisti. Nil novi in nostris oris. A te multa adhuc sibi promittit Flora.

Dabam Stockholmiæ 1740 d. 16 Octobr.

Efter kopia i »Archives de la Conférence de l'Académie Imp. des Sciences de St. Pétersbourg: Eingekommene Briefe von Anno 1740», Vol. 29, N. 57.

[1] *Argusia* inkom ej i *Gen. plant.*, Ed. 2. I *Hortus Ups.* 1748 hänföres den till *Messersmidia.*

36.

Viro clarissimo atque celeberrimo
CAROLO LINNAEO
S. pl.

Joannes Amman.

Humanissimas d. 16. Octobr. Holmia ad me datas literas prospere accepi. Has perlegendo miratus statim sum, illas quas hoc anno ad Te exaravi in manus Tuas non pervenisse. Celebri hujus urbis mercatori ante plures menses exemplar tractatus mei de stirpibus rarioribus in Imperio Rutheno sponte provenientibus tradidi Holmiam ad Te mittendum. Si et hoc quoque periit, quæso quam proxime me certiorem facias. Ante aliquot septimanas literas etiam ad Te misi per tabellarios publicos, in quibus plura de plantis rarioribus continentur. Te has accepisse nullus dubito.

Nunc ad ea accedo, de quibus in ultimis Tuis agis, nempe ad dubia quædam & desiderata circa plantas nonnullas in tractatu meo descriptas & recensitas. Incipiam ab Argusia Mess. Floruit præterita æstate in horto Academico pulchra & singularis hæc planta. Nosse desideras ejus stamina, stylum & stigmata. Hæc autem ita se habent. Stylus vel pistillum, ut cum Tournefortio loquar, conicum est, breve, crassum, intra florem delitescens, calyci innatum, stigmate valde crasso, fere hæmisphærico præditum. Stamina sunt quinque ut plurimum, subinde & sex, brevissima, fundo floris arcte adnata, apices albos, lineam fere longos bifidosque gerentia, qui farinam fundunt albissimam, totam fere floris partem inferiorem replentem. Corolla alba est, monopetala, inferne tubulata, superne in quinque segmenta patentia acuta & æqualia dissecta,

marginibus eorum undulatis. Calyx parvus est, monophyllus, in quinque etiam segmenta valde angusta fissus. Reperies hujus plantæ exemplar inter herbas siccatas, quas simul cum hac epistola ad Te mitto.

Flos Hellebori Fumariæ foliis nectaria habet quinque flava; petala etiam quinque; stamina tot quot sunt vaginulæ, duodecim ut plurimum, harum dorso appressa, admodum gracilia, apicibus flavis exiguis prædita. Et hujus quoque specimen cum seminibus æstate præterita in horto Academico lectis mitto. Est sane hæc planta valde singularis & elegans. Icon quæ in tractatu meo extat; illam non satis accurate repræsentat.

Valerianella nemorosa repens etc. Mess. radice repente, caulibus procumbentibus, foliis, floribus, staminum numero crescendique modo, fateor, cum Serpillifolia Buxb. omnino convenit. Verum si calicis & fructus structuram & formam consideramus, qualis a Te & a Messersmidio descripta est, aliquo modo differre videbitur. Tu calicem duplicem statuis in Generibus plantarum, alterum qui floris germini insidet, alterum qui fructum amplectitur; hunc autem esse capsulam ovatam, glabram, trilocularem, calice fructus tectam. Messersmidius vero scribit calicem floris quinquepartitum esse, summo semini oblongiuscule rotundo & hirsuto insidentem & post florem deciduum superstitem. Vides igitur secundum descriptionem Tuam Messersmidii plantam a Tua differre calice simplici, semine non capsula contento, sed nudo hirsuto. Messersmidius nec semina nec siccata specimina secum ex Sibiria attulit, quorum attenta consideratio & Tua & mea dubia solvere posset; nam & ipse fere persuasus sum Valerianellam hanc eandem esse plantam, quæ Serpillifolia Buxbaumii. Inserui ejus descriptionem tractat de stirp. var. Ruth. ut ulteriori inquisitioni ansam præberet iis, qui regiones peragrant, in quibus Auctor illam reperit.

Ex specimine sicco Lathyroidis, quod Tibi cum pluribus aliis mitto, ipse satis superque videbis quam diversa sit planta ab Orobo Tuo quarto in Horto Cliffortiano descripto. Coluntur in horto Academico aliquot hujus plantæ specimina, præterita æstate e seminibus Irkutensibus enata, flores autem nondum protulerunt.

Præter plantam illam leguminosam cujus semina primus ad Cl. Dillenium oxonium misi & ex qua Tu novum genus propter formam corollæ sub Trigonellæ titulo constituisti, aliam hortus Academicus alit speciem perraram, quæ descripta est in tractatu de Stirp. rar. Ruth. sub nomine Meliloti n. 159.

Chamæjasme fructum habet exsuccum, turbinatum, fere instar Valerianellæ vulgaris, adeoque ad Thymæleas referri non potest. Præter ossicula Menispermi nulla alia pars hujus plantæ in conspectum meum

pervenit. Cymbariæ semina jam quater locis humidis & calidis, siccioribus & frigidioribus, terræ pingui & steriliori commisi, sed perperam. Non gliscunt semina. Coridis junceæ flores ipse nondum vidi. Thalictrioidis autem flores et Hypecoi semina inter specimina plantarum siccata reperies.

Scribis Te Lutetiæ Parisior. apud Jussievios plantam vidisse sub Thalictrioidis nomine cultam, quam paucis a mea differre existimas. Ego vero plane diversas esse plantas judico. Iussievii enim baccas obtinet; mea fructum habet siccum, corniculatum, seminibus villosis foetum. Licet floribus convenirent, ob fructus tamen diversos ad diversa etiam genera referri debent. Reperitur quoque in Sibiria Christophoriana Species baccis rubris, quæ forte eadem est quæ Americana illa Gronovii & Morisoni. Credo me hisce omnibus Tuis desideratis satisfecisse. Vale igitur, Vir Clarissime, & me, ut facis, amare perge. Petropoli d. 18. Nov. 1740.

Catalogus plantarum siccatarum.

1. Calceolus fl. purpureo specioso Stirp. rar.
2. Abrotani species fl. aureis.
3. An Gentianæ species? vel quid?
4. Gentiana minima Stirp. rar.
5. Phalangii forte Species. Stirp. rar.
6. Gramen quale?
7. Gei nova species.
8. Helleborus Stirp. rar. n. 101.
9. Asclepias Linariæ fol. Stirp. rar.
10. Asclepias foliis linearibus.
11. Pentaphylloides fruticosa etc. Stirp. rar.
12. Viola quænam?
13. Helleborus Fumariæ fol. Stirp. rar.
14. Coris juncea aphyllos Stirp. rar.
15. Thalictrioides Stirp. rar.
16. Ballote Stirp. rar. n. 59.
17. Lysimachia Stirp. rar. n. 28.
18. Ruyschiana glabra etc. Stirp. rar.
19. Turritis?
20. Quid? duplices habet flores alios masculinos, alios femininos in eadem planta.
21. Delphinium floribus amplis azureis, perenne. Stirp. rar.
22. Ballote Fol. Coronopi Stirp. rar.
23. Geranium quale?
24. Acinos species Sibir.

25. Argusia Mess. Stirp. rar.
26. Artemisiæ nova species.
27. Spinaciæ forte species. Stirp. rar.
28. Alsine viscosa & graveolens.
29. Amethystina Mess. Stirp. rar.
30. Elegans Filiculæ Sibiriæ species.
31. Lathyroides Mess. Stirp. rar.

Catalogus seminum

32. Hypecoon etc. Stirp. rar.
33. Androsace etc. Stirp. rar.
34. Helleborus Fumariæ foliis Stirp. rar.
35. Menispermum etc. Stirp. rar.
36. Delphinium perenne Aconiti fol. etc. St. rar.
37. — — — — — — fl. amplis azureis ib.

J. Amman.

Linn. Soc., Vol. I: 138—139, 142 (bl. 140—141 kopia af samma bref).

Engelsk öfvers. af själfva brefvet i Smith, Vol. 2, s. 200—203. Se Smiths noter till detta och föregående bref.

37.

Illustrissimo Botanico
IO: AMMANNO
Professori Petropolitano
S. pl. d.
Carolus Linnæus.

Humanissimas Tuas d. 7. septemb: et 18 Novemb: (easque in duplo) una cum Libro egregio, plantis rarissimis et seminibus pulcherrimis accepi, pro his si grates reddere possem sufficientes, me beatum dicerem; utinam aliquid a me desiderares, quo animum, in Te, declararem meum. Diu exspectavi plantas, quas Tabellarius in Tascula, apud se retinuit, literas transmittens, non vero fasciculum utpote nimis ponderosum; adii itaque cancellie collegium, quod jussit Tabellarium Tasculensem fasciculum transmittere; accepi tum, nec sero. solvi 7 florenos, sed visis plantis rarissimis lubenter pro singula florenum belgicum numerare voluissem.

Primitias Floræ petropolitanæ accepi per tabellarium e Germania; spero Te vidisse Browalli examen epicriseos siegesbeckianæ; Gleditschii Tr: contra siegesbeckium non dum vidi ipse[1]; audivi tamen eundem dudum prodiisse. ubinam hodie degat siegesbeckius? quo munere fungatur?

sed ad Tuas

N:o 31 *Lathyroides* est longe diversissima planta ab orobo Horti cliffortiani.

N:o 30. *Hemionitis* est pulcherrima species, fructificationes ad marginem gerens uti Pteris nostra.

N:o 29. *Amethystina* quam in literis describis quoad fructificationem est omnino *Lycopi* species. sed omnino singularis.

N:o 28. *Alsine viscosa & graveolens* est Varietas Alsines pratensis gramineo folio angustiore *Tournef.*

N:o 27. *Spinaciæ forte species* videtur ex fructu Atriplicis species. calix seminis bivalvis basi verrucosus ut in plerisque; flores autem hermaphroditos in specimine sicco vix clare video.

N:o 26. *Artemisia* &c: plantam antea numquam vidi, est singularis.

N:o 25. *Argusia.* hæc mihi gratissima fuit; est planta *Asperifolia,* sed ex fructu generis distinctissimi.

N:o 24. *Acinos* possideo exemplar simillimum ex Horto Acad: Ultrajectino; de mea novi quod nil sit nisi Acinos vulgaris cultura major facta.

N:o 23. *Geranium.* quod daretur alia species Geranii pedunculis unifloris, quam illa, quæ in Horto cliff: recensita, et mihi et aliis forte ignotum fuit; hæc Tua vero aliud docuit, quæ distinctissima, et stipulas ad pedunculorum basin gerit. an semina in hac hirsuta sint?

N:o 22. *Ballote* species pulcherrima, distinctissima.

N:o 21. *Delphinium* quod sit planta perennis mirum. an apud vos etiam perennis sit?

N:o 20. *Quid hoc?* Ceratoides orient: eleagni folio. Tournef. cor. cum hac planta fructificatione omnino convenit. ad Urticam a me relata fuit apud Royenum, sed hæc Tua species distincta est, cum altera a me visa foliis gaudeat lanceolato-linearibus. vivam plantam numquam vidi; flores feminei cum urtica conveniunt; Tu velim examines flosculos masculos, qui singulares.

N:o 19. *Turritis.* mihi Arabis. cum folia inferiora deficiant de specie hæreo; vide Halleri iter.

N:o 18. *Ruyschiana* pulcherrima et planta & observatio. hæc Tua foliola floralia s. bracteas gerit indivisas inermes, adeoque toto coelo ab altera diversa, licet ejusdem generis.

N:o 17. *Lysimachia* varietas omnino *luteæ salicis folio* ut recte docuisti.

N:o 16. *Ballote?* certe est, sic dictitante facie et fructificationis partibus; sed singularis species.

N:o 15. *Thalictroides.* aliam quam speraveram video plantam, thalictri omnino speciem.

N:o 14. *Coris.* de hac nil novi; flores non habet exemplar. nec cum Dodartia eandem crederem, collata specimina non conveniunt.

N:o 13. *Helleborus fumariæ fol.* oro observes quibus notis præcipue a *Thalictro montano præcoci Tournef.* differat. et annon et hoc & Tournefortiana distinctum et ab Helleboro et Thalictro genus confici queat? an nectaria in hac tubulata sint?

N:o 12. *Viola?* crederem facile varietatem saltem esse Violæ 2^{dæ} Horti cliff: sic suadet stigma, lineæ petalorum, foliorum figura; sed flos triplo major, folia magis hirsuta et sinuata. forte a loco umbroso extra alpes.

N:o 11. *Pentaphylloides.* crescit et apud nos in Oelandia; Figuræ datæ sunt in Raj. syn. 2. p. 398. Moris. hist. 2. p. 2. t. 23. f. 5. Walth. hort. t. 17. et in catal. Hortulan. angl. (sed Tua reliquis præstat et melius cum nostra convenit).

N:o 10. *Asclepias.* flores gaudent nectario campanulato erecto, ergo *Cynanchum* dicerem secundum meos characteres. speciem determinare nequeo, cum folia omnia deficiant.

N:o 9. *Asclepias linariæ fol.* pulchra planta, et distinctissima species.

N:o 8. *Helleborus.* est certe sola varietas floris Trollii, sed maxime singularis et qualem numquam vidi, ubi nectaria longitudinem petalorum attingunt.

N:o 7. *An Geum.* sic omnino est; examinavi flores, nullum dubium; species certe singularis. Martens Spitzb: ad manus non est; si nec ibi reperiatur, certe nova est.

N:o 6. *Gramen quale.* est monstrum, sed a qua specie productum nescio. flores inferiores masculi; reliqui feminei, ultimi eunuchi. ad triticea spectat.

N:o 5. *Phalangium forte?* quod si ad convallariam referas; certe genere convenit omnino cum *unifolio* Dill: Rupp. et Poly-

gonato racemoso *Corn. canad.* uti flores quoad omnes partes et facies dictitant. hinc Tibi Smilax si cum Tournefortio velis.

N:o 4. *Gentiana minima.* mira planta. nec Gentianæ speciem credidissem, ni flores aperuissem; petala enim quinque sunt, sed lateribus connata cum calycis laciniis in unum infundibulum, quod singulare. margo foliorum coloratus et albus est.

N:o 3. *Quid?* etiam Gentiana est, sed flore s. corolla omnino plana.

N:o 2. *Abrotanum* etiam singulare.

N:o 1. *Calceolus.* varietas Calceoli vulgaris.

Semina

N:o 32. Hypecoi vix prodibunt, quod doleo.

N:o 34. *Menispermi* nec germinabunt, quæ singulare indicant genus.

reliqua optima sunt.

Odateradt, men troligen skrifvet i slutet af 1740.

Originalet tillhör (1914) doktor E. Förberg i Djursholm.

[1] Om de af Browallius och Gleditsch utgifna skrifterna mot Siegesbeck, se Afd. I: D. 3, s. 100, not 4.

AMOUREUX, PIERRE JOSEPH.

Född 1741, läkare och naturvetenskaplig författare, bibliotekarie vid medicinska fakulteten i Montpellier, död 1824.

38.

Vir illustrissime

ignosces mihi juveni si in summis occupationibus tuis momentum auferre audeam ut tibi offeram opus quo incohavi studium medicum, levidense sane opus nisi propriis tuis verbis quæ ubique occurrunt commendaretur; multa enim ex aureo tuo opere circa *species animalium* nec non ex *amœnitatibus* tuis *academicis* audacter mutuavi. Cum pro baccalaureatûs gradum consequendo mos vigeatur in nostrâ universitate medicâ ut argumentum ad libitum a bacalaureando seligatur, ad historiam naturalem pronus *tentamen* hoc *de noxâ animalium*[1] in medium proferre duxi, quod eo lubentius in me suscepi quo magis a viâ communi deflec-

terer et ut multis inter nos qui scientiam naturalem et medicam in uno congruere negant, harum scientiarum nexum et utilitatem exemplis factisque millenis comprobarem. qualecumque opus accipe velim, vir illustrissime, felicem me si sereno vultu accipias.

Exopto tibi longævam vitam nomenque tuum insigne sit ad memoriam. hæc sunt summa votorum,

illustrissime vir,

tibi addictissimi et humillimi servi
P. J. Amoreux filii medici monsp.

Linn. Soc., Vol. V: 170 (på baksidan af ett bref från A. Gouan, 6 Jan. 1763).

[1] *Tentamen de noxa animalium* (Avenione 1762).

ANDREW, JOHN.

»Joannes Andrew Anglus» inskrefs vid 20 års ålder som medicine studerande vid universitetet i Leiden 1735. Hans öfriga lefnadsomständigheter äro utgifvaren obekanta. Såsom framgår af hans bref var han bekant med Linné och korresponderade med Leipzigerbotanisten Chr. Gottl. Ludwig (se Afd. I: D. 3, s. 62, not 2).

39.

Viro Doctissimo
Carolo Linnæo
S. D.
Iohannes Andrew.

En! hic habes litteras quas videre expetis. Eas longe antea ad Te misissem, si non quotidie Te hic videre expectassem. Ex iis facile percipies, quanti (summo jure certe) Te faciat D$^{\text{ns}}$ Ludwig. Et ne sumas in malam partem quod ille a Te quid diversum sentiat. Ille enim optime scit quid profeceris in re Botanica, & nullus dubito quin ille Systema tuum (ut omnes qui illud probe norunt) omnibus cæteris præferret, sed de his plura, quando iterum colloquio tuo fruar.

Valeas itaque & Tuo faveas.

Leydæ Die Saturni.

Utanskrift:

A
Monsieur
Monsieur Linnæus
chez Mons:r Cliffort
a
Amsterdam.

Odateradt, men troligen skrifvet 1737.

Linn. Soc., Vol. I: 144—145.

Af brefvet från Ludwig till Andrew gjorde Linné följande utdrag (Linn. Soc., Vol. 9: 497—498, på bref från Ludwig till Linné af den 14 Jan. 1737).

»Ludwig in literis ad D. Joh. Andrew 1731[!] apr. 8.

Genera pl. Linnæi benevole mecum communicavit, prorsus egregii sunt illi labores quos suscepit, in variis enim plantis exactas ejus observationes reperire jam jam potui, easdem in quam plurimis certas invenio. Interim hinc inde varia monenda erunt, quæ cum authore communicabo, cum probe sciam, ipsi veritatis studioso, contradictiones amicorum non displicere. Erunt fortasse hæc summa contrariæ sententiæ capita.

1. Determinatio scrupulosior notarum species quasdam, ubi hæ notæ deficiunt vel variant, non admittunt. proportio ut plurimum incertior est sita, situm neglexit non raro, proportionem quanto accuratior quam par fuit determinavit.

2. Notæ plures unius plantæ exhibitæ memoriam discentis confundunt, memoriæ causa aucthoris est inventa [!].

3. Mutatio nominum nunc usitatorum erat dissuadenda. Nomina botanicorum vel rarissime vel numquam sunt adhibenda.

4. Varietatem staminum et stylorum optime scis, ostendant eandem observationes Linnæi.

5. Multa signa et oculum armatum fugiunt e. gr. Senecio & varii flores compositi. Quid quid mihi sit, minime credas, me meritis tanti viri aliquid detrahere velle, veneror eum, qui tantis laboribus hactenus incognita in re herbaria detexit. Hoc tamen semper asseverare vellem, quod summus Botanicus non Tironibus scripserit».

ANGERVILLE, LOUIS FRANÇOIS AUGIER D'.

Fransk botanist, medlem af akademien i Rouen, död 1780.

40.

Naturæ Observatori diligentissimo
Luculentissimo Methodico,
Archiatro felicissimo
Carolo Linnæo
L. F. Augerius Angervillæus Botanophilus
ET ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Cum Doctorum fere omnium peculiare quiddam sit urbanitas, comitas, benignitas, Vir Clarissime, tibique quidquid ad rem Botanicam pertinet, cordi esse ducam; licet ego in provincia à Suecia remotissima nullis titulis conspicuus victitem, nec in scientia plantarum multum profecerim; inire nihilominus tecum breviter rationem Studiorum meorum, benevolentiam tuam captare, quo te loco habeam promere nullus dubito. Enim vero quis mihi hoc unquam in crimen vertat, quod in re difficili et ardua, ordinis amans, doctrinæ cupidus, Docto cuique addictissimus æquissimum Judicem, Doctorem celeberrimum, naturæ scrutatorem Lynceum litteris compulerim supplicibus, gratulatoriis mirabundis. Absit ergo scribere paucis pudor; cum tu plurima scias: cum plurima me lateant: cum jam tibi plurima debeam, non nullis tuis operibus maxima cum oblectatione perlectis.

Paucis annis antequam orbi litterato Scripta tua innotescerent, Doctissime Vir, subiit animum plantarum cognoscendarum amor ingens, nunc usque perdurans. Rudimenta mihi prima suppeditarunt Elementa et Institutiones Turnefortii.[1] subnixus systemate facili, definitionibus reipsa breviusculis, at iconibus ad naturam diligenter exactis plantas cognovi non paucas. Tum juvantibus imprimis Fayo[2] et Moyencurtio[3] Chirurgis plantarum amatoribus ardentissimis, primisque apud nos Botanicis incentivis, consevi hortulum Rothomagi juxta Turnefortianam methodum diuturno labore tractatam. Qui quidem noster qualiscumque hortulus paucorum laboribus ac impensis excultus, multis non injucundus extitit, et ab ipso Botanicorum Gallorum principe Bernardo *de Jussieu*[4] cujus

amicitia utor dulcissima, semel atque iterum visitatus, comprobatus, locupletatus Academiæ novæ quasi germen fuit.

Rothomagum commercio clarum, Scientiis literis et artibus clarum etiam esse decere visum est. Institutionis non minus utilis Civitati, quam honorifici prospectus editur. Accepta res est magnatibus, magistratibus omnibusque civibus cordatis. Cujuscumque disciplinæ periti coeunt alacres Protector adest vigilantissimus. Postulantur impetranturque à rege benignissimo litteræ comprobatoriæ. Hinc Academia Rothomagensis[5] non minus Scientiarum, quam litterarum et artium cupida, à duobus tantum orta annis viget, adolescit, grandescit in dies: multa jam in lucem prodidit utilia. Accessit maximæ spei vir, doctor medicus, laboris patiens improbissimi, nonnullisque jam clarus operibus Dominus *Simon* æstate proxima plantarum futurus Demonstrator, Sexualeque tuum Systema secuturus.

Verum hoc opus, hic labor est. Tota nostra prima plantatio evertenda. Ruat, necesse est, Turnefortianum Systema multis abhinc annis conamine irrito à me versatum, emendatum amplificatumque. Valedicimus Corollistis non utique spernendis, sed locum secundiori methodo concedentibus. Sexualistas deinceps tecum esse nos juvat. Linnæistæ ubique nomenclaturæ præluceant oportet, Genericæ quidem facilius obtinendæ, non item vero specificæ; fermè omnia quippe nota genera affabrè tradidisti, at Species nundum omnes, quod sciam, nominasti. Plantæ autem vel unius aptum nomen condere res non parvi momenti est perpendenti omnes regulas, quas in fundamentis tuis acerrimo cum judicio sanxisti.

Hæc tua Fundamenta ita mihi firma, erudita grandiaque visa sunt; Vir Doctissime, ut illa in amicorum utilitatem propriumque commodum Gallica fecerim, additis notis à te ipso ut plurimum mutuatis, è tuâ nempè Bibliothecâ Botanica, Classibus plantarum, et Critica inprimis Botanica, opere mihi commendatissimo depromptis.[6]

Utinam talibus cætera omnia Fundamentorum tuorum capita à te ipso pro tuo in Botanicos amore Commentariis illustrarentur. Quod ut perficias, Eruditissime vir, te vehementer etiam atque etiam rogo obtestorque; hoc enim præstito, quid erit in philosophica Botanices theoria, quod desideretur?

Vides quam familiariter tecum agam, Doctor Suavissime, quamquam ego natura timidus non libenter prodire consuevi; sed audaciorem fecerunt me et sciendi desiderium quo teneor, et auctoritas Domini Rinmannii[7] quem apud te patronum invenire mihi feliciter obtigit. Quæ sola me ita commendent velim; ut responsione dignum exhibeant: simul-

que ut accepta à te feram semina plantulæ illius elegantissimæ, quæ tuo nomine insignitur. Hæc si apud nos floruerit, quasi te ipsum vidisse me existimabo. Jubente te mutuum mittam quidquid e sinu suo terra nostra gratum tibi proferre potuerit; etenim non omnis fert omnia tellus. Experire ergo meum ad omnia justa et utilia paratissimum devotissimumque obsequium, et ad multos annos in historiæ naturalis incrementum et ornamentum Vale.

Dabam Rothomagi die 5 Septembris anni 1747.

Si me responso aliquo dignaberis, tua mihi facilius certiusque reddentur titulo hocce Gallico inscripta. Pour Louis François Augier D'Angerville, hors la porte Cauchoise près Saint Gervais. A Rouen.

Utanskrift:

Monsieur
Monsieur Linnæus Professeur en Medecine
et en Botanique a Upsal, Secretaire de
l'Academie de la même ville, et associe des
Academies de Stockholm et de Montpellier
A Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 146—147.

[1] Joseph Pitton de Tournefort (se Afd. I: D. 2, s. 74, not 2), *Elémens de botanique* (T. 1—3. Paris 1694), sedermera utg. på latin med titel: *Institutiones rei herbariae Ed. 2* (Paris 1700). A. de Jussieu utgaf en 3dje uppl. (Paris 1719).

[2] Antoine Dufay, fransk kirurg, död 1771.

[3] Jean Moyencourt, lieutenant du 1er chirurgien du roi, död 1756.

[4] Bernard de Jussieu, se Afd. I: D. 3, s. 70, not 3.

[5] Académie des Sciences, Belles-Lettres et Arts de Rouen erhöll kunglig stadfästelse 1744.

[6] Denna franska bearbetning af Linnéska arbeten torde icke ha blifvit tryckt.

[7] Sven Rinman, född 1720, bergsråd, död 1792; reste 1746 och 1747 i Holland, Tyskland och Frankrike för bergsvetenskapliga studier.

41.

Celeberrimo viro, meritis ac titulis magnis insignito
D. Carolo von Linné
Salutem plurimam deprecatur
L. F. Augerius Angervillæus.

Ex quo ad te, vir clarissime, mihi feliciter contigit scribere per Dominum Rinman quem in collegio Metallico splendescere lætus audio,

anni viginti et ultra elapsi sunt. In tam longo temporis spatio doctis tuis voluminibus sæpissime incumbere nunquam me piguit nec tæduit. Nunc paucis, occasione arreptà scribere liceat, cum palam tecum affari non detur.

Hoc ipso mense vidi Rothomagi, non sine magna lætitia, Dominum Biorn Ståhl[1] linguæ latinæ professorem cum amantissimis duobus discipulis Rudbeckiis,[2] me ex tuo nomine humanissime Salutantem, Dissertationes novas Upsalienses communicantem, quas avidius perlectas ipsi reddidi tribus exceptis, duplicibus nempe, quæ, largiente Domino in meam cesserunt partem: *de usu* videlicet *Historiæ naturalis in vita communi, de usu Muscorum* et *Fundamenta Entomologiæ.* Cæteræ tractabant *de Opobalsamo, Ornithologia, Potu Theæ, necessitate promovendæ historiæ naturalis in Rossia, Effectu et cura vitiorum diæteticorum generali, Mundo invisibili, Agrostographia, Horto culinari, Purgantibus indigenis, Sirene Lacertina, Fundamentis fructificationis, et antropomorphis.* Quæ omnes dissertationes plurima continent scitu dignissima, proditura forte in Amœnitatibus tuis Academicis; quarum volumen primum tantum possideo; licet probe sciam sex tomos jam esse in lucem editos; sed illa pretiosa monumenta comparare huc usque non potui; uti nec decimam editionem systematis naturæ quam frustra Parisiis inquirendam curavi, undecimam expectaturus, mox prodituram, teste Domino Biorn[!].

Quid non debet, vir clarissime, indefessis tuis laboribus orbis eruditus! Tanta dona concessa tibi ab autore naturæ cumulet idem et Reparator noster et Largitor Gratiæ additis donis supernaturalibus, ut omnibus pariter ornatus post longam et tranquillam vitam in æternum quiescas in amplexu Veritatis.

Semina quædam, clarissime vir, horto tuo Upsaliensi inserenda postulavit Dominus Biorn Ståhl, tam a me misello plantularum aliquot cultori, quam a Professore Horti Academici Rothomagensis.[3] Promptuaria adit valde diversa amicus tuus, vir clarissime; Hortus quippe noster Academicus hypocausto et tepidario instructus plantas alit circiter 2200. Hortulus vero meus cum angusta parte Frigidarii 1500 ut plurimum admittit. Plura ergo et prætiosiora forte feres a Professore nostro, quam a me. Ut ut hæc sunt, quid quid in seminibus meis præsentis anni potui colligere non occurrens in horti Upsaliensis Editione anni 1748, quæ sola præ manibus est, hoc lubens mitto, Plura additurus si matura fuissent, aut per tempus et valetudinem licuisset. Quædam forte viliora reperies, vir clarissime, quæ non selegissem, si in collectionis principio animadvertissem hortum tuum plantas tantum exoticas exhibere. Fasciculos singulos ab. 1. ad 143. numero notavi, additis nomine generico et epitheto marginali specierum

tuarum, quantum potui, quandoque hæsitans nonnunquam solo vulgari nomine contentus. Eorum quæ mitto servavi catalogum pariter notatum, ut errata et corrigenda possis benignus indicare vir promovendæ Botanices cupidissime, dubia firmes aut elucides, et ignota edoceas, si discipulum me vel dissitum, tibi vero addictissimum non spernendum putaveris. Vale.

Dabam Rothomagi die 22 8^{br} 1767.

Linn. Soc., Vol. I: 148—149.

[1] Jakob Jonas Björnstâhl, se Afd. I: D. 3, s. 225. Ibid. s. 226 beskrifver han besöket i Rouen.

[2] Friherrarna Adolf Fredrik och Carl Fredrik Rudbeck, se Afd. I: D. 3, s. 229, not 2.

[3] Professor Bertrand Pinard, läkare i Rouen, demonstrator vid botaniska trädgården därstädes, död 1792. Kallas C. Pinard i Afd. I: D. 3, s. 229, not 3.

ANTIVARI, CHRISTOPHER THEODOR von.

Född 1690. Kejserligt rikshofråd och ministerresident för Österrike i Stockholm från 1711 till sin död 1763. Han har beredt sig ett aktadt minne i vår hufvudstad genom åtskilliga donationer för välgörande ändamål. 1763 blef han belönad med svenskt adelskap under namnet d'Antivari, men hann icke före sin död blifva introducerad.

42.

HochEdelgebohrner und Hochgelehrter
Hochgeehrtester Herr Professor.

Ew. HochEdelgeb. belieben nicht ungutig zudeuten, dass Ich ohne die Ehre dero Persöhnlichen bekantschafft die Freyheit nehme, bey dero selben eine Commission zuvollziehen, wormit der Käyserl. President in Venedig H:r von Rathgeb[1] mich beehret hatt. Aus beygesenden Auszug seines an mich aus Venedig abgelassenen Schreibens und der beygefügten Nota belieben Ew. HochEdelgeb. zuersehen, was für eine besondern Hochachtung Er als ein grosser Liebhaber und Kenner der Botanic für Ew. HochEdelgeb. würdigste Person und gelehrte Worcke trage, und wie sehr Er verlange eine genaue Nachricht.

1. Von allen Dissertationibus, Operibus und Bücher, so Ew. Hoch-Edelgeb. in re herbaria, historia naturali und sonsten geschrieben.

2. Was in dergleichen Materien von andern auctoribus in Schwedig [!] herausgekommen, und 3 von denen actis literariis vel academicis Sveciæ und Actis Societatis scientiarum Sveciæ einen genauen unterricht zubekommen.

Gleich wie Ich nun zu grundlicher Erhaltung dieser Nachrichten mich zu niemanden besser als zu Ew. HochEdelgeb. wenden kan; So gebe mir die Ehr, dieselbe darum hiemit ergebenst zu ersuchen, und dagegen zuversichern, dass H:r von Rathgeb und Ich die Jhm und mir hiedurch wiederfahrende grosse Gefälligheit gegen Ew. HochEdelgeb. bey allen Gelegenheiten zu demeriren uns ein wahrhaftes Vergnügen machen werden, der Ich mir eine geneigte Antwort ausbittend mit besonderer Ergebenheit allstets verharre

Ew. HochEdelgeb.

gehorsamst Ergebenster diener
C. T. v. Antivari
Kays. President.

Stockholm d. 14 Maii
alten styli 1747.

Linn. Soc., Vol. I: 150—151.

[1] Joseph von Rathgeb, österrikisk ministerresident i Venedig, intresserad naturforskare; stod under åren 1747—1751 i liflig korrespondens med Linné.

43.

HochEdelgebohrner und Hochgelehrter
Hochgeehrtester Herr Professor.

Ew. HochEdelgeb. belieben zuerlauben, dass Ich beygehendes Schreiben von dero Freund und Diener dem Kayserl. Presidenten zu Venedig Herr von Rathgeb an die Königl. Wissenschaffts Societät zu Upsala hiemit beyzuschliessen die Freijheit nehme, mit bitt, dass Ew. HochEdelgeb. die darauff folgende Antwort, und was sonsten Wohlgedachte Wissenschaffts Societät dem Herrn von Rathgeb zukommen zulassen belieben mögte, nur an Mich anhero zuschicken die Gutigkeit

haben mögten, welches Ich sodann an Herr Rathgeb, weiter befördern werde. Der Ich mit vollkommenster Ergebenheit beständig verharre

Ew. HochEdelgeb.

gehorsamst Ergebenster
Diener
C. T. Antivari

Stockholm
d. 11 April. vet.
1748.

Linn. Soc., Vol. I: 152—153.

ARDUINO, PIETRO.

Italiensk botanist, född 1728, custos vid botaniska trädgården, sedermera professor i agrikultur vid universitetet i Padua, död 1805.

44.

Viro Sapientissimo ac Celeberrimo Botanicorum Principi
D. D. CAROLO LINNÆO Equiti &c.
Petrus Arduinus
S. P. D.

Eximia tua virtus, et rei Botanices totiusque Philosophiæ præclara cognitio, tantam tibi nominis celebritatem comparauere, ut non modo quisque summis laudibus te prosequatur, sed quotquot Botanicorum extant, & hucusque fuerunt, Principem omnes uno ore deprædicent. Inter eos, qui summopere tuum nomen suspiciunt ac uenerantur, ego certe priorem locum teneo, præsertim cum quidquid in Botanica agnosco, id fere omne tuorum Operum auxilio, teque, ut ita dicam, duce & Auspice didicerim. Sæpe enim optaui, dum in dubium aliquod Botanicum incidebam, tecum litterarium commercium inire, sed meæ conscius tenuitatis tanto Viro scribere non sum ausus. Nunc enim quum Opusculum [1] (qualequmque sit) eddirim[!], opportuna occasio se mihi obtulisse visa est ipsum comercium ineundi, hoc tuo Lumini submittendo. Quod quidem accipias velim in meæ observantiæ cultusque testimonium, exoptans ut, si non laudem, ueniam saltem assequatur. Optimum factu censui Specimina Plantarum, quæ a me describuntur, ad te mittere, ut facilius eas posses examinare, meque admonere, si forte in aliquem errorem incidissem. Addidi etiam plurium Stirpium Specimina, quorum alia neque descripta neque memorata adhuc inueni; alia tantummodo memorata; alia denique quorum genuinas definitiones in Autoribus mihi numquam uidere

contigit. Hæc omnia rogo atque obsecro ut si quid otii tibi supersit. ad trutinam paulisper reuocas & quidquid de ijs sentias per litteras mihi significes unamquamque Plantam denotans eodem numero quo signatæ fuere in pagellis, in quibus & earum nomen, et meas difficultates conscripsi. Si vero aliquas ex eisdem nouas species agnoueris, sejunctim ab alijs signare precor, meque monitum facere ut eas possim exacte describere & in æs incisas in lucem edere. Johannes Frater meus[2] Vincentiæ inhabitans, Preclarissimi tui Nominis (ut ipse sum) summus existimator, inter cetera, binas litteras quarundam suarum obseruationum ad Cl. Vallisnerium scripsit, quæ cum sint præterito anno in noua Calogeriana opusculorum collectione Venetijs editæ, earundem Exemplaria cum meo Specimine simul inuenies et quid etiam de istis senties scire cupimus.

Si quæ Plantæ vel in Horto Patauino, vel in nostris hisce montibus sunt, quarum semina, vel specimina sicca desideres, fac ut ad me scribas & quodqumque volueris, quam citissime potero, te habere curabo. Salue Clarissime decus sanctioris Philosophiæ & Botanices Instaurator, meque Fratemque meum tuo Patrocinio prosequere. Vale.

Dabam Patauii VIII. Kal. Aprilis 1761.

Ex Viro Cl. Dominico Vandellio[3] Mei amicissimo intellexi te petiisse ex eodem nomina Stirpium, quas in meo specimine descripsi, hæc igitur ut ad te prompte perueniant hic subjeci.[4]

— — — — — — — — — — — — — — — —

Utanskrift:

Viro Celeberrimo
D. D. Carolo Linnæo
equiti &c:
Upsaliæ.

Linn. Soc., Vol. I: 160—161.

[1] *Animadversionum botanicarum specimen* (Patavii 1759).

[2] Giovanni Arduino, född 1714, professor i metallurgisk kemi och mineralogi i Venedig, död 1795. Hans här närmast åsyftade uppsats bär titeln: *Due lettere sopra varie sue osservazioni naturali* (Nuova raccolta d'opuscoli filologici scientifici del p. Angelo Calogeria. T. 6. Venezia 1760).

[3] Domingos (Dominico) Vandelli, född i Padua omkr. 1730, begaf sig till Portugal 1764 (se i det följande, bref 50) och blef där professor vid universitetet i Coimbra; död i Lissabon 1816. Det är denne, som omnämnes i Afd. I: D. 3, s. 68, och ej någon hans son, hvarföre not 1 ibid. s. 70 torde rättas i öfverensstämmelse härmed.

[4] I originalet följer härefter afskrift af de i Arduinos arbete (se not 1) förekommande växtbeskrifningarna, hvilka ej ansetts nödigt att aftrycka.

45.

Viro Clarissimo ac Præstantissimo Carolo Linnæo Equiti
Petrus Arduinus S. P. D.

In epistola, quam quatuor ab hinc mensibus ad te scripsi, me tibi missurum scripseram nonnullas plantas, ut de iis quid sentires mihi humaniter indicares. En igitur illarum stirpium specimina; quarum aliæ novæ species esse mihi videntur, aliæ me in dubium conjiciunt, utrum reapse sint species novæ, an ab aliquo auctore descriptæ, aliæ demum in tuis speciebus desunt, et quia a te nunquam uisas fuisse existimo, idcirco ad te mitto. De utrisque primis, utrum novæ sint necne, rogo te etiam atque etiam, ut ad me scribas quid sentias; omnes enim apud me delineatas et descriptas asservo, eo animo ut, postquam tuam sententiam de iisdem intellexero, specimen alterum Botanicarum observationum typis committam. Quod si non abnuis, meam illam lucubratiunculam tuo nomini inscribam, ut exacte aliquod obsequii erga te mei publicum testimonium. Interim cura ut valeas, meque benevolo patrocinio prosequere. Vale.[1]

— — — — — — — — — — — — — — — —

Odateradt, men troligen skrifvet i Aug. 1761.

Linn. Soc., Vol. I: 168—171.

[1] Originalets härpå följande långa växtlistor ha uteslutits.

46.

Amplissimo Celeberrimoque Viro
D. D. Carolo Linnæo
S. P. D.
Petrus Arduinus.

Humanissima tua Epistola[1] Kalendis martij summa me animi lætitia affecit, sed et moerore simul, cum intellexerim te nondum accepisse meum Specimen, quod anno præterito per Suecicum Consulem Venetiis commorantem ad te miseram, una cum plurimis Plantarum Sceletis, quarum partim nondum mihi nomen innotuerat, partim, quamvis nomen inno-

tesceret, in tuis operibus nunquam inveneram. Addideram etiam Sceleta et semina stirpium omnium descriptarum in meo specimine. Nunc vero summopere doleo me non habere omnia semina quæ petiisti, cum penes me neque sint semina *Gleditiæ inermis*; neque *Drypis Michaelis*; at si jusseris, ineunte hyeme, ad te mittam non hæc tantum, sed plura alia plantarum semina, quum nihil magis exoptem, quam tecum Litterarium inire commercium.

Semina, quæ invenies in hoc Fasciculo, sunt *Meum, Chelone, Clypeola, Psoralea; Trianthema tua, Sedum Cepea, Saponaria Vaccaria, Bunias erucago; Tragopogon Dalechampi; Cenchrus echinatus, Ocymum caryophyllatum monachorum, sive Acinos Columnæ,* et alia multa.

Vehementer optarem te posse uidere nonnullas harum plantarum species, a me primum (ut credo) detectas, et plures alias a me ipso illustratas; sed prohibet illas ad te posse mittere hoc anni tempus, quo sum quotidie implicitus innumeris negotiis. Veruntamen spero me id facturum antequam adveniat nova Hyems, et ex me habebis Specimen alterum Observationum Botanicarum,[2] quod (permittente Tua Humanitate) Nomini Tuo inscriptum prodibit. Plantæ, quæ describuntur in hoc opusculo, erunt[3]

— — — — — — — — — — — — — — —

Et alia non pauca, si tempus permiserit mittere. Hæc nomina (si uoles) adjungere poteris tuis Speciebus Plantarum, et poteris etiam indicare Tabulas alterius mei speciminis, quod procul dubio in lucem edetur proxima Hyeme. Sed antequam typis committam hoc meum opus, optarem (si fieri potest) recipi inter Socios Academiæ Vpsaliensis.[4]

Quod uero attinet ad ea, quæ jussisti me Patauii adnotare circa expansionem foliorum arborum, hæc habeto. Die 18 Martii explicaverunt folia *Salix babylonica.* Die 20 *Rosa, Ribes, Lonicera nigra, Lonicera xylosteum, coerulea,* et *alpigena.* Die 28 *Spiræa crenata, Rhamnus catharticus, Opulus flore globoso, Lilac latifolia, Salix alba.* Die 3: Mensis Aprilis frondere incipiebat *Colutea arborescens varietas β tua, Mespilus cotonaster.* Die 5 *Cydonia, Ostria ulmo similis, Sorbus torminalis, Acer montanum candidum, Carpinus, Cerasus sylvestris amara, Pyrus, Euonimus, Prunus domestica varietas λ tua.* Die 8. *Hippophae Rhamnoides, Betula alba.* Die 12. *Iasminum fruticans & Ias. humile, Cotinus coriaria, Emerus Cæsalpini, Sorbus sativus, Rhamnus alpinus, Rhamnus Frangula, Eleagnus angustifolia, Cratægus Aria.* Die 15. *Fraxinus ornus, Celtis australis, Fagus castanea, Platanus orientalis, Ficus carica* &c.

Hoc anno ver aduenerat ineunte martio, sed 24 die ejusdem mensis irrepit subito frigus ingens, ob quod omnibus arboribus quæ germinare,

et folia pandere cæperant, prima illa folia et germina aruerunt, et novas gemmas novosque frondes debuerunt induere.

Sed mihi non prætereundum est de Clarissimo tuo Discipulo Equite Alstroemero[5] aliquid dicere; cum ipso enim sæpissime de te, honorifice, ut fas est, collocutus sum dum hic Patavij commorabatur; et ex Doctrina et in re Botanica peritia tanti discipuli in dies magis magisque Doctissimi Magistri Scientiam dignoscebam; idcirco in quacumque re potui eidem obsequi conatus sum, tum quia Viri Virtutes et Humanitas id poscebat, tum quoniam tuus fuerat Discipulus. Tu ergo ut cœpisti me amare perge, et subinde me tuis Epistolis Patauium adi. Vale.

Dabam Patauii pridie Idus junias anno 1763.

P. S. Postquam quæ superius dicta sunt scripseram, mihi legere contigit secundam tuam epistolam D^no^ Doctori Antonio Turæ[6] Vincentiam missam. Lætor valde te ab ipso accepisse meum specimen, et cum viderim quæ super ipsum adnotasti, opportunum duxi aliquot plantarum sceleta tibi hac occasione mittere, exorans ut placeat quæ de iis tibi videbitur mihi rescribere, eas indicando, quas novas esse cognosces, et citando (brevitatis causa) numeros tantum, quibus sceleta ipsa a me distincta sunt. In eisdem videbis, primam meam Saluiam, quam attente examinando facile comperies non convenire cum Sclarea Tab: 187 Barrelieri,[7] et consequenter tale synonimum esse superfluum. Videbis quoque secundam meam Saluiam, simulque tuam Saluiam Hispanicam, quæ sunt omnino diversæ. Miror vero, et nescio qua ratione D^us^ Jacquin[8] novum genus ex mea Clypeola fecerit, neglecta descriptione atque Icone mei Speciminis triennio ante suum opus editis, præcipue cum genuinos characteres Clypeolarum generis habeat. Meæ Psoraleæ alia non addidi Synonima præter illud D^ni^ Feulietii;[9] cum non invenirem alios Authores eam commemorantes; neque Synonimon tuum = *affinis Trifolio Americano* C: B: = in Caspari Bauhini opere nusquam legerim, nisi Trifolium Americanum ejusdem Authoris intelligas, quod, cum sit planta herbacea, at Psoralea mea cum sit arborea in hoc Pubblico Horto ad altitudinem 15: pedum adaucta, mihi uidetur simul non convenire. Summopere cupio ut breui accipias Sceleta plantarum anno elapso tibi missa, uti superius dixi, quum in eisdem plantis sint eæ fere omnes, quas a D^no^ Tura accepisti. Ipse enim illas a me dono habuit, et miror eum esse mea Amicitia abusum, seque alienis vestibus ornatum, uti quondam Marcus Carburius[10] impudenter fecit. Iterum Vir Clarissime vereque Botanicorum Princeps Vale.

Utanskrift:

D. D. Carolo Linnæo Equiti
Archiatri Regii [!] Med. & Botan. Profess.
Acad. Upsal. Holmens. Petropol. Berol. Imperial.
Londin. Montpel. Tolos. Florent. Soc.
Upsaliæ.

Cum Fasciculo Plantarum signato proprio nomine.

Linn. Soc., Vol. I: 164—165.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Arduinos *Animadversionum botanicarum specimen alterum* utkom 1764 i Venedig.

[3] De i originalet förekommande växtbeskrifningarna ha här uteslutits.

[4] Arduino synes aldrig ha blifvit invald i Kungl. Vetenskaps Societeten i Upsala.

[5] Clas Alströmer, se Afd. I: D. 3, s. 13; om hans besök i Padua, se ibid., s. 65, bref 485.

[6] Antonio Turra, se Afd. I: D. 3, s. 68, not 12.

[7] Jacques Barrelier, se Afd. I: D. 4, s. 43, not. 21. Det citerade arbetets titel är: *Plantæ per Galliam, Hispaniam et Italiam observatæ, iconibus æneis exhibitæ a Jacobo Barreliero, opus posthumum, editum cura & studio Antonii de Jussieu* (Parisiis 1744).

[8] Nicolaus Joseph Jacquin, se Afd. I: D. 3, s. 140, not 2. I sin *Enumeratio stirpium plerarumque quæ sponte crescunt in agro Vindobonensi* ... (Vindob. 1762) beskrifver han s. 260 ett nytt släkte *Peltaria* med arten *alliacea*. Arduino påvisar nu, att denna växt redan 1759 är af honom beskrifven under namn af *Clypeola perennis, foliis inferioribus petiolatis cordatis angulatis, superioribus amplexicaulibus lanceolatis, siliculis unilocularibus, maximis pendulis, monospermis.* I *Sp. plant.* Ed. 2, s. 910 upptager emellertid Linné det af Arduino gifna namnet som synonym under *Peltaria*.

[9] Louis Feuillée, se Afd. I: D. 2, s. 75, not 4. Han utgaf *Journal des observations physiques, mathématiques et botaniques faites sur les côtes orientales de l'Amérique méridionale & dans les Indes occidentales* (T. 1—3. Paris 1714—1725).

[10] Kan möjligen åsyfta Grefve Marco Carburi, född 1731, professor i kemi vid universitetet i Padua, död 1808. Hvad skäl Arduino kunde ha för sitt ogynnsamma omdöme, känner utgifvaren ej.

47.

Viro acutissimo
Dno PETRO ARDUINO
Horti Patavini Custodi

s. pl. d.
Carol. v. Linné
Eques.

Accepi ponderosam tuam Epistolam, nescio num umquam ponderosiorem aureis donis, quæ poterant ipsos movere Deos; nec capio undenam potuisti obtinere tam multas raras et novas plantas; quomodo potuisti ex India habere plantas selectissimas.

certe mihi novæ sunt 1, 2, 3, 12, 11, 13, 16, 17, 18, 19, 20

Perplacuere 24, 48, 11, 13, 17, 18, 19

an habeas in hortis tuis 24, 48, 53, 52, quæso des Semina recentia. Plures nullus facile extricabit, nisi videat vivas.

Si umquam possim curabo ut recipiaris in numerum sociorum Academiæ; sed numerus fixus est membrorum, nec possumus recipere nisi dum vacat locus

Neque nos potuimus hoc anno rite ins[sti]tuere observationes circa vernationem plantarum, ob frigus, quod prima folia destruxit.

Alströmius jam hæret in Anglia.

Devotissimas ago pro plantis per D. Turram missas, erant certe pulcherrimæ.

Prodiit et alter tomus Specierum ante mensem, ut Tua in eo allegare nequeam.

Sudant nunc mea Genera plantarum et sextus tomus amoenitatum academicarum[1]

Filius meus edidit alteram suam decadem plantarum rariorum.[2]

Opto quam maxime ut brevi prodeat Specimen Tuum secundum plantarum.

Nunc in horto floret egregie diu desideratum Pentstemon s. Chelone, cujus stylus est valde singularis.

His vale. dabam Upsaliæ 1763 d. 2 Augusti.

Has dum clauderem accessit Tuus stupendus Thesaurus plantarum, præterito anno missus, una cum Vandellianis, ad quem proxime respondebo.

1 *Rhexia* nova
2 Lycium forte, sed calyx 4fidus. Stamina 4. Fructus latet.
3. Ipomoea nova, eadem cum n:o 12.
4 *Verbesina prostrata*
5 Echites, forte nova species
6 *Tragia scandens*
7 *Melastoma holosericea*
8 *Melastoma hirta*
9. Gnaphalium novum ni fallor
10 Amomi affinis. videtur triandra. debet videri viva.
11 Melica nova, vere speciosa et singularis.
12 Ipomoea nova. eadem 3.
13 Polygala nova
14 *Sisyrinch. Bermudiana*
15 *Tradescantia Virginiana*
16 Polygala nova
17 Perdicium novum
18 Anemone nova. affinis Anem. virginianæ, sed decapetala.
19 Turnera nova
20 Cacalia nova affinis Porophyllo
21 Ixia nequit ex specimine determinari.
22 Blitum forte. an Bacciferum sit nec ne?
23 *Silene rupestris*
24 Cucubalus odoratus. a me antea non visus, gratissimus.
25 Arenaria antea hanc non habui; nec novi.
26 *Potentilla norvegica*
27 *Conyza chinensis*
28 Gnaphalium sylvaticum
29 Gnaphalium an satis distinctum a priori, Tu videas in loco.
30 *Gnaphalium arenarium*
31 *Gnaphalium obtusifolium* ut videtur.
32 *Gnaphalium luteoalbum*
33 Artemisia a multis habui, nec possum notis determinare. quot flosculi intra calycem?
34 *Hyoseris radiata*
35 Crepis mihi antea non visa.
36 Hieracium cerinthoides
37 *Hieracium villosum*
38 *Hieracium amplexicaule*, sed folium radicale alienum est.
39 Sagina si careat petalis, ego eam non vidi

40 *Hieracium Auricula*

41 Hieracium Taraxaconoides glabra minor spatulæ foliis Vaill. Act.

42 Hieracium - -. responderet apte Colum. ecphr. 2. p. 29. t. 30, si folia tota villosa essent.

43 Hieracium ⎫ varietates. non determino. culta planta forte

44 Hieracium ⎭ multum differt.

45 *Kuhnia eupatorioides* Pentandra monogyna, oculis Botanicis videnda.

46 *Bidens bullata*

47 *Salviæ ceratophyllæ* sed luxuriantis similis; forte diversa et distincta.

48 *Valeriana supina.* singularis planta. an europæa a nullo visa?

49 *Ocymum frutescens*

50 *Sinapis lævigata*

51 *Alyssum creticum* quantum umquam video

52 *Cornucopiæ cucullatum.* unde accepisti? si semina habeas, quæso mittas.

53 *Panicum hirtellum* hoc omnino ego e jamaica habeo.

54 *Zinnia multiflora.* jam habeo copiose

55 *Coreopsis lanceolata*

56 Senecio .... habeo siccam antea, nec scio quibus notis a Senecione viscoso differat

57 Senecio forte sola varietas Senecionis Jacobeæ

58 Aster - - - - imperfecto specimine.

59 *Erigeron alpinum* quale extra alpes nascitur

60 *Solidago virgaurea* varietas

61 *Solidago minuta* Sp. plant. edit. 2^{dæ}

62 *Inula squarrosa*

63 *Chrysanthem. myconis*

64 *Chrysanthem. corymbiferum*

65 *Cotula aurea*

66 *Achillea tomentosa.*

67 *Achillea pubescens* ut videtur sed folia subtus non hirsuta.

68 Achillea .... non vidi antea

69 Chrysanthem. videtur nimis affine n:o 64 floribus minoribus copiosioribus

Utanskrift:

Viro Clarissimo
Dno Petro Arduino
Horti Patavini Custodi
Padua

frijbr. Trento.

[Annan stil.]

Sigill VIII; rödt lack.

Originalet tillhör (1914) Handl. N. Rosén i Malmö.

Tryckt i Rob. de Visiani, *Notizie intorno alla vite e agli scritti di Pietro Arduino lette nella Tornata del giorno 6 Dicembre 1857 alle I. R. Academia di Scienze, Lettere ed Arti di Padova*, s. 22—26.

[1] Linnés *Genera plantarum* Ed. 6 bär årtalet 1764, hans *Amoenitates* Vol. 6 utkom 1763.

[2] *Decas secunda plantarum rariorum horti Upsaliensis* (Stockh. 1763. Fol.).

48.

Amplissimo celeberrimoque Viro
D. Carolo a Linné Equiti
Petrus Arduinus
S. P. D.

Tanta est tua erga me humanitas, cujus certissimum accepi pignus ex tuis litteris nuperrime ad me missis, ut quo pacto pares amori tuo gratias reddere possim, non ita facile inveniam. Tibi igitur maximas habeo gratias quod quam citissime potuisti mihi scripseris super iis quæ flagitabam. Nunc uero iterum rogo te ut diligenter inspicias novam plantam quam ad te mitto. Vellem enim fieri certior, num sit nouum genus, ut opinor, quapropter eam appellare placuit *corneliam verticillatam.*[1] Qua de re citum aliquod responsum expecto. Sed quo melius id dignoscas, præter Sceletum hujus Corneliæ, tibi etiam mitto descriptionem fructificationis, ut possis eam addere tuis nouis Generibus. Audirem quoque libenter quid sentias de illa *Cassiæ specie* signata, et breviter descripta in ultimis meis Litteris n:o 7, itemque de *Chærophyllo* n:o 6. Te autem certum fore cupiam plantam signatam n:o 49 nomine *Melissæ maximæ* non esse procul dubio Ocymum zeylanicum, neque ad illud genus pertinere; quam si diligenter ad trutinam rursus revocaueris, nouum spero genus potius reperies. Quod si tibi quoque videbitur in tuis Generibus Plantam inseres nomine *Farsetiam.* Achilleas etiam signatas n:o 66, 67 attentius a te velim examinari; diversæ enim tibi ut mihi videbuntur.

Vehementer insuper rogo ut moneas ubi descripta invenire possim duo illa genera, id est *Echitem,* ad quem vis pertinere plantam signatam n:o 5. et esse novam speciem illius generis mihi ignoti; ut etiam plantam alteram signatam n:o 45 nomine *Eupatorii species ex Siberia,*[2] quam tu putas pertinere ad classem Pentandriam, sed quod mihi minime potuit apparere; rogo igitur ut nomen generis notum facias, et librum in quo describitur.

Planta uero signata n:o 59 certe non est *Alyssum creticum*: hoc enim non mihi deest, et ab illo maxime differt; et meum commune est in montibus Forojuliensibus.

De iis etiam plantis responsum aliquod expecto, tibi duobus annis a me missis, quas pervenisse ad te scribis, postquam ultimas litteras confeceras.

Gratissimum facies si opportuna occasione ad me miseris exemplar Tuarum Specierum Plantarum nec non Decadis Filii tui; pro quibus quemlibet librum italicum optabis remittam.

Interim cura ut valeas, rescriptumque tuum mihi optatissimum festines ac meque tibi in perpetuum deuinctum putes. Vale.

Dabam Patauii Pridie Idus 7bris 1763.[3]

— — — — — — — — — — — — — — —

Utanskrift:

Viro Sapientissimo ac Celeberrimo
Botanicorum Principi
D. D. CAROLO LINNÆO
Equiti Reg. Majest. Sue. Archiatro &c.
Upsaliæ.

Linn. Soc., Vol. I: 162—163.

[1] *Cornelia verticillata* upptages i *Syst. nat.*, Ed. 12, 1767, s. 126 som synonym till *Ammannia baccifera;* kallas nu *A. salicifolia* Hiern.

[2] *Kuhnia eupatorioides* beskrifves i *Sp. plant.*, Ed. 2, 1762, s. 1662.

[3] Beskrifningen på *Cornelia verticillata,* som i originalet följer härefter, har uteslutits.

49.

Viro Nobili
Dno Arduini
Horti Patavini Custodi

s. pl. d.
Car. a Linné.

Dum sub hac hyeme studiosius pervolvi Tuas pulchras plantas observo Gramen istud pro Cornucopiæ perperam a me receptum

esse; Tuum enim est distinctissimum, et Alopecuri nimis affine, ut cætera taceam; verbo tuum jam mihi videtur nova species.

Melissam maximam a Te missam jam habeo florentem, et est ab Ocymo meo frutescente non modo specie sed et genere distinctissima planta. Ipsa herba, caule, foliis, racemis, est excepta sola fructificatione, adeo similis meo Ocymo frutescenti, ut nequeam distinguere, et nisi haberem etiamnum specimen mei Ocymi, fidem non haberem oculis propriis, sed fructificatio toto coelo recedit; in mea corolla ocymi resupinata, stamina basi appendiculata. In Tua est corolla Melissæ; stamina distantia Menthæ; verbo tua est omnino proprii et novi generis planta, distinguenda calycis lacinia superiore brevi; sed imprimis stylis duobus distinctis, quod in nullo alio genere didynamiæ gymnospermiæ obtinet.

Florent etiam apud me ambæ Tuæ species *Sinapios*; hinc quotidiè dum me delectant, revocant inventoris et datoris memoriam gratissimam.

Salvia foliis cordato-ovatis serratis rugosis, bracteis sub verticillis senis, calycibus tridentatis. Ard. *Spec.* 1. p. 10. t. 2. est nisi me omnia fallant *Salvia* mea *urticæfolia.* Spero me hac æstate visurum tuam Salviam florentem, quam Tibi debeo, enatam priori anno.

Quando prodibit Tuum alterum specimen, quod avidissime exspecto.

Malva Sherardiana crevit in caldario ad pedem et ultra; flores ferre recusabat et primo vere, meo cum dolore periit; forte annua. me doceas num habeat calycem inferiorem triphyllum, nec ne, ex speciminibus tuis hoc videre nequeo.

Phalaris oryzoides noluit e seminibus a Te missis germinare, ut ut ea in olla satis humida serui.

Miratus sum Bassi *Ambrosiniam*[1] tam singulari structura floris, uti ex ejus constat charactere.

Nuper habui novum genus capense, structura absolute Droseræ, sed fructicans et genere distinctissimum.

Me nunc exercet ultima species Geranii, quæ gaudet Pistillis 5 distinctis absque rostro; sed non dum rite novi utrum sint flores semper hermaphroditi vel polygami.

Quid novi moliuntur vestrates? quod D^us^ D. Cyrillus?[2] quid D. Bassi? quid D. Monti?[3]

Nulla etiamnum arbor, ne quidem Grossularia, incepit frondescere; Gelu constringitur etiamnum quavis nocte terra et glacie aqua.

Expecto hoc anno reditum D. Forskålei ex Arabia felici.[4]

Multos pisces et Insecta nuper accepi e Carolina Americes et pulcherrima insecta capensia et conchilia javonica.

Vale et vive diu felix.

Dabam Upsaliæ 1764. d. 20 Aprilis.

Utanskrift:

Botanico eximio Dno Petro Arduini
Horti Patavini Custodi
Padua.

frijbr. Trento.

Sigill VIII, rödt lack.

Original i Orto botanico i Padua, hvarest det 1907 kollationerades af n. v. öfverbibliotekarien Aksel Andersson.

Tryckt i Rob. de Visiani, *Notizie* (se bref 47), s. 27—29.

[1] Se Afd. II: D. 1, s. 38, not 2.

[2] Dominico Cyrilli, se Afd. I: D. 6, s. 76, not 3.

[3] Gaëtano Monti, se Afd. I: D. 3, s. 67, not 1.

[4] Pehr Forsskål (se Afd. I: D. 6, s. 110) hade redan den 11 Juli 1763 aflidit i Arabien.

50.

Viro Sapientissimo ac Celeberrimo
Botanicorum Principi
D. D. CAROLO LINNÆO
Equiti Reg. Majest. Sve. Archiatro etc.
S. P. D.
Petrus Arduinus.

Nolim equidem, Vir Clarissime, mei officii immemor videri, quod nondum ad te miserim meum novum Opusculum inscriptum *Animadversionum Botanicarum Specimen alterum.* Munus legendi de Re Agraria injunctum mihi a Triumviris Litterariis venetis, a quibus nuperrime fui constitutus Professor hujus scientiæ in alma Patavina universitate, me huc usque dies noctesque totum occupavit, et in causa fuit, quin celerius id acerem. Quod tamen temporis commoditas non siuit hactenus facere,

id in præsentia facio; dumque meam lucubratiunculam, qualiscumque ea sit, tibi mitto, hanc velim accipias, tanquam mei erga te obsequii et reverentiæ testimonium. Piget me solummodo, in edendo hoc opere non potuisse id facere quod de Cornelia humaniter indicaueras; verum dum tuæ litteræ Patavii ad me pervenerunt, totum opus jam erat impressum, quod ut omnino perficeretur solum deerant imprimendi perpauci Icones. Oro te tamen atque obsecro, ut, si mihi pergratum facere cupis, idem genus tu quoque serues.

Ex tua Epistola ad me data die 20 Aprilis magna cum lætitia intellexi, te quoque agnouisse meas plantas eas esse, quas ego indicaveram et nomen, quod tribueram, ex tua quoque sententia iis esse optime impositum. Quum hoc anno mihi tempus desit impendendum in examine aliarum stirpium, poteris, si tibi placuerit, ex mea *Melissa maxima*[1] constituere nouum genus, et ex gramine, cui nomen an *Cornucopiæ noua species?*[2] nouam speciem efficere. Brasilianas insuper plantas, quas anno præterito ad te misi, meo nomine in aliquo tuorum operum poteris evulgare, exceptis *Melica, Anemone,* et *Cacalia,* quas, ut videbis, in altero hoc meo specimine publici juris feci. Rogo te iterum, ut ad trutinam accuratius revoces 2-dam meam Saluiam[3] in primo meo specimine editam, quam certe cum tua *Saluia urticæfolia* nullo modo convenire deprehendas.

De Malua Sherardiana ex meis obseruationibus id compertum habeo, scilicet esse plantam perennem, præditam calyce exteriore composito ex tribus exiguis foliolis. Hanc ut commodius possis inspicere, exemplar siccum, et semina ejusdem ad te iterum mitto. Proximo Autumno habebis semina *Phalaridis Oryzoidis.*

Pergratum faceres, si ad me mitteres exemplar aliquod aut pauca semina tam noui generis Capensis, quod scribis te nunc examinare, quam speciei illius Geranii quinque distinctis pistillis præditi.

Præterea, si liceret, optarem scire, cur tuis speciebus Plantarum nuperrime editis non adjunxeris neque meas binas Sinapium species, nec prius Teucrium, nec Buphthalmum,[4] nec Alyssum.[5]

Alteri huic meo Specimini juncta invenies exemplaria nonnulla plantarum aliquot, de quibus quid sentias, rogo ut me quantocyus per litteras certiorem facias. Exemplaria numeris notavi, ut tu quoque tuam sententiam scribens ea iisdem numeris indices. Præter exemplaria quæ ad te in præsentia mitto, complura adhuc seruo in tuis speciebus non indicata; hæc si videre volueris, fac ut me per litteras moneas. Tunc enim quod nunc præ inopia temporis non licet facere, ea seligam, et ad te mittam.

Ver in Italia coepit die 20 Februarii, et Martio incepto complures et plantæ multæ virescere coeperunt; nunc autem Frumentum jam maturum ubique metitur. Quadraginta dies et amplius, ante hoc tempus coeperunt edi apud nos Fraga, Cerasa, Pruni, et nunc Pisa, Kali, et cujusque generis olera ubique eduntur.

Quid nostri moliantur et agant Botanici in Italia, hæc habe. *Scire volunt multi, pauci perferre laborem.* Idcirco complures hanc scientiam colere jactitant, verum perpauci imo paucissimi hanc probe norunt. Ferdinandus Bassi edidit novum suum Genus Ambrosiniæ, ut nosti, sed ut verum fatear, putabam tantum virum melius scire debere Botanicas voces, et Botanicum scribendi modum.

Monti et Cyrillus optima gaudent valetudine, sed nihil habent, quod in publicum proferre velint.

Tura, ut cornix pavonis pennis induta formosa videri studebat, sic et ipse aliorum labores suæ solertiæ tribuens ingeniosus et sagax videri vult, sed pusillæ hominum mentes, et ingenia brevibus circumscripta terminis nimis facile deteguntur.

Moreni,[6] Sesler[7] et Patarolus[8] sunt viri insigni probitate morum ornati.

Episcopus Cornelius summo amore Botanicam prosequitur, cujus scientiæ non modo est studiosissimus, et in ferendo judicio circa plantas est insigni perspicacia præditus. Verum quia majoribus distinetur occupationibus, parum vacare potest studio hujus scientiæ. Proximo julio herbarum colligendarum causa ibo supra montem Baldum cum eodem Episcopo, cum Moreni, et fortasse cum Tura.

Dominicus Vandelli ex improviso quadraginta ante hos dies aufugit Patauio, postquam Patrem suum innumeris de causis dolore affecit. Fertur ipsum Lusitaniam petiisse, ibique munus aliquod obtinuisse ope cujusdam fæminæ quam sibi connubio jungere spopondit, si concessum fuisset munus, quod petierat. Convitia quibus summa cum audacia quemlibet hic adolescens afficiebat, in causa fuere ut ubique inimicitiam inierit proborum omnium. Ego eram fere solus, qui ejus uterer familiaritate, sed postquam abiit Patauio (quamvis Botanices rudimenta eum docuissem) meum hostem esse deprehendi. In describenda mea *cornelia verticillata* laudavi hunc juvenem plus quam eum decuisset, verum id scripsi ut pergratum facerem eidem, qui me sic de ipso loqui velle rogaverat. Postquam Patavio aufugit, paginam quandam typis commisit, qua in pagina scribit non a me sed ab ipso inuentam fuisse Corneliam; qua de re summopere miratus sum videns audaciam plagiarii tam scelesti.

Quamvis ab amicis excitarer aliquid adversus eum conscribere, nolui tamen scriptorium stylum acuere adversus homuncionem, qui mihi visus

est indignus, ut etiam critice et irrisionis causa inter Botanicos recenseretur. Si quod Patauii fecit de me, de aliis quoque idem perget facere, quacumque in regione fuerit, caveat sibi ne Ulissiponenses eum breui tempore mittant ad eruenda et describenda Fossilia Regni Plutonii.

Rogo te ut ad me mittas Linderum,[9] qui de Plantis Tinctoriis agit, et duas decades Filii tui, quas maximopere videre cupio. Vale, meque, ut soles, amare perge.

Dabam Patavii 1764. d. 20. Julii.

Utanskrift:

Viro Celeberrimo
D. D. Carolo Linnæo Equiti aur. de Stella Polari,
Archiatri Regii Med. & Botan. Profess. Upsal.
Acad. Upsal. Holmens. Petropol. Berol. Imperial. Londin.
Monspel. Tolos. Florent. Socio.
Upsaliæ.
per Amburgo.

Linn. Soc., Vol. I: 166—167.

[1] Synonym under *Perilla ocymoides*, *Gen. plant.* Ed. 6, 1764, s. 578, *Syst. veg.*, 1774, s. 445.

[2] Beskrefs af Linné som *Cornucopiæ alopecuroides* i *Mant. plant.* I, 1767, s. 29. Kallas nu *Alopecurus utriculatus* Soland.

[3] Redan i *Sp. plant.* Ed. 2, 1762, hade dock Linné upptagit den under namn af *Salvia hispanica*: i *Mant. plant.* I, s. 25, kallar han den för *Salvia serotina.*

[4] I *Mant. plant.* I upptager Linné i enlighet med Arduinos beskrifningar dessa växter under namn af *Sinapis pubescens* [numera = *Brassica juncea* Coss.] och *chinensis* s. 95, *Teucrium Arduini* s. 81, *Buphthalmum speciosissimum* s. 117.

[5] *Alyssum saxatile*, *Syst. nat.* Ed. 12, 1767, s. 436.

[6] Giulio Cesare Moreni, se Afd. I: D. 3, s. 66.

[7] Leonardo Sesler, se Afd. I: D. 3, s. 67, not 4.

[8] Francesco Pataroli, se Afd. I: D. 3, s. 64.

[9] Joh. Linder (adl. Lindestolpe), se Afd. I: D. 2, s. 15, not 12. Hans *Swenska färge-konst* utkom i Stockholm 1720; andra uppl. 1749.

51.

Viro Clarissimo ac Præstantissimo Carolo Linnæo Equiti &c.
Petrus Arduini
S. P. D.

Scire cuperem, vir Clarissime, num adhuc acceperis epistolam, quam ad Te scripsi Pridie Kal. Julias, quacum epistola ad Te etiam misi quadraginta rariorum nostrarum stirpium specimina, et unum exemplar

Speciminis mei alteri[!] Animadversionum Botanicarum. Si hanc epistolam accepisti, rogo ut me certiorem facias, et aliquod responsum reddas super ea, quæ in eadem abs Te petii, sin vero nondum ad Te hæc omnia pervenerunt, ut id notum facias per litteras vehementer exopto. Tu interim cura ut valeas, meque, ut facis, amare perge. Vale.

Dabam Patavii VIII Kal. 8bris 1764.

Utanskrift:

A Monsieur
Mr Charle v. Linné
Ch:r de l'étoile Polaire, Premier Medecin du Roy,
et Professeur de Botanique dans l'Université
d'Upsal.

per Amburgo.

Linn. Soc., Vol. I: 172—173.

52.

Viro Clarissimo
D. Petro Arduino

s. p. d.
Car. a Linné
Equ.

Epistolam, quam ad me pridie Calend. Julii exarabas, rite accepi, at fasciculum simul missum nondum. Tabellarius enim 6 nummos aureos (Ducatos aureos) pro fasciculo exigebat, quod mihi videbatur nimis pretiosum. Solvuntur enim heic omnes epistolæ secundum uncias; et pro quavis uncia exoticarum tabellario renumeratur 1/8 pars ducatus. Si, Vir amicissime, inscripsisses fasciculo, uti antea monui, *Societati Regiæ Scientiarum Upsaliæ*, tum habuissem eundem absque impensis. Scribebam Holmiam ad magnates, quibus tabellarii res paret, nec responsum accepi. Solvi antea hoc anno ultra 40 ducatos pro literis; nunc delassatus proposui non redimere literas, quæ constant ultra unum ducatum.

Astragalus Chinensis mihi duplex est; tuus erit sine dubio parvus acaulis purpureus, quem habeo una cum Vella Pseudo Cytiso et Nolana prostrata.

Præpropera fata Forskåhlii mei in Arabia felici multo me affecere dolore. Habui literas paulo ante ejus mortem de genere Opobalsami cum ejus charactere, octandra 1gyna tetrapetala.[1]

Tandem accepi in Hortum verissimum Rhabarbarum, quod est Rhabarbarum palmatum, nec non Actæam cimicifugam,[2] quam diu avidissime exoptavi; at hæc nondum mihi floruit; spero proximo anno florituram.

Floruit mihi hoc tempore tua Salvia cum minutis floribus, diversissima ab Americana, quam putaveram quondam eandem fuisse. Miror quod potueras videre stamina Salviæ in hac, tam parva, tamen genuina. Videtur mihi fere perennem plantam.

Dabam Upsaliæ 1764 d. 3 Novembris.

Utanskrift:

Viro amplissimo
D:no Petro Arduino
Professori Publico
Paduæ.

Original i Biblioteca Nazionale i Florens, hvarifrån det välvilligt lånats till Upsala för afskrifning.

Tryckt jämte engelsk öfversättning med titel: *A letter from* CARL VON LINNÉ *to Professor* PIETRO ARDUINO *at Padua, with an introduction by G. B.* DE TONI (Proceedings of the Linnean Society of London, Sess. 119, 1906/07, s. 83—87). En separatupplaga på större papper och med särskild paginering utkom till Linnéfesten 1907.

[1] En dissertation: *Opobalsamum declaratum* ventilerades under Linnés præsidium den 22 Dec. 1764.

[2] Bägge dessa växter hade Linné erhållit från sin vän ABR. BÄCK. Se Afd. I: D. 5, s. 124—125.

53.

Viro incomparabili
Carolo Linnæo Equiti &c.
Petrus Arduinus
S. P.

Quod hactenus responsum non dederim duabus tuis Epistolis nuper acceptis,[1] causa fuerunt occupationes plurimæ atque graves, quæ me Venetiis per tres et amplius menses detinuerunt.

Nunc demum Patavium reversus utrique responsum facio. Ac primum quidem gratias ago quam maximas, ob benignitatem qua plures ex plantis ad te missis examini tuo subiicere dignatus es, simulque precor

ut de reliquis, de quibus nihil adhuc dixisti, tuam scribas sententiam: scilicet n:o 3. 7. 15. 17. 21. 22. 23. 24. 26. 28. 29. 30. 31. 32. 34. 37. 41.

Rogo insuper animadvertas stirpem signatam n:o 19 non esse ut scribis *Lagoeciam cuminoidem*, sed ut mihi uidetur novum genus. Quare velim eam rursus diligenter ad trutinam revoces, et ubi nouum genus esse tu quoque detexeris, fac inscribatur Harduinia.[2] Velim quoque tibi persuasum plantam signatam n:o 20 non esse *Rumicem aculeatus* [!] juxta definitionem a te datam in speciebus Plantarum 2dæ Editionis. Demum ex seminibus, quæ a me petiisti quædam transmitto hac Epistola inclusa. Cæterum rescribas quæso, ubi per occupationes maximas tibi licuerit, et si fieri possit, ut per Te Regali Academiæ socius adscriberer maximus obbligationibus meis erga Te magnis cumulus accedet. Tu interim diu valeas, meque Tuo patrocinio prosequaris.

Dabam Patavii IX Kalend. Majas 1765.

Utanskrift:

Viro Sapientissimo ac Celeberrimo
Botanicorum Principi
D. D. CAROLO v. LINNE
Equiti Reg. Majest. Svec. Archiatro Medicinæ
& Botan. Profess. &c.
Upsaliæ.

Linn. Soc., Vol. I: 177.

[1] Afser dels föregående bref, dels ett f. n. okändt af den 1 Dec. 1764, som 1885 såldes på auktion i Paris.

[2] I *Mant. plant.* I 1767 ger Linné namnet *Arduina* åt en af MILLER beskrifven buske från Goda Hoppsudden. Arten föres numera till släktet *Carissa* LIN.

ARGENVILLE, ANTOINE JOSEPH DEZALLIER D'.

Se DEZALLIER D'ARGENVILLE.

ASCANIUS, PEDER.

Född 1723 i Norge, professor i zoologi och mineralogi vid det ekonomiska institutet på Charlottenborg invid Köpenhamn, sedermera bergshauptman i det nordenfjeldske Norge, död 1803 i Köpenhamn. År 1753 åtnjöt han Linnés undervisning i Upsala.

54.

Illustri ac Vere Celebri
Doctissimo nec non Experientissimo
D. D. Linnæo S. P. D. Petrus Ascanius
Med. in alm. Hafn. Cultor.

Dum per lustrum jam iter ad exteros paravi, circumstantiis sensim obicem ponentibus, fama tua, Celeberrime Domine, multoties stimulum addidit cupienti. Tu itaque jam in malam haud accipias partem, quod hisce negotia tua ut ut gravissima interpellem. Lubenter namque a te rescirem, Celeber. Domine, quæcunque in re medica per æstatem proximam agentur inter Musas upsalienses, ut inde statuam, jam iter moliens, tempore vero circumscriptus non adeo largo. Optarem quippe qvamplurimum, ut felicitas mihi contingeret vestras adeo inclytas invisendi Musas, Botanices, Historiæ nat. et Mineralogiæ amore non nihil fascinatus. Quod ad hanc enim adtinet satis illustrem orbi literato sese reddidit Doctiss. Prof. Valerius.[1]

Calamum ut adriperem tua Celeber. Domine fecit humanitas, studiumque peregrinis exhibitum, virtutes nemini nec mihi ignotæ, qvamvis Tibi ignoto. Ceterum memet qvam humillime Tibi commendo, fausta quævis Tibi adprecans. Salutat Te illustris Buchwaldus[2] Noster propediem scripturus.

Hafniæ die xviij martii 1752.

Utanskrift:

Illustri Celeberrimo atque Doctissimo
D. Carolo Linnæo
Medico Regio et Professori
in alma Upsaliensi.

Linn. Soc., Vol. I: 189—190.

[1] Johan Gottschalk Wallerius, född 1709, professor i kemi, metallurgi och farmaceutik vid universitetet i Upsala, död 1785.

[2] Balthasar Johannes de Buchwald, född 1697, professor i medicin vid universitetet i Köpenhamn, död 1763.

55.

Velbaarne her Archiater!

For en rum tiid siden tog ieg mig den frihed, fra Kiøbenhavn at opvarte D. Velb. med min Skrivelse,[1] og tillige at oversende et exemplar af Prodr. Act. Haf.[2] Om samme ere D. Velb. rigtig inhændigede, har ieg naaet mit Öie meed. Siden den tiid har ieg opholdet mig deels i Tyskland, deels her. Af mærkværdige ting er mig midlertid et og andet forekommet, sær her i Landet, hvor man temmelig kand fyldestgiøre sin Curiositèt, dog det minste af den betydenhed, at ieg der med har kundet understaae mig at besvære D. Velb., hvis tiid, som mig bekant, er saa kostbar. For nærværende vil ieg forsøge at give en kort underrætning om et og andet, formodende at noget der af ei maatte være D. Velb. ubehageligt. Mand har her ved Academiet i denne tiid nogen leilighed til Nat. Hist. øvning. Den afdøde Statholder har lagt grund til et publik Cabinet ved Academiet, som forvares udi en dertil opført Bygning ved siden af den Academiske have. Samlingen er ei mere end 3 aar gammel, og altsaa ihenseende til sin tiid temmelig anselig. Forraad af Conchilier og Malm-arter er ret vakkert. Iblant de første har ieg fundet en Amiral[3] ved sin teigning udentvil helt rar, thi dens mitterste bælte er meget bredt og med 3 sammenhængende kiæder siret, ellers er den liden omtrænt 1 1/2 tom. lang. Mineralierne ere mest tyske og ungerske, nogle faae indianske. Den anseligste part er fugle samlingen, hvoriblant en hob americanske fra Curaço og Surinam, præparerede af en Liebhaber her i Byen, der og har opsigt over Cabinetet. Hand tager den halve side, untagen foden bort, drager det meste af Kiødet inden fra ud, fylder rummet med aromata, overstryger det invændig med vernis, og saaledes stilles fugelen op i en 4kantig Casse hvis ene Side er af glas, luft tæt og med noget volatile forseet. Ieg har hos ham seet fugle som sig paa denne maade have holdet i 10 aar. Med de Store er det noget incomod, dog har mand i Academiet en ung Struds paa denne maade. Maaden er noget kostbar, men giver en magnifique anseelse. Med Fiskene har mand begynt det same, men det er aldeles urimeligt, og har ingen anseelse. Prof. Allemand[4] læser publik her over, hand er en Sveitzer 's Gravesandes[5] Discipel, og i physiqven vel øvet. Dette Aar tracteres af ham Ornithologien, hvor udi hand følger herr Klein, fra forrige 7br til nu ere ei mere end 12 collegier givne. Skade! at det er

et publik College. Dersom ellers denne Samling saa bliver ved at voxe, vil den med tiiden være anselig.

Botaniqven vil formodentlig her nu tage nye kræfter da denne Profession skal skilles fra Medicinen paa det den des bædre kand oppasses. Prof. v. Roien som ved sin praxis anselig haver været hindret, afstaaer denne deel til sin Cousin den unge D. v. Roien[6], der i Frankrig og Engeland har anvent anselig tiid paa denne Sag. Her findes som ieg har erfaret nogle nye Capske Genera, og af ham har man vel og at vente Flor. Leidensem. Med Mylii[7] Gesandtskab gik det kun slet. Hand har saa længe delibereret over hvor hand vilde gaae hen, saa pængene her i Europa bleve fortærte, og da hans gield i Engeland, hvor hand alt i lang tiid med 2 malere opholdt sig, begynte at stige, og ingen vexler mere vilde komme fra Göttingen, giorde hand fornuftigst i at lægge sig til at døe. Vi fik og derved lykkelig anvendt 300 Rd^{r}. Mand har i Engeland railleret derover, holdende fore, at de Svenske emissarier bædre have lært oeconomien end de Tyske. Det skal være mig overmaade kiært, om D. Kaehler[8] vel er ankommet til sit stæd og lykkelig fortsætter sine sager, hand var gaaet fra Amsterdam 3 uger førend ieg kom did. Med et Skib fra Amsterdam har ieg screvet ham til forige 8br Maaned men intet svar haft til dato. Her Kleins[9] nye Systema Conchyliorum, har ieg her forsøgt, at betiæne mig af, til at i orden bringe en Vens Cabinet, men tydelig fundet hvad multiplicatio generum fører med sig, nemlig multiplicatio confusionum. Ieg har og talt med Prof. Gaubius[10] der om, som maae tilstaae det samme. Den Methode, som ieg har været saa lykkelig, hos D. Velb. at høre, har der imod viist mig langt anden nytte. Prof. Gaubius er ellers temmelig nu avanceret med Sebæ Cabinet, fald det nu ei vil giøre nye hinder, at hand i disse dage er kaldet til Petersborg paa anselige vilkor, som chemiæ professor. Mand mener at hand ei tager der imod. Academiet taber overmaade om det skeer. Det berømte Cabinet af petrificater tilhørende afdøde Oversten Porst, er for nyelig solgt i Amsterdam. Skade at det skulde skilles ad! Petrificaterne bleve største delen kiøbte for Prins Carl i Bryssel, og horribel betalte. Bemældte Prins samler der paa et artigt Cabinet. Der fantes et dentalium og en Ichthyolit, som vare extra ordinaire. De rareste ting bleve bæst kiøb solgte. Enken havde tillbudet Academiet det for 4000 gl. nu troer jeg hun fik 7000 gl. Paa samme Auction havde ieg den Ære at tale med den berømmelige her Cliffort[11], hand er endnu ganske rørig og munter, men om hans have bør det vel hede: qvantum mutatus ab illo. En Herre i Haag Mons^{r} Vosmaer[12], der nu skal have det bæste Cabinet her i landet, kiøbte og noget. Vi har den samme at takke for

det fameuse Verk af amboiniske Fiske og Krabber af Mons[r] Renard, som hos R. et I. Ottens i Amsterdam tilkommende Aar vil se lyset. Dog har ieg hørt at et exemplar, endnu bædre end Mons[r] Vosmaers, hvor efter dette værk Copieres, skal findes i Amsterdam hos en D. Mied, hvilket ieg og med første har haab om at faa see. Ieg frygter allerede at være bleven kiedsommelig ved mine underrætninger, vil derfor komme til mig selv. Ieg forlader Holland ved juni maaneds udgang. Til Engeland har ieg agtet mig, hvis ieg i denne Sommer kand faae Sloane Cabinet at see, hvis ikke gaaer touren først til Paris. I mit seneste tog ieg mig den frihed, stolende paa D. Velb. sædvanlige bevaagenhed for mig, at utbede mig nogen Recommendation i disse lande hos D. Velb. Venner, ieg agtede samme at være mig fordelagtig i min Curiositets opfyldelse. Ieg repeterer det her ved ydmygst, og forsikrer med min underdanige hilsens formæld for Velbr Frue og Familie, at være

Velbaarne her Archiaters

Lyden d. 16 April 1754. ærbødigste Tiener

P. Ascanius.

Linn. Soc., Vol. I: 191—192. Tryckt i J. C. Schiödte, *Af Linnés Brevvexling* (Naturhist. Tidsskr., Khvn, 3. Række, Bd 7, 1870—71), s. 366—369.

[1] Detta bref är f. n. okändt.

[2] *Prodromus prævertens continuata Acta medica Havniensia* (Hafniæ 1753). Häri ingår s. 127—133, tab. 4, en af Ascanius författad uppsats: *Aphis Populi tremulæ abdomine ecorni descripta* . . . Insekten, som enligt välvilligt meddelande af Dr. Alb. Tullgren, är identisk med *Asiphum tremulæ* De Geer (Mém. T. 3, s. 94) påträffades under en af Linnés exkursioner i Upsalatrakten, och uppdrog Linné den närmare beskrifningen åt den i exkursionen deltagande Ascanius. Om uppsatsen och om Ascanius' zoologiska författarskap för öfrigt, se C. C. A. Gosch, *Udsigt over Danmarks zool. Literatur*, Afd. 2: Bd 1, 1873, s. 321 ff.

[3] En i tropiska haf förekommande, af samlare högt skattad, snäcka *Conus Ammiralis* Lin.

[4] Jean Nicolas Sébastien Allamand, född i Lausanne 1713, studerade i Leiden och blef 1749 professor i matematik och filosofi därstädes, död 1787.

[5] Willem Jacob 's Gravesande, född 1688, professor i Leiden, död 1742.

[6] Adrianus van Royen, se Afd. I: D. 3, s. 184, not 5. David van Royen, professor i Leiden, död 1799.

[7] Christlob Mylius, född 1722, död 1754. Se Afd. I: D. 4, s. 275.

[8] Mårten Kähler, se Afd. I: D. 1, s. 66, not 1.

[9] Jacob Theodor Klein, se Afd. I: D. 4, s. 39, not 3. Han har bl. a. utgifvit *Tentamen methodi ostracologiæ* (Lugd. Bat. 1753).

[10] Hieronymus David Gaubius, se Afd. I: D. 3, s. 183, not 3.

[11] George Clifford, Linnés berömde mecenat, föddes i Amsterdam 1685, dog 1760.

[12] Arnaut Vosmaer, rådsherre hos prins Willem V af Oranien och direktör för dennes naturalie- och konstkabinett, död 1799. Han deltog i utgifvandet af en ny uppl. af Louis Rénards arbete *Histoire naturelle des plus rares curiositez de la mer des Indes* (Amsterd. 1754. Fol.).

56.

Velbaarne her Archiater

Ieg haaber at mine forrige ere Deres Vbr. rigtig tilhænde komne, og tilskriver Deres mangfoldige forrætninger fremfor nogen anden aarsag, at ieg til dato ei har været saa lykkelig, at see noget svar der paa. Endnu, da jeg en af dagene forlader holland, for at gaae til London, har den ære at berætte et og andet botanisk. Den nye Prof. v. Royen har for nogen tiid holt sin inaugural oration de historia et usu hortorum academicorum, og begynder formodentlig sine lectioner ved vacancens ende. Prof. Wachendorff[1] har ieg og haft den ære at besøge, hvis compliment ieg tillige haver at formælde Deres Vbr. Han har en artig samling af mineralier, og der til nylig kiøbt Bruckmanns[2] i Brunswig. Den botaniske have i Utrecht er virkelig et mynster af orden og næthed, ja jeg troer, rigere end den Lydenske. Her findes besynderlig hos Bloemisterne adskilligt nyt mest fra Cap. Til exempel derpaa har ieg hermed den ære at meddele beskrivelse over 4 som ieg har agtet nye genera[3], og hvilke ieg ingenstæds har fundet uden hos van Hazem Bloemist her ved Byen, en virkelig curieux man i sit slægt. Hand er egentlig og den første der har haft Cunonia og beskylder her Büttner, at have hanlet mod sit løfte. Af bemældte genere findes hos ham 5 à 6 species, som dog denne sommer, der her har været sær kold, ei have floreret, den holdes ellers her af alle for et distinct genus. her Cuno[4] haver en liden have der indeholder faae ting. Det skal være en ganske læt sag, at faae tilladelse at gaae til Cap, som her Gronovius og Cuno bægge foregive, hvilken siste endnu beklager at D. Kaehler ei her addresserede sig til ham. Hand corresponderer ellers med den Hortulanus, fra hvilken man her for nærværende haver alting. Vi ere egentlig 2 stud. Botanices her ved Academiet, og har leilighed nok til at faae adskilligt artigt, men denne hollanske sommer har ei været favorabel til at tørre urter. Min Camerat er en Rus her Schepin en Siberier. Ieg kand med Raison anmælde Deres Vlbr. hans virkelige høiagtelse for Dem,

og har han isinde, saa snart hand kand faae tilladelse af Academiet hvis membrum han er, at besøge Upsala, hvor til ieg og har søgt at opmuntre ham.

Ellers har vi og her denne sommer haft 2 Prof. botanices her sc. her Staehelin[5] fra Basel og her Oeder[6] fra Kiøbenhavn, der begge for kort ere gaaene til London. Man har giort sig stor Umage at faae Prof. Gaubig[!] til Rusland, men 10,000 Rubel har ei kundet bevæge ham. De Gorter[7] er der imod for den halve Sum hengaaen med sin ganske familie. Af forbemælte har da den ære at oversænde Deres Velbr. saa gode exampler som har kundet haves. Resten overlades Deres Velbr. Skiønsomhed og gunstige omdømme. Figurer der af har jeg haft leilighed at faae, og om jeg maae være saa lykkelig at see hvor vit ieg har feilet eller ei fra D. V., vil maaskee overgive dem Vores Acter. Med her Collinson[8] faaer formodentlig bekantskab i London om D. V. behager at addressere mig et brev. Naar faaer udbedet mig Deres Velbr. bevaagenhed, har ieg den ære at være

Velbaarne Hr Archiaters
ærbødigste Tiener
P. Ascanius.

Leyden d. 5 septbr
1754.

Linn. Soc., Vol. I: 193—194. Tryckt i Schiödte, s. 369—370.

[1] Everhard Jacob von Wachendorff, se Afd. I: D. 4, s. 208, not 1.

[2] Franciscus Ernst Brückmann, tysk naturforskare och läkare, född 1697, död 1753.

[3] Linn. Soc., Vol. I: 201—202 finnas de fyra växtbeskrifningarna, som dock ej här medtagas. Linné har på N:o 1 tillskrifvit *Cunonia*, på N:o 2 *Arctotis inversa*, på N:o 3 *Canella*, på N:o 4 *Campanula*.

[4] Joan. Christ. Cuno, se Afd. I: D. 4, s. 191, not 1.

[5] Benedict Staehelin, se Afd. I: D. 4, s. 351, not 1.

[6] Georg Christian Oeder, se Afd. I: D. 3, s. 255, not 6.

[7] David de Gorter, se Afd. I: D. 2, s. 232, not 1.

[8] Peter Collinson, se Afd. I: D. 3, s. 210, not 6.

57.

Viro excellentissimo
Præceptori optimo
Carolo Linnæo Eqv.
S. D. P. Ascanius

Accepi haud ita pridem V. E. literas tuas per D[n] Collinsonium, mihi gratissimas, utpote diu exspectatas;[1] video Te accepisse ultimas meas ex Hollandia cum adjuncta theca plantas continente.

1. quam gladioli speciem dicis, non potui dum recentem examinavi cum isto genere conjungere. *Cunonia* Büttneri est *Watsonia* Milleri, ut video ex ejus Dictionario Hortulanorum. Contuli meam figuram cum illius, penes ipsum Chelseæ. Cunoniam florentem in Hollandia non vidi, Watsoniam ignoravi, ita ut mea planta sit ea ipsa species *Cunoniæ* quod distinctum (ni fallor) est genus, qvam *Watsoniam* huc vocant à Pharmacopola Watson F. R. S.[2]

2. Figuram quidem habeo, sed non satis adcuratam ut publici juris fieri qveat; jucundissimum mihi esset si ex seminibus Upsaliæ floreat, et totum *Tibi* relinquo, Floristæ van Hazem meruit nomen, si placet.

3. non est *Cyanella* Royeni, qvam satis examinavi semper cum V stam. et totus habitus differt a mea.

4. nil habeo quod moneam.

Quod ad statum Hist. Nat. in Anglia adtinet pauca sunt notatu digna, pro ratione famæ hujus regionis divitiarum etc. Pontopidani nostri liber, *Forsøg til Norges nat. hist.* in anglicam lingvam conversus est.[3] Singularia ille refert de monstro *Siøe Ormen, Microcosmo* etc. in parte 2da libri, testimonia fide historica ferè digna affert, ceterum suspendo judicium, placebit interim liber Anglis, licet translatio erit satis prava.

Vidi Oxonium jam Mense octobri ultimo famosam adeo Musarum sedem, et quid mirum IX virgines ibi habitare, cum nulla in orbe academia possideat splendidiora palatia, numerosiores bibliothecas, gallerias, Musea etc.

Prodibit intra annum Hist. nat. Jamaicæ autore D^r^ Browne[4] qui, jam redux, ibi per 9 annos vixit, vir in hist. nat. peritus, meliora Sloanio multa præstabit, examinavit ibi imprimis plantas et credo illum fere centum nova habere genera et L correcta ex loco natali, dabit hic vir egregius, qui systema sexuale sequitur, figuras omnium per exercitatissimum D^m^ Ehret[5] qui botanicam adhuc amat et botanicus est, salutem *Tibi* dicit officiosissimam, fuit ante aliquot annos hortulanus oxoniensis, sed plus siccus Professore, debuit abire, parum abest qvin fiat Pictor Horti nostri futuri. D^n^ Millerus mihi fasciculum seminum tradidit jam mense februario, sed prius non potui mittere ob defectum occasionis. Non vidi Pr. *Sibthorpium*[6] Oxonii, tum absentem neque Mscripta Dillenii et Sherardi, quod doleo, narratur mihi pro crepu[n]diis uti, heic cum Pr. Siptorffio[!] locutus qvæsivi de publicatione istarum rerum; respondit tales res exigere longum tempus, nec literatos ad palatum bibliopolarum sese gerere debere.

Prædictus Watson[2] in diario anglico mense Xbri recensionem *Sp. Plantarum* faciens, multa contradicere voluit sed nil nisi puerilia dixit, imprimis ægre ferunt Angli exclusionem *Meadiæ* Catesbeyi, cujus nullam eis reddere possum rationem, laudatur ab omnibus Meadius[7] et imprimis ab Ehretio pro singulari studio in Hist. nat. 200tas figuras rarissimarum plantarum ab Ehretio confectas pro 400tis guineis reliquit.

Musæum Britannicum ex vastissimis collectionibus Sloanei et Regiæ Societatis conficiendum incipient quam primum erigere in Domo *Montague* sed vix intra Xnium perficiatur opus, erit tum operæ pretium propter hoc solum videre Angliam, ambæ hæ collectiones jam in pessima confusione sunt, et multa penitus perdita per incuriam et defectum loci, sed ab omni angulo orbis in dies augentur.

Tractatum de Corallinis (sertulariis) nuper edidit D[n] Ellis[8] F. R. S. ope microscopii singularis detexit ista omnia esse Polyporum opera et crustas, qvas per totam longitudinem inhabitant hæc animalia, multa specimina habet ubi tentacula exserunt ex alis et summitatibus ramorum eodem modo qvo *Trembleyi*,[9] huc etiam pertinet *manis mortua, ficus marinus* cet. De lithophytis et in specie Flab. Ven. idem adserit, sed calculum adhuc vix audeo adjicere. Primus autor horum experimentorum est D[n] Butnerus,[10] qvi nuper Parisiis Berolinum profectus est, curiosa sunt experimenta, qvæ in litoribus proximis qvam primum repetam. *B. Iussiui* sententia de hisce rebus huc usqve heic non viget, sed chrystallisatio *Bakeri*,[11] optimus hic est vir cujus experimenta microscopica pulcherrima licet simplicissima sunt, confirmavit interim *Vestram* sententiam de generatione Xstall.

D[n] *Dacosta*[12] judæus jam diu in edenda Historia fossilium lingva Anglica laborat, egregiam certe mineralium collectionem possidet aut possedit, nam hodie propter æs alienum incarceratus est, sed est collectio in manibus amici, ita ut partibus possit uti, est certe in sua provincia non leviter versatus, et species plures qvam ullus alius nobis dabit.

D[n] Hill[13] famosissimus Angliæ hist. naturalis jam est in pessimo statu, nullum credo mortalium cum majori audacia et ignorantia scripsisse, excusari tamen potest, nam debuit vivere, ergo debuit scribere.

Habui literas ex 24 martii a D[no] Gronovio, incipit jam ex gravissimo morbo convalescere, præfatio ad Floram *Rauwolfii*[14] et ejus vita ad prelum parata sunt, cet.

Bene valeo inter Anglos, qvorum humanitatem laudare debeo, sed initio mensis junii proximi ero Parisiis. Salutes qvæso conterraneos meos in specie D[m] Holm.[15] Dab. London 7 april 1755.

Linn. Soc., Vol. I: 195—196. Tryckt i Schiödte, s. 370—373. Engelsk öfvers. tryckt i Smith, Vol. 2, s. 479—483.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Sir William Watson, född 1715, engelsk läkare och naturforskare, död 1787. I *Gentleman's Magazine*, 24, 1754, s. 555—558 recenserade han Linnés *Sp. plant.* under signaturen W. W.

[3] Erik Pontoppidan, född 1698, biskop i Bergen, senare prokansler vid universitetet i Köbenhavn, död 1764. Den engelska öfversättningen bär titeln: *Natural history of Norway* (London 1755. Fol.)

[4] Patrick Browne, se Afd. I: D. 2, s. 213, not 3.

[5] Georg Dionysius Ehret, se Afd. I: D. 274, not 3.

[6] Humphrey Sibthorp, född 1713, bot. prof. i Oxford, död 1797.

[7] Richard Mead, född 1673, engelsk läkare, död 1754. Det af Marc Catesby (se Afd. I: D. 2, s. 140, not 4) uppställda växtsläktet *Meadia* fördes af Linné till *Dodecatheon*; för den enda arten behöll han dock namnet *Meadia*.

[8] John Ellis, se Afd. I: D. 3, s. 80, not 5. Det anförda arbetets titel är: *Essay towards a natural history of the Corallinæ . . . on the coast of Great Britain and Ireland* (London 1755).

[9] Abraham Trembley, se Afd. I: D. 4, s. 12, not 5.

[10] David Sigismund August Büttner, född 1724, professor i medicin och botanik i Berlin, senare i Göttingen, död 1768. Under en af sina resor lär han ha upptäckt polypstockarnas bildningssätt.

[11] Henry Baker, född 1698, engelsk naturforskare, föreståndare för en af honom grundlagd döfstuminrättning, död 1774.

[12] Emanuel Mendes da Costa, född 1717, engelsk naturforskare, död 1798.

[13] John Hill, se Afd. I: D. 3, s. 210, not 4.

[14] Leonard Rauwolf, se Afd. I, D. 2, s. 107, not 3.

[15] Jörgen Tyge Holm, se Afd. I, D. 4, s. 289, not 2.

58.

Viro Illustri
Carolo Linnæo
S. P. D.
P. Ascanius.

Mea certe memoria nec excidisti nec excidere potuisti, Vir Illustris. Interim cum à proposito, ut ad Te scriberem per varios annos varia me avocavere, gratissimus mihi fuit tuarum literarum adventus[1], qvæ tuam erga me, cujus varia olim documenta habui, benevolentiam ulterius confirmant.

Iucundum mihi est, qvod herbæ ex Hollandia olim missæ placuere, tum temporis Botanicen colebam cum reliqvis Hist. Nat. partibus, hodie

autem Mineralogia mihi specialiter designata est, nec in omnibus adæquati qvidqvam præstare hominibus datum. Impetravi a Collega D. Oedero inclusa semina, qvæ Tibi forte haud ingrata erunt qvorum nonnulla in Catalogo Specierum Pl. non inveniantur, si de hisce, dum adoleverint, certiorem me reddere velis, et nonnulla pro Instituto nostro Botanico communicare, par pari referre conabimur. Ratio instituti (avertissement) operis Floræ Dano-Norvegicæ hisce diebus publicatur prelo, hoc qvam primo Tibi mittam.

Qvæ in Itineribus chartæ conjeci observationes, bene multæ autem sunt per septennium factæ, huc usqve in ordinem redigere propter alia et graviora negotia non potui, qvam primum autem spero partem Italicam prodituram fore.

Mirum sane descriptiones mineralogicas adhuc vix ultra illa objecta extendi, qvæ septentrionalis continet Europa, classemqve vulcanicam plane desiderari, qvæ tamen terrarum, petrarum, minerarum etc. Species bene multas continet, hisce præsertim abundat Italia tanta qvanta olim combusta, sed hæc tempora sphæram chronologiæ nostræ excedant necesse est.

Montes in hisce regionibus constant calcareo albido utplurimum, impalpabili, puro a summo ad immum, colles *Lava*, Islandi *Röyne* vocant, structura et duritie saxi, micacei, ferruginei (si ex abundantia micæ circa vulcanos concludere liceat, et hæc productum vulcanicum habenda), Planities, et in specie Romana 30 Mil. ital. diametri Puteolanæ speciebus variis, hæc, qvæ secundum Plinium[2] mirabilia facit, jam in loco natali prope Puteolum (pouzzoli) *Giura* vocati, Plures in Vesuvio dies degi, qvem etiam in hisce habui magistrum.

Vides itaqve, Vir illustris, qvod Europa australis in regno lapideo nobis magis ignota sit qvam vegetabili, idqve propter facilitatem majorem in uno qvam in altero. Scribebam Charlottoburgi Hafniæ aprilis d. 24 1761.

Linn. Soc., Vol. I: 199—200. Tryckt i Schiödte, s. 373—374. Engelsk öfvers. tryckt i Smith, Vol. 2, s. 483—485.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Se Plinius, *Hist. nat.*, bok 35, kap. 13.

59.

Illustrissimo Celeberrimoqve Viro
Carolo v. Linnée Eqv.
S. P. D.
Petrus Ascanius.

Per aliqvot annos Itinera dum feci in variis Daniæ Provinciis, Regio mandato, observationes mineralogicas et oeconomicas principem qvidem finem habui, pictore utplurimum destitutus.

Interim circa Metropolim, ubi Copia pictoris facilior, variorum, præcipue piscium, figuras collegi, ex hisce natus est Libellus *Iconum* primus[1], qvem Tibi, Vir celebr., officiosissime adjectum offero.

Nam ad Hist. nat. perfectionem facilior et certior mihi videtur via, si qvis propriam sumserit Partem, propriam Provinciam, alienis sepositis, ita nata est Flora Tua et Danica Oederi.

Has inter Icones duas piscium novas species Labri[1] nempe et Gadi, avium totidem, invenies. Tringæ *ferrugineæ* descriptionem, me inscio, ad Te misisse D^n König,[2] video, *Islandica* qvidem appellari qveat, sed ex observationibus D^ni Teilmanni didici illam magna copia in septentrionali Iutia habitare, et varietatem *griseam* esse illius vestitum primi anni uti in multis aliis avibus, ita sententia Islandorum confirmata est.

Reditu nupero D^ni Niebuhr[3] finita tandem est missio nostra arabica. Societas hæc Literaria minus bene qvidem ab initio composita fuit, hinc dissensio et adversa fortuna. In Egypto multo dispendio varia qvidem observata et collecta fuere, sed eadem adversa fortuna domum missa, paucissimis servatis. Post adventum in *Iemen* Arabiæ, destinationis proprium locum, ubi sani adventarunt omnes, pestifera qvasi tabes totam invasit Societatem qvæ, si mathematicos Gallorum exceperis, majori sumptu et adparatu nusqvam instituta fuerit. In parte mathematica multa tamen à Niebuhrio speramus. In colligendis rebus naturalibus, maxime marinis, præter B. Forskålium, spartam suam bene implevisse Kramerum, ex Sarcinis, qvas jam lustro, invenio, qvem in finem etiam hunc Societati adjunxi, cum de observatore tantum cogitaverat clbr. Michaelis, neglecto pictore et collectore.

Ad Scientiam naturalem autem proprie qvid in MScriptis et observatis defunctorum lateat adhuc ignoro, sed breve incipienda disqvisitio, a Commissione (ut vocant).

Qvæ domum missa sunt Naturalia maxime ad conchologiam pertinent, ubi varia nova et curiosa, ludunt maxime Labio suo digitato *Strombi*, pro varia ætate animalis, interdum nullo interdum plurimis ita ut in hisce genera stabilita omnino deficiant solis observationibus, in vivo perficiendis, sed qvam paucis hoc datum!

Cardii speciem olim ab Egypto missam, pulcherrimum testaceum, et cujus alterum exemplar in ultimis sarcinis inveni, Tibi jam dudum a D^no^ Spenglero[4] missum video et insertum titulo *retusi*, sed descriptio minus qvadrat.

Specimina olim rariora, partim nova, cum satis magna copia jam possidet Musæum, qvæ omnia fere ex mari rubro et sinu persico, impetrata Superiorum licentia, nonnulla Tibi, Vir Illustr., transmittere conabor, exspectaturus a Te mineralia rariora aut inqvilina aut peregrina. Interim ut valeas in Scientiæ emolumentum mihiqve favere pergas velim!

Dabam Charlottoburgi 4^to^ Xbris 1767.

P. S. D^n^ König olim missionarius naturalista Islandicus jam in Indiam missus est, titulo Medici missionis Evangelicæ in Tanjour.

D^ni^ Oederi salutem Tibi dico, petit, ut per aliqvem Legationis Svecicæ recipere velis Fasciculum Floræ proximum et seqventes, Schedulamqve manu tua signatam illi mittas.

Linn. Soc., Vol. I: 197—198. Tryckt i Schiödte, s. 375—376. Engelsk öfvers. tryckt i Smith, Vol. 2, s. 485—488.

[1] *Icones rerum naturalium, eller Teigninger til Natural-Historiens Oplysning og Forbædring.* H. 1 (Khvn 1767. Fol. obl.). Om fortsättningen af detta värk, öfversättningar och ny upplaga se Gosch (bref 55 not 2), D. 3, s. 147—149. Af de i det första häftet beskrifna och afbildade tio djurformerna var blott en för vetenskapen ny, nämligen den vackra fisken *Labrus Berggylta.*

[2] Johan Gerhard König, se Afd. I: D. 2, s. 357, not 5.

[3] Carsten Niebuhr, född i Hannover 1733, deltagare i och den ende kvarlefvande af den danska arabiska expeditionen 1761—1767, död i Köpenhamn 1815.

[4] Lorenz Spengler, se Afd. I: D. 2, s. 275, not 11; född i Schweiz 1720, död i Köpenhamn 1807.

AYEN, LOUIS, duc d'.

Se NOAILLES.

AYMEN, JEAN BAPTISTE.

Fransk naturforskare och läkare, född i Sarlat 1729, död i Castillon 1784.

60.

Jllustrissimo doctissimo Carolo Linnæo historiæ
Naturalis Legislatori, academiarum ups. stok.
Lond. monsp. &c. Socio, nec non jn upsaliensi
Lyceo Botanices professori, J. B. Aymen, doctor medicus.

Quam omnibus historiæ naturalis cultoribus concedis benevolentiam, Vir celeberrime, mihi persuadet, te non retorvo oculo hanc accepturum epistolam, tęque mihi non recusaturum responsum. tibi quædam offerendi a te quædam expostulandi, tibi quasdam communicandi observationes est animus.

Nostra jn provincia reperiuntur plantæ et insecta, quæ nec circa parisios, nec circa Monspellium, nec, ut verisimile est, jn suecia videntur. jllarum Bulbos, semina, istorum ova, aut nymphas lubenter mittam, si quid gaudii tibi procreare valeant. mittam et quoque tibi plantas exsiccatas, quas copiosisime a coloniis Nostris americanis et Africanis quavis die accipio. hæc omnia facillime per naves burdigalenses suecicos portus petentes ad te pervenient.

pro isthoc, vir doctissime, vellis quæso plantas suecicas aut laponicas exsiccatas mihi præbere, et præsertim genera quæ jn galliis, aut jn horto regio parisiensi non reperiuntur. Ut Linnæa, isoetes, peloria, andromeda, Bartsia &c. donum certe pretiosisimum, pro viro, cui Botanices studium jn deliciis est, quique omnia jmpendit, ut herbarium, jam ultra sex millibus plantis ditatum perficere possit. Mittas et quoque, quæso, *philosophiam tuam Botanicam,* quam apud typographos nec franciæ, nec angliæ et hollandiæ, non reperii.

Sed a te ardentius specto, quod observationem quam a te ab uno anno accepisse scripsit mihi D. B. De jussieu mei amicissimus, mihi fusius communicare vellis. Doctissimo mandasti amico, quod jnstructor filii tui[1] reperierit istud insectum, (evadens inde in phalenam) quod apud vos, jn agris secalinis, culmos jntrando, spicas causat effœtas. mira quidem hæc observatio. Nam sepissime, non solum jn culmis, sed etiam jn axibus, graminis 57. Bot. par., Zeæ, Dipsaci jnsecta reperii quin spicarum sterili-

tatem produxerint. Jn spicis secalinis effœtis insectum, sed in vanum quæsivi. Unde conjicio jnsectum jllud apud vos, in spicis fecundis etiam reperiri posse. Ex me, enim, nequaquam secalis sterilitatem producit. hanc iterum rogo, fuse scribas observationem.

salviniam Mich. sæpius examinavi cum *pillularia* non convenit. *pillularia* ut et *Lemma* B. De jussieu, de qua nihil dixisti ad filices remitti mihi videntur. *Lemna* vero tua post *Callitrichem, Ludwigiam,* et *jussieam* unum et idem genus esse credo. jnter enim has plantas non est alia differentia, quam ea quæ inter *tamaricem* floribus pentandris, et *tamaricem* floribus decandris, reperitur. Ex examine *sauvageæ* optime exsiccatæ clare vidi, te nectarium pro staminibus, stamina vero pro corollis habuisse. Corollæ enim sunt quinque jnter calicem et stamina positæ. Nectarium 5 phillum jnter corollas et stamina situm. miram et forte jn Europa unicam possideo *plukenetiam* optime exsiccatam. Ex floribus aqua madefactis genus habui, quod lubenter tibi, si jubeas, communicabo. nuper opus de Diebus criticis, ab academia divinionensi coronatum typis mandavi[2]. Et ante longum tempus, si Deus det vires, De morbis vegetantium, aliquid publice reddam. hæc opera etsi mediocria, tibi mittam. hæc vellim, dulci vultu jnspicias. Vale vir celeberrime. tuam mihi concedas amicitiam.

Datum Castillione ad dordoniam 12. april 175[3]. Epistolarum hæc sit jnscriptio a M. Aymen docteur en medecine, par Bordeaux a Castillon sur dordogne.

si vero plantas exsiccatas per naves stockolmenses Burdigalam venientes mittere digneres, fasciculi hæc sit jnscriptio. A M[r] Jean Clock negotiant aux chartrons pour faire tenir a M[r] Aymen docteur en medecine a *Bordeaux.*

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus Jntendant Du
jardin Royal, des academies de stockolm
d'upsal, de Londre, de Montpellier, de Berlin &c.
professeur De Medecine et De Botanique
A Upsal En Suede

Linn. Soc., Vol. I: 229—230.

[1] Daniel Rolander var vid denna tid informator för Linnés son. Han föddes 1725 och dog 1793. Om honom och hans entomologiska upptäckter, se bl. a. Afd. I: D. 1, s. 152, not 1; D. 2, s. 178—179.

[2] Arbetets titel är: *Dissertation dans laquelle on examine si les jours critiques sont les mêmes en nos climats qu'ils étoient dans ceux ou Hippocrate les a observés, & quels égards on doit y avoir dans la pratique . . .* (Paris 1752).

61.

Illustrissimo Viro
DD. I. B. AYMEN
Medico Bordeausensi

s. pl. d.
Car: Linnæus
Arch. Reg. suec.
Equ: aur: de stell. pol.

Tuas Vir illustris literas hodie cum tabellario habui, et quamvis Te ex facie non noveram, novi tamen facile ex ingenio et manu.

Quas a me petiisti plantas lubenter mittam, præsertim alpinas lapponiæ primum habebis, quum discipulus meus cras iter in Lapponiam suscipiat, et ego mittam quamprimum redeat omnes species.

Dicis Te possidere 6000 plantas exsiccatas, certe si eas habeas Tibi gratulor; missas accepi plantas facile a toto orbe, nec dum 6000 obtinui.

Philosophiam Botanicam mittam; mirum quod nullus in Germania legat illum librum, sed in Gallia multi; indicio Germanos Botanicen studere non solide.

Salviniam ego non vidi vivam, mutilum specimen siccum possideo.

Pilularia et Lemma B. Juss: ad Filices remitti debere dudum est quod ex B. Jussieu didici[1], et Pilulariam dein copiose legi.

Lemnam meam ad Callitrichem propius accedere a Te hodie primus didici, et tua fide innixus mox referam.

Ludwigiam et Jussieam esse unius generis non agnosco, at vero ad eundem ordinem pertinere concedam; est enim et alia differentia in fructu.

Sauvagesiam numquam vidi vivam, tantum unicum specimen volante manu evolvi, potui facile errare; errorem dudum intellexi, et correxi in priori tomo specierum plantarum, qui nuper prodiit[2]. si posses mittere specimen mihi foret gratissimum.

Plukenetiæ genus lubentissime noscem[!] quum de eo nil magis novi, quam quæ ex Plumiero potui eruere. ter quæso communices characterem quanto ocyus.

Si digneris mittere ad me quæ generoso animo promisisti, ea dirigas Stockholmiam cum nave, tradenda *Archiatro* Regio D. *Bæck* in *pharmacopea Svanen* (sive Cygno) habitante.

Insectum istud quod caussat spicas steriles secalis apud nos est Larva Phalænæ spirilinguis seticornis thorace fasciculis 2 bifidis, abdomine 4 simplicibus alis fusco nebulosis lunula pallida. descripta 1752 p. 62, ubi Phalæna seticornis spirilinguis fasciculata, alis depressis griseo-fuscis striatis A latino inscriptis[3].

Larva viridis linea dorsali rubra, intrat culmum inter folii vaginam et culmum, et exedit culmum intra vaginam ut neque illa, neque vulnus externe pateat. post aliquot dies exit ex hoc culmo, intrat alium; nulla inde noxa oculis observatur, tantum spica evadit alba, cassa. demum relinquit culmos, et in terra subit metamorphosin. Si possum hac æstate excludere, mittam phalænam. Numquam tangit hordeum.

est alias Musca minima quæ in Svecia ad minimum destruit quotannis decimam partem Hordei omnis, quæ singula habitat intra glumam floris; nec observata fuit ab ullo, antequam a me, pulice minor; hordeum maturescit, sed evadit minus et leve, quod itaque dant gallinis et pecoribus[4].

Si vis insecta mittere, possum iurare ut habeas fere omnia insecta sueciæ, cum adscriptis numeris Faunæ.

Doleo quod D. B. Jussieu rarissime scribat; ille . . .[5] nostri sidus est; illum præ omnibus magni facio; ille ditissimus omnium est observationibus solidis et fidis.

Intellexi ex Lemna, Sauvagesia et reliquis, quod Tu vir illustris vere eruditus sis.

Bahobab dixit D. B. jussieu Adansoniam, sed characterem non misit, nec florem umquam vidi; dicas si noristi[!] ad quem classem spectet[6].

Quotidie novas plantas habeo a discipulis qui peregrinantur.

Si vis mittere novi generis characterem, Tuo nomine insignitum eundem edam.

intra 6 hebdomadas alter tomus specierum mearum plantarum prodibit e prelo; ex iis videbis quas plantas ego possideo.

Ter vale. dabam Upsaliæ d. 14 maj. 1753.

Si ad me per tabellarium scribas sit hæc inscriptio Societati Regiæ scientiarum Upsaliæ et certo habebo absque impensis.

Utanskrift:

a Monsieur
Monsieur I. B. Aymen
Docteur en Medicin
par Bordeaux
frijbr. *á Castillon sur doidogne[!]*
(Sigill bortskuret).

Originalet tillhör en ättling till J. B. Aymen, Marquis Henri Aymen de Lageard på La Pierrière, Castillon sur Dordogne (Gironde), som i Dec. 1914 haft den stora vänligheten att skänka Universitetsbiblioteket i Upsala en fotografisk kopia af detta bref, liksom af bref 63.

[1] Jussieus *Lemma* upptages i *Sp. plant.* Ed. 1, 1753, som synonym under *Marsilea quadrifolia.*

[2] *Sauvagesia* i *Gen. plant.* Ed. 2, 1742, hänförd till Polyandria, Monogynia (under namn af *Sauvagea*) flyttas i *Sp. plant.* Ed. 1 till Pentandria.

[3] I Stockholm, Vet.-Ak. Handl., 1752, s. 62—66 förekommer Daniel Rolanders uppsats om *Hvit-ax-masken* [eller larven till hvitaxflyet, *Hadena secalis* Lin.].

[4] Om denna fluga (slökorn- eller frit-flugan, *Oscinis frit* Lin.) och dess härjningar finns en uppsats af Linné i Vet.-Ak. Handl., 1750, s. 179—185, med titel: *Rön om slö-korn.*

[5] Ett ord (sæculi eller något dylikt) bortslitet i originalet.

[6] Om *Adansonia,* se brefvexlingen med Adanson, denna del, bref 3.

62.

Celeberrimo doctissimoque historiæ naturalis legislatori.
D. D. Car. Linneo. arch: reg. suec: acad: ups: stock:
Lond: &c. soc. Equ: aur: De stel: pol: &c.
S. pl. D.
Joan. Bap. Aymen
Doctor Medicus.

Quanta cum lætitia receperim, vir celeberrime, Epistolam Simplici Eloquio, enuntiare non valeo. Dulcissimi omnibus, et mihi præsertim, nuntii tui. Dulcissima amicitia tua, si ipsa dignus forem. pro tua philosophia Botanica, et pro plantis, quas generose mihi tribuere vis, tibi maximas ago gratias. tuarum specierum tomum primum famâ novi, non vero legi; nec in toto regno, nisi forte apud solos *Jussieos,* reperiretur. Mittas et quoque, quæso, illum librum; et aliud quodlibet opus a te desideratum lubenter mittam.

per primam navem stockolmiam petentem, operis mei ab academia Divionensi coronati Exemplar recipies. Hoc jn volumine *salviniæ* et *aldrovandiæ* specimina posui. Mira planta certe est *aldrovandia*, quam forsan jam vidisti; sed, quam soli gallorum *B. Jussieu* et Ego possidemus.

Sauvagesiæ specimen pulcherimum et jntegrum habeo, ipsius ramum lubenter tibi dedissem. sed cum jnsulæ *sti Dominici* procurator meus scripserit mihi, capsas quatuor plantis siccis refertas prima nave me accepturum. jnter has plantas *sauvagesia* reperiri poterit, et cum multis aliis pro te erit. si tamen ibi non sit, speciminis mei ramum habebis.

Quidquid de *pluknetia* dixerit *plumierus*, verum est. Ergo solam staminum descriptionem addere sufficit.

Stam. filamenta octo omnium brevissima et coalita, antheræ simplices erectæ.

glandulæ nectariferæ quatuor basi staminum sitæ, villis, antheris duplo longioribus donatæ.

Dudum est, quod *B. Jussieu* scripsit mihi, se *baobab*, p. alp. adansoniam dixise: characterem vero non communicavit. specimen siccum et mutilum possideo. *Adansoniæ* flos omnium maximus ad monadelphiam poliandriam pertinet.

Jussieæ species tres vivas sæpissime examinavi, nec magnam differentiam in fructu, cum *Ludwigia* habere, detegere potui. Major certe est differentia jn fructu; jnter *Blairiam* houst., *Sherardiam* vaill. et *Verbenam* tourn. quas merito sub unico genere reduxisti. Nullus hercle dubito, quod si *jussieas* tres vivas vidisses, statim unum et idem genus cum *Ludwigia* esse statuisses: anceps quoque hereo, num *mentzelia plum.* ad idem genus referri debeat?

Plurimas observationes, quas attente et scrupulose feci, imposterum tibi communicabo, et sincere castigationi tuæ eas submittam. sed ea lege ut errores quos committam, mihi notos reddes; nemo enim correctione avidior est. quis autem, observationum naturalium æque ac tu, prætium noscere valet?

Pulcherima est observatio tua, de hordei musca. pulcherima est quoque observatio de phalena secalis, sed hanc phalenam, jn spicis fertilibus æque ac jn sterilibus, reperiri puto. observa jllud vellim. Multis ex annis plantarum morbis studeo, et plurimas causas, secalis et frugum aliarum sterilitatis primus detexi.

Est musca minima viridis ænea, quæ apud nos *raphanistri* tourn. siliquas destruit, est et alia quæ *rubiæ* tourn. germen reddit monstrosum, nec observatæ fuerunt ab ullo, antequam a me.

Septem novorum generum characteres habeo, sed cum jn horto regio parisiensi eos construxerim, *B. jussieu* eos habere verisimile est; ergo eos publicos reddere me non deceret. habeo et quoque quosdam characteres quos e plantis herbarii mei sumpsi, sed sicca et mutila sunt specimina, mutili sunt quoque characteres. Ergo non communicandi.

observationem a *Sauvagesio* communicatam jn flora suecica refers; jn qua vir illustris salicorniæ flores, sex staminibus munitos vidisse dixit. idem ac ille vidi, oculis nudis. Sed ope microscopii clare detexi sex illa stamina ad tres flores, minimos, sed distincto foliolo separatos, pertinere. Ergo quilibet flos duobus tantum staminibus donatur.

Scabiosæ species omnes tuas, vir doctissime, ad unicum genus reduci debere non puto. Maxima enim est differentia, tam jn fructu quam in calice et corollula. Ex me et plurimis aliis, *asterocephalus* vaill., et *pterocephalus* vail. distincta sunt genera.

idem et ultra de *Lonicera* cogito. certe jmposibile est, *triosteospermum* Dill. et *symphoricarpos* Dill. *Loniceræ* adjungi. illud vetat omnium partium examen. puto et quoque *chamæcerasum* tourn. et *xylosteum* riv. genus separatum constituere. Sola *Caprifolium* et *periclymenum* Loniceram formant.

hac in provincia duo vel tres (jnter plures) *tournefortii* sunt asseclæ doctissimi, sed ipsius doctrinæ nimium pertinaciter defensores. pro viribus meis, quotidie eos milito, sed veritatis lucem recusant.

Regiæ academiæ scientiarum Burdigalensis, te socium esse maxime peroptarem. si illud tibi sit gratum, scribas vellim[1].

Suecicarum regiarum societatum socius elegi ardentissime expeterem, si tali honore Dignus tibi videar, societatibus vestris, proponas me, quæso, et copiose observationes, tam anatomicas quam Botanicas &c. præstabo.

An noscis libellum, *hills Essays on Natural histori, London 175* ... ignoro[2]. author jlle, te et *B. Jussieu* rustice, sed indocte, et levi calamo arguit. tuam cryptogamiam, et *jussieu* corallia, quasi nugas, sub ignorantiæ vello propalatas, Decantat. sed quid tentare non audet *Hill*, qui tam audacter stilo mimico, totam societatem Londinensem, ridiculam et jndoctam facere conatus est, qui non pro fama, sed pro lucro semper scripsit.

finito opere, quod a multis annis laboro, floram Burdigalensem dare conabor, et totum huic opere me accingam[3].

Vale, vir doctissime, et me tui cultorum astrictissimum credas.

jn tua prima epistola secalis phalenam mittas, quæso.

Dabam Castillione, ad Dordoniam 24 jun. 1753.

Utanskrift:

A Messieurs Messieurs De L'academie Royale
Des Sciences D'Upsal.
a Upsal En Suede

Linn. Soc., Vol. I: 215—216.

[1] Linné synes ej ha blifvit medlem af akademien i Bordeaux.

[2] John Hill (se Afd. I: D. 3, s. 210, not 4) *Essays on natural history* (London 1752).

[3] Aymens *Flora Burdigalensis* har ej blifvit tryckt.

63.

Viro Celeberrimo
DD. JOAN. BAPT. AYMEN
s. pl. d.
Car. Linnæus.

Alteram Tuam Epistolam hodie accepi, et de Tua in me promtissima gratia mihi gratulor, eamque devotus agnosco.

Aldrovandam siccam sed sine floribus habeo; *Salviniæ* specimen mihi est desideratissimum, pro quo grates reddo maximas.

Si poteris *Sauvagesiæ* novum specimen obtinere, quæso mei sis memor.

Plukenetiæ stamina a Te didici; quamquam plantam neque siccam neque vivam viderim, nullus dubito quin hæc eadem sit cum *Sajor volubili, fructibus corniculatis Rumph. amb. 1. p. 194. t. 79. f. 2.*

De *Jussiæa* et *Ludwigia* scribis in genere convenire. ego vero aliter sentio. *Ludwigiæ* capsula aperitur ore rotundo, discedente styli basi; *Jussiæviæ* fructus dehiscit margine longitudinaliter; si hoc non sufficiat possimus conjungere cum hoc genere *Oldenlandiam, Ammanniam, Isnardam* et totum ordinem naturalem *calycanthemorum;* quod foret[?] paradoxum. certe nisi limites assumantur in ordinibus naturalibus omnia genere confluant ut nulli limites specierum. Sic ad idem genus conflueret Dianthus, Saponaria, Gypsophila, Drypis, Cucubalus, Silene, Lychnis, Agrostema, Alsine, Arenaria, Cerastium, Holosteum, Mollugo, Arenaria, Frankenia, Minuarta, Pharnaceum, Spergula, Sagina, Moehringia &c. imo omnes *Labiati* T. et omnes *papilionacei* evaderent duo tantum ge-

nera. certe quod in uno ordine sufficit pro charactere, non valet semper in altero; sed ratio habenda systematis et scientiæ.

Phalæna secalis numquam habitat in spica, sed semper intra vaginam culmi; sunt tantum nobis 2 exemplaria; unum habet Regina; alterum ego in mea collectione; difficillime enim excluditur, cum culmi debeant crescere in vase clauso, ut poterit ex uno in alium migrare culmum, alias perit; adeoque nullus exclusit antequam ego premium posui et obtinui; hac æstate nullum experimentum successit.

Mirum certe de Salicornia. ego unicum vidi stamen in Belgio. Sauvagesius 6, Tu et Moehricius [!] 2, iterum Bergius præterito anno in Gothlandia unicum[1].

De *Pterocephalo* Vaillantii nihil certi statuere possum, quod vero Asterocephalus sit species scabiosæ naturalis non est quod hæsitem.

similiter *Loniceram*, *ChamæCerasum*, *Xylosteum* ad idem genus referri debere, imo etiam Diervillam certus sum; *Triosteospermum* agnosco esse distinctum.

Te fore membrum aut societatis Upsaliensis aut stockholmensis certus sum; sed hoc anno non possum rem expedire, cum numerus certus membrorum sit præfixus et nunc plenus est[2].

Vidi librum D. *Hill*; qui est egregius compilator et audacissimus. vidi quæ scripsit contra optimum nostrum, imo sanctissimum D. B. Jussiæum et ægre tuli; sed non ferit Magnum virum; ejusmodi non cadunt in virum, sed in suum authorem.

Dabam Upsaliæ 1753 d: 20 julii.

Quæso des mihi characterem D. Dalibardi, qualis sit vir? ubi vivat? et reliqua.

e vestris terris nuper accepi novam speciem *Micropi*, caule erecto, foliis alternis s. solitariis, fructu non muricato, similis *Filagini* Tournef.

Matthiolam, Rheedeam, Thaliam, Ximeniam, Zapotam, Brosseam, Bucephalon, Hippocrateam, Fuchsiam, Hippomane, sunt genera de quibus stamina huc latent; si quid de his noristi candidus imperti.

Utanskrift:

Celeberrimo Viro
DD. Joh. Bapt. Aymen
Medico experientissimo
par Bordeaux a Castillon
frijbr. *sur Dordogne.*

(Sigill bortskuret.)

Originalet tillhör marquis Henry Aymen de Lageard. Se under bref 61.

[1] I *Flora Suecica* Ed. 2, 1755, s. 1, säger Linné om *Salicornia*: »Structura fructificationis etiamnum minus sufficienter observata est; Ego quondam in Flore Stamen unicum numeravi, idem D. Bergius; Mœhringius & Aymen duo; Sauvagesius vero stamina sex observavit, quæ ulterius inquirenda».

[2] Aymen synes ej ha blifvit invald i K. Vetenskapsakademien i Stockholm; af K. Vetenskaps Societeten i Upsala skulle han enligt en biograf (se under bref 65) ha blifvit medlem 1754.

64.

Jllustrissimo Doctissimoque Viro
D. D. Car. Linnæo Botan. Et
Med. profess. acad. ups. stokcol.
Lond. Monsp. &c. Socio.

S. pl. D.
j. B. Aymen. d.m.

Epistolam tuam, vir Doctissime, hodie accepi et de tua jn me Benevolentia mihi gaudeo; teque ut semper mihi eam concedas jnnixe rogo.

Ab uno mense per navem *Le St. johan de Westerwik*, præfecto joanne *Michaelson*, fasciculum D. *Bæck* dirigendum, et salviniæ et aldrovandiæ speciminibus ditatum, ad te jmmisi.

De jussiæa &c. sileo. quidquid cogitem, quidquid observaverim sincere et candide tibi communicabo; et sententiam meam semper doctrinæ tuæ et judicio submittam.

Medicinæ fructu non egens, praxim nimis copiosam et turbulentam omnino dereliqui, et charissimo historiæ Naturalis studio, me totum donavi. Nihil comtemno. omnia attente examino. sic, ab ultima epistola mea tibi mandata, examinando hyperici speciem quam nondum circa urbem videram novum genus esse detexi. jnde omnibus hypericis herbarii mei examinatis, alteram novi generis mei speciem reperii.

prima species est: hypericum supinum tomentosum minus, vel monspeliacum. C. B. p. 279.

secunda dicitur - - - hypericum Egiptiacum frutescens poligoni folio. D. Lippi.

cui generi nomen non jmponam, tu ipse illud denomina quæso.

Novum genus. gen. 1.

Cal. perianthium quinquepartitum: Laciniis subovatis, concavis, persistentibus.

cor. petala quinque oblongo-ovata, obtusa, patentia. Nectarium est glandula prominens jn singulo petalo supra unguem.

stam. filamenta numerosa longitudine corollæ, basi in tria corpora coalita. antheræ subrotundæ.

pist. germen subrotundum. styli tres, simplices, longitudine staminum. stigmata simplicia.

per. capsula subrotunda, trilocularis.

Sem. Numerosa, subrotunda.

Ergo eadem nota ab hyperico distinguitur, qua ranunculus ab adonide. nec jllud solum genus hodie communicabo. alia quinque accipias, quæ ex speciminibus siccis exactissime condidi.

Columellea. gen. 2.

Cal. perianthium monophillum, quadrifidum, erectum, persistens, basi germine prægnante.

Cor. petala quatuor ovato-lanceolata, magna, calici jnserta.

Stam. filamenta octo jnflexa, filiformia, longitudine corollæ, calici jnserta. antheræ subrotundæ.

pist: germen jnfra receptaculum. Stilus simplex, longitudine staminum. stigma capitatum.

per. Bacca tetragona, calice clauso umbilicata, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. multa minima angulata.

Crescit jn jnsula Martinicana: arbor foliis oppositis, ovatis, crenatis, glabris, caule quadrangulo, floribus jn umbellam Dispositis.

Nissolia. 3. gen.

Masculi flores plurimi jn capitulum ovato oblongum congesti. caliptra nulla.

Anthera teretiuscula ore aperto, tecto capitulo.

Muscus foliis reflexis, lycopodii facie. crescit jn jnsula dicta *La guadeloupe.*

Elaphoglossum. 4. gen.

fructificationes jn puncta ovalia creberrima coeuntia dispositæ. Receptacula fructificationum setis obvallata.

Hujus generis sunt: Lingua cervina scandens ilicis cocci glandiferæ fol. plum.

Lingua cervina villosa minor plum. &c.

phyllitis. 5. gen.

fructificationes jn lineas squammis cinctas dispositæ.

hujus generis sunt: Lingua cervina villis et squammulis aureis muscosa plum.

Lingua cervina squammata et jn cuspides divisa plum.

Seliphillum. 6 gen.[1]

fructificationes foliorum lacinias marginantes.

hujus generis sunt: filix pinnulis Lonchitidis obtusis, non dentatis, ad oras pulverulentis. plum.

Lingua cervina ramosa, ad margines pulverulenta plum.

Certe attente filices americanas examinanti, nova alia genera condenda patebunt.

Micropum, de quo mihi scribis, nondum vidi. Rumphii opera Botanica non possideo, sed brevi ea habebo. ipsius habeo cochleas.

Orizam ad hexandriam non pertinere primus detexi. Et nunc primus exacte jllud genus determino. flores enim Duo sunt basi coaliti, et valva minima separati: quorum alter hermaphroditus, alter vero masculus est. quilibet flos tribus tantum staminibus donatur[2].

Si naturæ et causarum tritici ustilaginis aliquid noscas, doceas quæso. doceas quoque quid sit pneumonanthe gleditsii.

Mathiolam, Brosseam, Bucephalon, hippocrateam minime possideo. Rheedeæ, hippomanes, hernandiæ, fuchsiæ, mihi sunt specimina sed jmperfecta. habeo et quoque ximeniam quæ vivit et colitur jn horto regio parisiensi, sed quam florentem numquam vidi. de thaliæ, sapotæ staminibus, et Dalibardi caractere prima vice tibi scribam.

Vale vir colendissime, diu jncolumis vivas, meque semper ama.

Dabam Castillione ad dordoniam
august. 25. 1753.

Mittas quæso necidalidis specimen.

Utanskrift:

A Messieurs
Messieurs De La societé
Royale Des Sciences D'upsal
A upsal
En Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 217—218.

[1] De här gjorda beskrifningarne på nya släkten ha, så vidt utgifvaren kunnat finna, ej upptagits af Linné, ej heller senare inkommit i den botaniska litteraturen.

[2] I *Gen. plant.* Ed. 5 och 6 står under Oryza följande: »Obs. an Flos ex flosculis duobus conflatus? D. Aymen».

65.

Viro celeberrimo et Doctissimo
D. D. Car. Linnæo, Equiti, archiatro
Regio, acad. scient. stok. Ups. monsp.
Cur. nat. &c. Socio

S. pl. D.
joan. Bap. Aymen.
Doc. Med.

Historiæ naturalis amore jncensus, vir celeberrime, aquitaniam pro anno dereliqui, et Lutetiam adii. hac jn urbe, auxiliis non indigebo, ut attente studeam. quidquid jn natura reperiatur facile videbo et examinabo. viros eruditos assidue frequentabo.

Gualtheriam, Michellam, clethram, zizaniam, iteam, struthiam, Linnæam, pisoniam, Barleriam, Ximeniam et multa alia genera jn horto regio jam vidi et observavi. vidi et quoque cum amicissimo nostro jussieo, moneriam, d'ayeniam, et quædam alia nova genera.

Hyperici species jam tibi dictas, novum genus constituere certus est B. Jussieu. Jlle enim vir jllustris, quin Ei genus meum communicassem, efformaverat et ipse; quod genus eloteam dixit. Eloteæ nomen jllud multum mihi arridet. Jnter columelleam meam, et jussieam maxima est diferentia. 1° calice. 2° numero, situ et figura staminum 3° stigmate. 4° tamdem fructu longitudinaliter dehiscente jn jussiea, jn columellea vero bacca tetragona, sed alias simillima myrti baccæ.

Nissolia, ut *Lycopodium*, clavum format, nullam vero calitram, ut *sphagnum*, et antheras Bryi habet.

Nunc *poligonum maritimum minimum* observare nequeo, sed statim, ut castillionem redierim, plantam jllam examinabo.

gauram tuam sepissime pervolvi, et ex examine jntelexi oenotheræ speciem certam esse. si enim genus efformat, quot alia sunt condenda.

thalia stamen unicum habet . . . . filamentum unicum oblongum, laciniæ ultimæ corollæ simillimum. anthera adnata.

Frangulam, paliurum, alaternum, ziziphum, rhamnum distincta esse genera, mecum certi sunt omnes galli. maxima enim est diferentia jn fructibus, jn stigmatibus, jn petalorum squamulis. si enim hic non valent fructus diferentiæ, ergo nec jussieæ &c. Ergo jungendi omnes ordines naturales.

Guetardia *maneti* myosotidis tuæ vera species est, sed ipsius seguiera genus *distinctissimum* est. anceps hæreo num centaurium palustre minimum flore jnaperto Bot. par. novum genus constituat? pneumonanthe *gleditsii* a gentianis separari nequit.

Dalibardus[1] est jnfantium parisiensium jnstructor, historiam naturalem perfecte ignorat. Botanicon parisiense *Vaillant,* tuis synonimis et ordinibus ornatum, pecunia egens egregius compilator edidit. historiæ naturalis culturam a tribus annis, pro rebus phisicis studendis, omnino dereliquit.

Stupeo hercle, vir illustrissime, quod mihi scripseris D. D. Sauvage pulchre plantas monspelienses pertractasse. Num ironico animo dixisti? dudum est quod jllum librum legerim. quis ordo. quot errores. quam miserrimus liber. authorem multum nosco. non Botanista, sed potius Botanistarum simia mera est.

halleri[2] jn te Dubia nonnulla attente legi. sed ibi nihil reperii.

Species tuas plantarum non adhucdum video. jllum librum cum plantis generoso animo promissis Burdigalam ad jnscriptionem jam datam mittas.

Vale, vir colendissime. orbem eruditum operibus tuis doctissimis ditare non desinas. nec desinas quoque me adamare.

Dabam Lutetiæ parisiorum
9bri. 24. an. 1753.

Epistolarum ad me tuarum hæc sit jnscriptio. a. Monsieur Aymen doc. med. chés M^r^ Davignon fermier du roy Rue Des Capucines. A paris.

Utanskrift:

A Messieurs
Messieurs De L'Academie des
Sciences d'upsal.
A Upsal En Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 219—220.

Detta bref utgör närmast svar på ett bref från Linné af den 21 Sept. 1753. Jämte ett annat Linnébref af den 21 Dec. 1754 omnämnes det i en uppsats af Victe DE LACOLONGE med titel: *Notice biographique sur le Docteur AYMEN* (L'Ami des champs, Bordeaux, 1841). Brefven tillhörde vid denna tid familjen Aymen; hvar de nu finnas, är obekant. (Marquis AYMEN DE LAGEARD har benäget meddelat en afskrift af Lacolonges uppsats.)

[1] THOMAS FRANÇOIS DALIBARD, se Afd. I: D. 6, s. 301, not 2.

[2] GOTTLIEB EMANUEL HALLER, se Afd. I: D. 4, s. 150, not 2 och J. M. HULTH, *Bibliographia Linnaeana* 1: 1, s. 19—20.

66.

Viro Clarissimo
D. D. IO. BAPT. AYMEN
Botanico eximio
S. pl. d.
Car. Linnæus.

Literæ Tuæ V. C. mihi semper exoptatissimæ, nuper accessere, profeci in his iterum ex Tua doctrina, dum mihi docebas stamina *Thaliæ* et alia; pro quibus grates rependo maximas

Gratulor Tibi ex animo quod Parisios adieris, ubi poteris plurima quæ historiam naturalem concernunt, videre, et imprimis proficere ab eruditione summi B. Jussiæi, quo nullus pluribus dives est observationibus, qui quotidie naturam legit, ejusque vestigia premit. Quæso in literis semper mihi referas ut valeat Vir optimus dulcissimusque, in cujus amplexu suavissima Flora nocte dieque delectatur.

Cum *Ximenia* sit in Horto Parisino quæso dicas mihi quot ipsi sint stamina et pistilla. an Triandra monogyna?

Quid est *Moneria?* quid *Dayenia?* quid *Nissolia?* quid *Gualtheria?*

Elotea pulchra sane est observatio. *Gauram* diu perpendi, antequam ex ea novum constitueram genus.

Quæ in uno genere valeat ad genera distinguenda, non valere in altero, multis demonstrari posse absolute convictus sum, contra hanc regulam peccarunt imprimis germani; confer verticillatas, umbellatas, Papilionaceas, Ranunculos, Mesembryanthema.

Guetardiam Maneti et *Seguieram* non novi.

Pneumonanthe certe generis est Gentianæ.

Centaurium inaperto flore non vidi; miror num sit distincta species a centaurio minore.

Species meas plantarum, quam primum prelo exiere, jussi dari Legato Regis Galliæ Holmiæ commoranti, qui promisit se mox missurum exemplar Suavissimo D. B. Jussieo; miror valde quod non dum acceperit.

Zizaniæ si poteris semina aliquot ad me mittere, multum Tibi obstrictum me fore confiteor, sed dicas simul culturam graminis; annon crescat sub aqua?

Si habeas *Gramen avenaceum locustis gracilibus purpurascentibus &c. Hall. helv. 204 Aigilops bromoides Scheuch. gram. 267* istud accurate examines ad quodnam genus pertineat vel utrum ex eo novum sit formandum.

Hisce diebus conscripsi Floras Svecicam, Anglicam, Parisinam, Monspeliensem, Helveticam aliasque, et secundum nomina mea trivialia in speciebus plantarum data disposui[1]; ex quo opere plurima potui pulcherrima eruere, de quibus non dum cogitarunt Botanici.

Edidi nuper Dissertationem de *Cane* et si vita viresque[!] plurima quadrupedia eadem methodo edere constitui[2].

Hallerus in sua methodo sic dicta naturali *ob affinitatem* (ut vocat) plurima revocat genera a classe, cujus insignia gerunt ad longe diversam; quod visu miserabile est.

Mirabilis vestra *Tubo longissimo* pulcherrima certe species est[3].

Lemmam quadrifoliam Juss: et *Pilulariam* ad eandem speciem refert Hallerus; sed in eo valde errat.

Columellea si Tua sit *Ludvigia capsulis subrotundis Hort. cliff. 491. quæ Pluk. tab. 203 f. 2*, miror quod fructum voces Baccam, cum tamen sit capsula, quæ apice ore rotundo dehiscit et dimittit semina.

Glycine foliis ternatis, pedicellis bracteatis Gron. virg. 173. quæ *Glycine bracteata Spec. plant. 754. n. 7.* observavi quod flores nullum producant fructum, sed ex apice pedunculorum inferiorum, absque flore, producatur legumen. ut hæc eo evidentius in planta observarem, eam in fictili intra Cameram meam alo, et de veritate convictus sum.

Doleo quod nequeam mihi persuadere *Rhamni* separationem generum, de quo omnes vestrates eruditi conveniunt; perpendi hæc attente, nec tamen potui hoc extricare.

Accepisti sine dubio ultimas meas in quibus a Te supplex petii numerum staminum *Adansoniæ.* in Speciebus meis pag. 1190 eundem publice ab Amicissimo D. B. Jussieu efflagitavi.

Halleri novum scriptum s. *Hortum Gottingensem*[4] e Flora germanica coalitum non vidi; audio tamen eum pro more solito in me esse malevolum, quod me non magis ferit quam latratus canum. bene facere et lætari.

Quomodo procedit opus D. *Bufonii?* avide exspecto videre praxin et descriptiones Animalium Musei regii. opto videre methodum et Genera et Species.

Quidquid sit certe *Dalibardus* fuit egregius compilator, in quo non multos errores observo.

Certum est quod methodus D. *Sauvagesii* sit nulla; video etiam plantas Hortenses mixtas sylvestribus, observo species plurimas bis enumeratas; interim pluribus in locis illustravit plantas obscuras Magnolii, de quibus altum silentium apud alios; qua fide sua nomina constituit et differentias specificas ego dicere nequeo, qui plantas non vidi, veneror Authorem, qui tam multis pulchris plantis me beavit.

Audivimus Le Monnier[5] daturum Hortum Ducis Noalii, utinam in proposito continuaret, quum dubium non sit, quin in eo plurimos stirpes obscuros illustraret et species non determinatis [!] genuinis suis notis distingueret.

Novam editionem Generum meorum ad prelum paravi, in quo collegii [!] et locis suis inserui omnia mea nova genera[6].

Loeflingius ante discessum in terras Mexicanas communicavit novum genus Graminis Lygei, quod intra spatham profert multos flosculos, quorum Gluma calycina uniflora bivalvis: sed duæ calyces insident eodem germini, quod abit in nucem bilocularem.

Museum Regis nostri adhuc sub prelo sudat; Reginæ nostræ conchilia quotidie depinguntur, sed non dum imprimi incepit opus[7].

In literis quæso semper mihi dicas ut valeant optimi Jussiæi; num tertius frater redierit vel quando redeat? num vivat D. La serre et Domina Bassaport, quos meis verbis millies quæso salutes[8].

utinam velles proxima æstate pro me colligere specimina Peucedani gallici Dalib. p. 87. n. 1. 2. 3. nec non seseli species Dalib. p. 92. n. 1. 2. 3.

Tu valeas et feliciter Historiæ naturalis abdita intres.

Dabam Upsaliæ 1754 d. 10 januarii.

Utanskrift:

a Monsieur
Monsr. Aymen Doct. en medic.
chés Mr Davignon fermier du
Roy. rue des capucines
Paris.

Sigill IV; rödt lack.

Originalet tillhör Société Linnéenne i Bordeaux, som välvilligt lånat det till Upsala Dec. 1907. Sällskapets archiviste-bibliothécaire Mr. F. Breignet har i Dec. 1914 benäget läst korrektur på detsamma.

[1] *Flora Svecica* utkom i andra upplagan 1755. Som dissertationer utgåfvos *Flora Anglica* 1754 och *Flora Monspeliensis* 1756. *Flora Parisina [Parisiensis]* och *Helvetica* jämte många andra floristiska sammanställningar finnas bland de Linnéska handskrifterna i Linnean Society, London.

[2] Dissertationen om hunden, *Cynographia,* utkom i Dec. 1753. 1754 ventilerades disputationer om renen (*Cervus rheno*), fåret (*Oves*) och marsvinet (*Mus porcellus*).

[3] Linné beskref denna växt under titel: *Mirabilis longiflora, eller långpipiga underblomman* (Stockholm, Vet.-Ak. Handl. 1755). Jämför Afd. I: D. 4, s. 242, not 1.

[4] Alb. von Haller, *Enumeratio plantarum horti regii et agri Gottingensis aucta et emendata* (Goettingae 1753).

[5] Louis Guillaume Le Monnier, se Afd. I: D. 4, s. 8, not 9. Såvidt utg. kunnat finna, har någon hans beskrifning öfver hertig Noailles trädgård ej utkommit.

[6] Femte uppl. af *Genera plantarum* utkom på sommaren 1754.

[7] *Museum Adolphi Friderici regis* utkom 1754. Beskrifningen öfver drottning Lovisa Ulrikas museum utkom först 1764, utan planscher.

[8] Om Antoine de Jussieu, se Afd. I: D. 4, s. 12, not 1, om bröderna Bernard och Joseph, se Afd. I: D. 3, s. 70, not 3. — Madeleine Françoise Basseporte, se Afd. I: D. 6, s. 316, not 19.

67.

Viro celeberrimo
D. D. Car. Linnæo. Eq. De stel. pol.
Bot. prof. jn. acad. Upsal. acad.
scient. Lond. ups. stock. &c. Socio.

S. pl. D.
Joan. Bapt. Aymen.

tuam, Vir jllustrissime, epistolam accepi. Et de tua jn me amititia, quotidie mihi gratulor. *jussiei* fratres Bene valent, te amant, et tibi salutantur[!]. tertius frater non reddiit. D. Basseporte, et D. Laserre memoriæ tuæ grati, salutem plurimam tibi offerunt. Ego et *B. jussieu* mediam dierum partem De rebus naturalibus agendis unâ consumimus. Vir jlle Celeb: sincere me amat; eum maxime veneror.

Adansonius mihi charissimus, plagarum africanarum redux, millenas secum attulit rarissimas plantas, quarum speciminibus prima die me ditabit. Multa nova genera ignota observavit, et ea Brevi publica reddet. Adansoniam ad monadelphiam poliandriam pertinere, jam tibi dixi. numerum verô staminum mihi communicare recusant *Adanson* et *B. Jussieu.*

Cum Ximenia floruerit jn horto regio, stamina tibi dicam, id est æstate proximâ.

Dalibardam dudum est quod habeam. species est certa rubi. siccitas fructus ipsius non suficit ad novum genus eformandum. nonne fragariæ fructu sicco &c.?

halleri hort. got: possideo. ibi plurima bona, quædam mediocria video. jllud opus et *hort. flor. Maneti*[1] Burdigalam ad patrem mitto, ut per naves suecicas ea accipias. Si aliud quodvis opus desideres scribas et lubenter mittam. *guetardia Maneti* est *Buglossum angustifol. semine echinato J. R. H. seguiera* ejusd. est *centaurium luteum perfoliatum* pin. Species tuas plantarum accepit tandem *jussieu,* et mihi communicavit, plurima miranda avide legi; sed fac, v. celeb., ut tibi dicam, quod ibi quædam emendanda reperierim. hoc tuum opus peroptimum, Burdigalam ad jnscriptionem tibi datam mittas quæso: si jn gallia reperiretur, illud a te non rursus expotularer [!].

Bufonius operis 4^{um} dedit tomum[2]. de paucis animalibus agit, nullum sequitur ordinem. Liber certe stilo primus, doctrina ultimus.

Zizaniæ non sunt semina jn hort. Regio. Si sint æstate proxima pro te servabo. planta hæc ut oriza colitur. optime a *claytonio* describitur. colligam quoque specimina plantarum a te petitarum. Si aliud optes; loquaris et habebis.

Gramen avenaceum hal. helv. 204. habeo. *Bromi* species esse mihi videtur.

Si eloteæ meæ character tibi communicatus non suficit, quid aliud quærendum. confer vellim plurimos generum tuorum characteres.

tibi *columelleam* esse arborem americanum fol. opposit. crenatis glabris, florib. jn umbellam congestis, dixi ni fallor. ergo diversisima planta a *Lisimachia* pluk. tab. 203. fig. 2. *columellea* jn eod. ordine naturali, cum *jussiea* poni absolute nequit. ad sola [!] *melastomem* mihi accedere videtur; sed quot notis ab ea difert conferre voles.

Quid sit *nissolia* jam tibi dixi. En fructificat. jmperfect. faciem.

Moneria

Cal. . . . periant. quinquepartitum, erectum, persistens.

cor . . . petal. unicum, tubus cilindraceus, longitudine calic. Limbus 5-partitus planus, laciniis ovatis.

stam. . . filamenta quinque Brevissima, ad divisionem laciniarum calicis.

pist. . . germen subrotundum, stilus filiformis, corolla longior. stigma capitatum.

per. . . capsula globosa, unilocularis.
Sem. . . plurima globosa. receptaculum liberum (quod est singulare).
Crescit jn america meridionali.

Dayenia

cal. . . periant. quinquepartitum laciniis ovatis persistentibus.
cor. . . petala quinque longo ungui filiformia, Bracteâ patentia concavo-galeata supernam stili partem amplectentia, apice recurvo.
stam. . . filamenta quindecim, jn quinque corpora distincta Basi coalita. antheræ simplices petalo concavo tectæ.
pist. . . germen ovatum, stilus petalis longior, stigma simplex.
per. . . capsula subrotunda quinqueloba, quinquelocularis.
Sem. . . Solitaria, subrotunda, compressa.

Dayenia certe jnter plantas columniferas est ornatissima species. Duæ jn horto regio coluntur. planta hæc petala habet *theobromæ* tuæ corollis simillima. Crescit jn america meridionali.

gaultheria tua est vitis idea pyrolæ folio jnst.

mihi gaudeo, quod generum tuorum novam pares editionem. multas generum tuorum quorumdam notas exactissimas habeo, et tibi communicabo.

Loeflingii novum genus graminis mirum est, et observatione dignissimum, utinam jllud possiderem.

Centaurium fl. jnaperto Bot: par: est sarothræ tuæ species.

Acoma plum.

Cal. . . periant. monophillum ventricosum semi-quinquefidum, ore patente, collo leviter contracto persistens laciniis ovatis concavis.
Corol. petala quinque oblongo-ovata, concava patentia calici jnserta.
Stam. . . filamenta numerosa subulata longitudine corollæ calici jnserta antheræ minimæ subrotundæ.
pist. germen subrotundum, stilus simplex brevissimus, stigma obtusum.
per. . . drupa subovata glabra unilocularis.
Sem. . . Nux ovato-oblonga, sulco longitudinali.

Acomæ vocabulum est barbarum. scribas vellim quodnam nomen huic generi jmpones. certe primus jllud determinavi.

Bromellia plum. et *ananas*, tourn. duo sunt certe distinctissima genera: ut et *Lemma* et *salvinia*, *mitreola* et *ophiorhiza*, *cassine* et *Maurocenia*, *jlex* et *dodonœa*. E contra vero ad Lychnidem et gipsophillam, omnia tua lychidum[!] genera reducerem. sic panax et aralia, trilium et paris unum constituunt genus, ut et tormentilla et potentilla.

Non minus difert ab *asaro hypocistis*, quam Lathræa a pediculari.

Non concipio, quomodo planta monocotyledonis, ut melocactus, et planta dicotyledonis, ut opuntia ad idem genus referri possunt.

dum hæc matutina hora scriberem, adiit me B. jussieu, et visiturum herbarium surianum[3] me conducit, ibi miro cum gaudio, 2am *columelleæ* speciem vidi. Examinandam dedi viro clarissimo qui distinctissimum eformare genus agnoscit. columelleæ nomini plaudit. hæc species, arbor est foliis oppositis quinquenerviis, subrotundis, asperis, serratis, floribus · jn corymbum dispositis. olim dum lutetiæ degebas, hanc plantam pro acinodendro habuisti. sed quanti a *melastoma* difert, videas caractere dudum communicato.

Academiæ Regiæ scientiarum par: jam dedi dissertationem meam de ustilagine. paucis abhinc diebus, de clavo secalino, de carbunculo, de remediis eorum, de spicarum sterilitatis causis dissertationem legam[4].

Rheedeæ, fevilleæ, cissampelos, et *sapotæ* stamina &c. jn prima mea tibi communicabo.

Vale. V. J. me semper ama, et nullum alium me addictiorem discipulum te habere puta.

Dabam parisiis februar. 10. an. 1754.

Linn. Soc., Vol. I: 221—222.

[1] Saverio Manetti (se Afd. I: D. 3, s. 62, not 1), *Viridarium Florentinum* (Florentiae 1751).

[2] George Louis Leclerc Buffon (se Afd. I: D. 2, s. 223, not 5) utgaf, biträdd af andra forskare, *Histoire naturelle générale et particulière, avec la description du cabinet du roi* (Paris f. o. m. 1749). T. 4 af originalupplagan i 4:o utkom 1753.

[3] Jos. Donat. Surian, se Afd. I: D. 2, s. 75, not 6. Hans herbarium finnes i Jardin des plantes, Paris.

[4] Dessa Aymens afhandlingar äro tryckta under titel: *Recherches sur les progrès et la cause de la nielle* (Paris, Acad. R. des Sc., Mémoires de mathém. et de phys., prés. par divers savans, T. 3, 1760, s. 68—85, pl. 1) och *Second mémoire sur les maladies des blés* (Ibid., T. 4, 1763, s. 358—398).

68.

Celeberrimo Viro D. D.
Car. Linnæo Eq: de stel. pol.
acad: ups. stok: jmperial: &c.
S. pl. D.
J. B. Aymen med. Doct.
acad: Burd: tolosan: Lugdun:
soc: et par: coresp.

Quantam amaritudinem ex silentio tuo, V. C. receperim, facile judicabis, si perfectæ jn te reverentiæ meæ amplitudinem agnoscere non dedigneris. tuas, vellim exoptatissimas epistolas jmposterum non recuses.

A longo tempore *Maneti viridarium florent.* et *halleri hort. gotingen.* per navem *christierna* præfecto D. *pet. Jordan,* ad jnscriptionem D. Bæck pro te misi. utrum hæc receperis, a te nondum accepi.

paucis Diebus parisiorum redux, alpes pirenaicas, pro flora mea aquitanica conficienda pervadere cogito. ibi plantarum rarissimarum semina coligam.

Nunc tandem, plantas americanas, jnnumeras, et perfecte exsiccatas accepi. Thesaurum hunc meum tecum, et cum *jussiæo, guettardo*[1] et *Moniero* Dispertiam. harum plurimas dissecui, unde plures characteres perfeci, quos accipias.

Hamellia[2]

Cal. . . perianthium quinquepartitum, minimum, erectum, persistens, germini jnsidens.

Cor. . . petalum unicum tubulato-campanulatum, basi apertum. tubus brevissimus. Limbus tubulato ventricosus, tubo crassior, ore quinquepartito: Laciniis minimis æqualibus.

Stam. . . filamenta quinque subulata ad medium corollæ sita. antheræ oblongæ.

pist. germen jnfra receptaculum. stilus filiformis longitudine corollæ. stigma clavatum.

per. . . Bacca ovalis, sulcata, calyce clausoumbilicata, quadrilocularis.

sem. . . subrotunda compressa.

Est planta, quæ vulgo jn america *tangaraea* dicitur, quo apud plumier, pro peryclimeno, apud sloane pro jasmino habetur. Eodem verbo ac Lonicera alba sp. pl. 175. dantur varietates florib. luteis ceruleis, et purpureis quas habeo.

hoc nomen volo ab jllust. D. D. *Du Hamel du Monceau* acad. scient. par. &c. qui prima luce arbores et arbustos tractatû Descriptionibus et jconibus referto, jllustrabit[3].

Fuchsia filamenta sex habet jnfimæ parti tubi jnserta et antheras apice bifidas.

Sapota filamentis plus quam duodecim jn orbem positis filiformibus, calyci jnsertis gaudet. ipsius antheræ sunt erectæ Basi bifidæ, apice acutæ. Ergo *sapotæ* ab *anona* differt omnibus fructificationis partibus.

Bucephali solum florem femineum esse notum mihi aparet. quod enim stamina *plumier* Dixerit ex me sunt styli.

Cissampelos[4]

flos masculus

Cal. nullus nisi corollam dicas.
Corol. . . petala quatuor ovata patentia.
Stam. filamenta quatuor minima. antheræ latæ planæ.

femineus flos jn distincta *planta.*

Cal. nullus.
Cor. nulla.
pist. . . germen subrotundum, stilus obsolete triquetrus. stigmata tria setacea erecta acuta.
per. . . et sem. ut jn gen. 993.

feuillea melius quam *fevillea*[4]

flos masc.

Cal. . ut jn gener. tuis.
Cor. petalum monophillum campanulatum semiquinquefidum. Limbus planus. Laciniæ ovatæ, extrorsum conversæ.
Stam. filamenta quinque subulata. antheræ dydimæ subrotundæ.

foem. flos jn eadem planta.

Cal. et corol. ut jn mare.
pist. germen sub receptaculo floris. stili quinque filiformes corollæ breviores. stigmata cordiformia.
per. et sem. ut tu.

Alias plantarum americanum[!] emendationes habeo, quas jnterim, si optes, scribam.

tamdem copiose, ad ripas maris colegi *poligonum minus lentifolium* Bauh. *prodrom. 131.* En characterem[5].

cal. perianthium monophillum, quinquepartitum, acutum, vix patens, persistens.
cor. minima quinquepartita.
stam. filamenta quinque, capillaria, minuta. antheræ simplices.
pist. germen subrotundum, stylus vix ullus, stigma obtusum.
per. capsula parva, calyce obvoluta, unilocularis.
sem. unicum subovatum, compressum.

Species tuas plantarum habeo. mira ibi multa vidi, quædam vero emendanda. sic pag. 513. myrobalanus. min. &c. Sloan. Jamaic. 2. p. 126 et icaco plum. gen. 44 pro eadem planta habes. sed sunt figura et genere diversissima. pag. 919 *Silphium* laciniatum. h. r. p. et *Bidens* sphondil. fol. plum. spec. 10. pro eadem dantur, sed male. Bidens *plum.* verbesinæ species est. Has plantas optime exsicatas habeo, quas tibi mittam si optes.

Vale vir illustrissime. Responsum tuum non retardes vellim nec me amare desinas.

Dabam Castillione ad
Dordoniam 7^{bris} 5. an. 1754.

Utanskrift:

A Messieurs
Messieurs De L'academie
Royale des sciences D'upsal
A Upsal en Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 223—224.

[1] Jean Étienne Guettard, fransk läkare och naturforskare, född 1715, död 1786.

[2] Aymens *Hamellia,* som ej inkommit i litteraturen, torde vara samma växt som *Hamelia* N. J. Jacquin, *Sel. stirp. americ. hist.* (Vindob. 1763, s. 72). Jacquin, som först 1755 företog sin resa till Amerika, måste haft reda på Aymens beskrifning, ehuru han icke citerat den.

[3] Henri Louis Duhamel du Monceau (se Afd. I: D. 2, s. 223, not 4), general-inspektör för franska marinen.

[4] Aymens tillägg till beskrifningen af denna växt upptagas af Linné i *Gen. plant.* Ed. 6 utan angifvande af källan.

[5] För denna beskrifning citeras Aymen i Linnés *Sp. plant.* Ed. 2, s. 317 under *Herniaria lenticulata.* Jämför nästa bref.

69.

Celeberrimo viro
D. D. Car: Linnæo
ups: hort. præfect: et botanic. profess:
acad: upsal: stockolm Lond. monsp: &c. soc.
S. p. D.
Joan. Bap. Aymen.

Ex *Jussieo* tuam, Vir clarissime, hodie accepi Epistolam[1], jn qua *Maneti* et *Halleri*, etsi a parente ad jnscriptionem datam, missa, te non recepisse video. quod sane stupendum. quæras vellim a D. Bæck, quid facta fuerint.

Promissis meis semper sto. qua vice Burdigalam ibo, numerosisimas plantas americanas correspondenti meo deponam, ut per navem suecicam ad te transferantur. Nonne, V. J., oblitus es doni pretiosi summe mihi nempe plantarum Laponicarum promissi memor sis, vellim, et ad jnscriptionem a longo tempore tibi datam mittas.

hac jn regione crescit *asphodelus minimus* cluss. hist: app: 1. 258, quæ pulcherima certe *antherici* species.

polygonum lentifolium &c. herniariæ species est. *Sapotæ* perianthium est pentaphillum. foliol. ovatis persistentib: corol: petala quinque oblonga erecta.

Fuschsiæ [!] calix, corolla, pistillum sunt, ut jn gen: tuo 1009[2]. Daturæ &c. afinis est.

Hamelliæ flores mitto. non jn specimine sicco genus condidi at jn ipsomet flore viridi. Colitur enim hæc planta in horto regio parisiensi ut et *dayenia*, *Moneria*, de quibus nihil mihi dixisti, nec de *acoma*. *hamellia* certe loniceræ est afinis sed difert, ut videbis.

Etsi juraveris te nullum assumpturum genus, nisi videres. En aliud novum. cujus tamen specimen ad te mittere nequeo, qui [!] unicum possideo. at facillime a *jussieo* habebis. hæc enim planta a 15 annis colitur, floret et multiplicatur jn horto Regio parisino et demonstratur sub nomine sequenti: *Topiaria americana frutescens* D. *Jussieu*. Dum hanc plantam examinarem ecce quod venit amicissimus meus D. *De faugere* Botanices cultor eximius, qui cum novum characterem reperiisset, jllico *topiariæ* nomen meum jmposuit, unde,

Aymenea D. De faugere[3].

Cal . . perianthium tripartitum, parvum, persistens.

corol . . petalum unicum. tubus cylindraceus longus: limbus quinque-partitus, planus.

Stam . . filamenta quinque tubo jnserta: antheræ simplices oblongæ.

pist . . germen oblongum subrotundum. stylus longitudine corollæ jncurvus, Apice Bifidus. stigmata duo subrotunda capitata.

per: . . Bacca globosa quadrilocularis,

Sem: . . quatuor hinc subovata, hinc acuta.

Frutex est caule subrotundo leviter villoso foliis alternis, asperis jntegris ovatis. habitat jn america meridionali.

Audivimus ex *jussieo* generum tuorum Editionem novam te daturum. quod sincero animo exoptamus. scribas vellim si brevi jn lucem hoc opus prodideris. tunc certe jn unicum genus reducenda, Erythronium et gloriosa, exacum et chironia, tormentilla et potentilla, Kalmia et rhododendron, gaultheria et Dalibarda et rubus, panax et aralia &c. separanda vero ophiorhiza et mitreola, Symphoricarpos, lonicera et diervilla, cassine et maurocenia, phelipea, Lathrea et squamaria. Et forte Argusia et Tournefortia, Euphorbia et tithymaloides &c.

Remanent mihi plures observationes jn species tuas plantarum tibi communicandæ. jllud omne quod de icaco plum. et sylphio [dixi] verum est. Ergo emendandum. cæterum quidquid habeam tibi solo communicandi est animus. Modo ut ea de quibus te probe et amice monebo, tibi non displiceant. jn prima mea ergo tibi multa dicam, si loquendi potestatem concedas. Vale vir Doctissime. me semper ama, et tui cultorem devotissimum me credas.

Dabam castillione ad dordoniam 9^{bri} 24. an. 1754.

Epistolas tuas ad me dirigas:

A Monsieur Aymen De L'academie des Sciences.

A Castillon Sur Dordogne.

Utanskrift:

A Messieurs
Messieurs De La Societé Royale Des
Sciences D'upsal
A Upsal en Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 225—227.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Linnés *Gen. plant.* Ed. 2, 1742.

[3] *Aymenea* har ej upptagits i den botaniska litteraturen.

Aymenea torde vara någon art af släktet *Bourreria* P. Br. (enligt hvad Prof. C. Lindman välvilligt meddelat utg.).

70.

Viro hujus ævi facile Doctissimo
D. D. Carol. Linnæo Reg. archiat: Eq: De stel: pol: &c.
S. pl. D.
Joan. Bapt. Aymen, acad: Reg: scient.

Epistola tua[1], Vir Doctis., me gravissime ægrotantem reperiit: parum enim abfuit, quin e vivis sublatus fuerim. hodie vero vires reficiuntur et paucis ab hinc diebus primam recuperavero jntegritatem.

Si scripserim *Moneriæ* stamina calyci esse jnserta, certe calami lapsus; tubo ipsius corollæ prope angulum divisionis laciniarum jnseruntur. plantam nunc sub oculos habeo, et calycem quinquepartitum et calycem hexaphillum jn eadem planta video.

jn *gloriosa* nectarium vidi, quod est jn *erythronio*, unde jdem absolute genus.

jn horto parisino colitur *Silphium* fol: oppositis connatis amplexicaulibus. plantam multoties vidi et jpsius specimen pulcherimum servo. vidi etiam plantam minime notam sed singularem, nempe *atropam* repent: fol: ovato-oblongis, staminibus corol: fere æquantibus. hæc planta americana est, et certe visu digna. anceps hæreo, num genus constituat. jn eod. horto adsunt quoq. *mirabilis* tubo longissimo, *Rhamnus* hispanicus Buxi fol: jus:, *polemonium* tubo clavato, calicibus multoties longiore. *Barleria* solani fol: plum:, *triopteris*, *clinopodium* americ: melissæ fol: grave olentib: quæ pulcherima est planta, *cinchona*, *Buparíti* hort: malab:, Lycii species duæ peruvianæ, *Celastri* species africana, et quam plurimæ aliæ plantæ raræ et minus notæ.

Simiam caudatam barbatam cauda prehensili vere præterito examinabam. Nunc animalis descriptionem meam tunc consc[r]iptam lego. certum est quod cauda 34 pollicum longa, e terra elevet, quidquid capere optet. Sed falsum est quod jn pedibus anteriorib. digitos solum quatuor habeat. Digiti sunt quinque polex cæteris minor jntrorsum parum a cæteris remotus stat. manuum ungues sunt rotundatæ, at pedum sunt fere subulatæ.

Ustilago per preparationem seminis jn aqua calcis: *clavus* secalinus et tritici *carbunculus* per culturam antevertuntur. remanet mihi publice danda, Disertatio jam confecta de causis nigredinis ustilaginis et carbunculi; quod si libeat, societati vestræ mittam, ut si digna videatur, jn actis

vestris jnseratur. Mittam quoque postea De morbis *vitis* viniferæ plurima certe utilissima et omnino nova. Si tamen jllud fieri non possit scribas vellim ut ad academiam parisinam opusculum jllud mandem. Gratissimum certe mihi est quod jnseratur jn actis vestris caracter *Aymeneæ* cujus hic figuram habes. Jnseratur quoque si vellis *Hamellia* et jllud omne quod aut scripsi aut jmposterum scribam, et quod typo tibi dignum videbitur.

Gratum permultum mihi erit plantarum Laponicarum et generum tuorum editionis novæ donum. non ad legatum nostrum, sed ad D. D. *Bæck* deferatur cum jnscriptione ista. A Monsieur Jean Clock negotiant aux chartrons pour faire remetre a m^r^ Aymen medecin a Bordeaux et scribas vellim amico jlli tuo, ut præfecto navis suecicæ Burdigalam venientis fasciculum remittat. tunc promptius jllud omne quod ad me mittere voles habebo, et quidquid ad te mittam recipies.

Jn prima mea multa de speciebus quibusdam communicabo.

Vale vir jllustrissime. me semper ama, ut te amo et veneror.

Dabam Castillione ad Dordoniam martis 18 . 1755.

Linn. Soc., Vol. I: 231.

[1] Detta Linnés bref, af den 26 [ej 21] Dec. 1754, är f. n. okändt. Se under bref 65.

AZYR, FÉLIX VICQ D'.

Se VICQ D'AZYR.

BAILLY, JEAN SYLVAIN.

Född 1736, fransk astronom och politiker, afrättad 1793.

71.

Monsieur,

Permettez qu'un étranger rempli de respect pour votre genie et vos talens prenne la liberté de vous écrire en vous priant de l'éclaircir sur un fait important. En faisant des recherches sur l'ancienne astronomie, j'ai trouvé que les connaissances des anciens peuples de l'Asie montraient plutôt les débris d'une science détruite et presque oubliée que

les élémens d'une science commençante. J'en ai conclu qu'il y avoit eu en Asie une revolution qui avait tout bouleversé et tout changé, et qu'avant cette revolution, les sciences avaient été instituées et cultivées par un peuple antérieur aux peuples connus de l'Asie. J'ai été plus loin; différens faits m'ont porté à croire que ce peuple avait habité vers le Nord de cette partie du monde, ou dumoins sous la latitude de 49°, ou dans la grande Tartarie ou dans la Sibérie. Ces recherches et ces conclusions sont déposées dans l'histoire de l'astronomie ancienne[1] que j'ai publiée il y a deux ans et que j'ai eu l'honneur de présenter à l'Academie de Stokolm. J'ai trouvé depuis dans un livre intitulé Probe Russischer annalen de M. Schloesser, Professeur à Goettingue un fait curieux qui m'a fait grand plaisir; c'est que le bled est une plante propre à la Sibérie, une plante qui y croit d'elle même et sans y être semée; voici le passage, qui est tiré d'une de vos dissertations, Monsieur, imprimée, suivant M. Schloesser, à Upsal en 1764. Il parait que ce Professeur rapporte vos propres paroles: *Ita* Heinzelmannus *invenit in campis Baschkirorum triticum æstivum et hordeum distichum sponte crescentia. Secale cereale spontaneum Sibirienses coquunt in panem. Videtur mihi itaque posse concludi Sibiriam fuisse eam, ex qua forte omnes post diluvium exivêre mortales, et late dispersi sunt, quoniam his in regionibus, extra tropicos, primaria inveniuntur alimenta.* p. 45 et 46[2].

La conjecture que vous formez ici se concilie trop heureusement avec la mienne pour que j'aie négligé de m'appuier de votre illustre témoignage. J'ai cité le fait et la conjecture dans des lettres sur ces questions, écrites à M. de Voltaire et imprimées cette année[3]. Mais ont m'a contesté ici le fait fondamental, l'observation du bled qui croit de lui même en Sibérie. J'ai donc pris la partie de m'adresser à vous même, Monsieur, pour vous prier de me dire si vous regardez ce fait comme suffisament constaté. Votre réponse me servira de défense et votre opinion doit faire preuve en Botanique où vous avez acquis tant de reputation et de gloire. Je suis charmé de cette occasion de vous présenter mon hommage et de vous assurer du respect avec lequel je suis

Monsieur

Votre très humble et
très obéissant Serviteur
Bailly
de l'Academie Roïale des Sciences de Paris.

P. S. M. Schloesser dit dans l'endroit cité que votre dissertation imprimée en 1764 n'avait pas encore été publiée en 1768. J'ignore si elle l'a été depuis, et je ne crois pas qu'elle nous soit parvenue à Paris.

Paris le 30 Novembre 1777.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Von Linné
premier Médecin de S. M. le Roi de
Suède, Professeur de Medecine et de
Botanique dans l'Université d'Upsal,
Chevalier de l'ordre Roïal de l'étoile polaire
des Academies de Paris, de Londres, de Petersburg &c.
A Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 224—225.

[1] *Histoire de l'astronomie ancienne* (Paris 1775).

[2] August Ludwig von Schlözer (född 1735, historieskrifvare, professor i Göttingen, död 1809), *Probe Russischer Annalen* (Bremen u. Göttingen 1768). Citatet är hämtadt ur en under Linnés præsidium af Alex. de Karamyschew 1764 utgifven men ej förr än 1768 ventilerad afhandling: *Diss. acad. demonstrans necessitatem promovendæ historiæ naturalis in Rossia.* Afhandlingen är intagen i Linnés *Amoenitates*, Vol. 7, 1769, s. 438—465.

[3] *Lettres sur l'origine des sciences, et sur celle des peuples de l'Asie* (Londres & Paris 1777), s. 237—238.

BALDINGER, ERNST GOTTFRIED.

Född 1738, läkare och naturforskare, professor i Jena 1768 (senare i Göttingen 1773 och i Marburg 1783), död 1804.

72.

Generosissimo atque Perillustri Equiti
Carolo ā Linnè
Botanicorum Principi

S. D.
E. G. Baldinger, dr:
Bot. Prof. Ord.

Innotescit his litteris Tibi nouus homo et nouus Botanicæ Professor in academia Ienensi. Primo mihi demandata fuit Professio Theoriae medicae, post obitum vero KaltSchmiedii[1] nostri, et botanicam obtinui Professionem. Primus autem omnium in hac academia Tuum Systema publice doceo, quod Gottingae optimus Tuus discipulus Cel. Murray[2],

quem amicum et osculor, et Erlangae Schreberus[3] Tuus, profitentur. Sic tandem ubique in Germania floret Systema Tuum, non obstante dissensu adversariorum Tuorum, quorum contradicendi studium apud nos nemo magni facere solet. Ego primum Wolfio[4] meo erga Te pietatem et amorem instillaui, cuius inauguralem dissertationem Tibi offero, Res botanica a Singulari prorsus industria viri huius, mirifica sane incrementa sibi promittit, nam ad exemplar discipulorum Tuorum peragrare solet syluas, campum et dissitas saepe regiones. Viuit nunc Svinfurti Francorum, in qua urbe vixit olim Vir ille immortalis, qui condidit Acad. Nat. Cur.[5] Omnes eius ad me datae epistolae continent relationes de plantis rarioribus in ea regione crescentibus.

Offero et Tibi aliud opusculum[6], in quo exposui, qua ratione botanicen docere cogitem. Tuum autem nunc efflagito consilium, Teque vehementer rogo ut me iuuare velis, mihique succurrere Patrocinio Tuo et consiliis grauissimis prudentissimis. Tibi me totum deuoueo, Tibi me commendo, et a Patrocinio Tuo expecto incitamenta ad excolendam botanicam. Nil magis in praesenti mihi curae cordique est, quam horti medici incrementum. Dono dedit stirpes serenissima Dux Vinariensis, Domina mea longe clementissima[7], semina miserunt Grimmius[8], Ludwigius[9], aliique viri celeberrimi. Ab aliis non paucis largam expecto messim. Non dubito autem, Te fore erga me munificentissimum. Iuuabis profecto studii botanici in hac academia incrementum, si augeas seminibus missis stirpium et plantarum copiam. Expecto abs Te Semina plantarum, quae in Suecia crescunt inprimis, aliarumque exoticarum. Tu enim diuitiis abundas, eum in finem a Deo Tibi concessis, ut promoveas studium botanicum, quod tanta Tibi debetur [!] incrementa. Te Gentes agnoscunt doctorem, nec inuidia immortales laudes Tibi potuit denegare. Nosti diuitias florae Ienensis vel ex Ruppii[10] nostri libro. Eas vero plantas omnes siccatas bene, vel semina harum, quotquot haberi possunt, Tibi offero. Iubeas modo, quae mittere debeam. Nundinarum lipsiensium tempore commodam semper habebis occasionem, qua mecum communicabis semina et Tuas inprimis dissertationes, quas auide desidero quo illas recensere possim in Nouellis litterariis academiae nostrae, et in libro meo[11], cui titulus Auszüge aus den neuesten med. & phys. Dissertationen id est: Excerpta ex dissertationibus nuper editis, physici ac medici argumenti. Ego quoque continuare cepi Boerneri librum de vitis medicorum et physicorum, nostra aetate clarorum. Pars tertia nunc exaratur[12]. Si hos meos libellos nondum vidisti, lubentissime Tecum communicabo. Vale diu Vir Generosissime et Perillustris

in rei publicae commoda natus, et botanicam sicut hactenus praeclare fecisti, magis magisque perfice, meque, si mereor, ama. Nemo me magis Te magni facere potest unquam, quod credas mihi exopto unice. Scripsi Ienae d. XXIX. Sept. 1770.

Linn. Soc., Vol. I: 288—289.

[1] Karl Friedrich Kaltschmid, se Afd. I: D. 5, s. 309, not 1.

[2] Johan Andreas Murray, se Afd. I: D. 2, s. 322, not 1.

[3] Johann Christian Daniel Schreber, se Afd. I: D. 1, s. 81, not 2.

[4] J. P. Wolff utgaf under Baldingers præsidium en *Dissertatio de filicum seminibus* (Jenae 1770).

[5] Academia naturæ curiosorum (senare: Sacri Romani imperii Academia Cæsareo-Leopoldina naturæ curiosorum eller Kais. Leopoldinisch-Carolinische deutsche Akademie der Naturforscher) stiftades 1652 i Schweinfurth på initiativ af stadsfysikus därstädes Johann Lorenz Bausch (född 1605, död 1665).

[6] *Ueber das Studium der Botanik und die Erlernung derselben* (Jena 1770).

[7] Änkehertiginnan Anna Amalia af Sachsen-Weimar, född 1739, död 1807, förde regeringen under sin sons minderårighet 1758—1775.

[8] Johann Friedrich Karl Grimm, född 1737, läkare i Gotha, död 1821.

[9] Christian Gottlieb Ludwig, se Afd. I: D. 3, s. 62, not 2.

[10] Heinrich Bernhard Ruppius, född 1688, död 1719, utgaf *Flora Jenensis* (Francof. et Lips 1718. — Nya tillökade uppl. 1726 och 1745).

[11] Baldinger utgaf *Auszüge aus den neuesten Dissertationen über die Naturlehre, Arzneiwissenschaft, und alle Theile derselben* (Berl. u. Stralsund 1769—73).

[12] Friedrich Boerner, se Afd. I: D. 3, s. 101, not 7. Baldingers fortsättning bär titeln *Biographie jetztlebender Aerzte und Naturforscher* och utkom i ett bd eller 4 Stücke i Jena 1768—71.

73.

— — — — — — — — — — — — — — —

Acutissimum Doct. *Wolfium* plurimum salutes oro rogoque. Legi eius diss. de filicum seminibus multo cum oblectamento. Quod pulvis iste in aversa filicum pagina sit masculinus, non est, quod dubitemus. Cycas est Filicis species, non Palmæ. Vidi eius fructificationem omnium evidentissimam, ut dubium ulterius non sit de pulvere. Flores femineos gerit in distincto individuo. Doct. *Wolfius* vidisse se semina assert in struthiopteride, nec dubito, quin vera sint et genuina semina; incites acutissimum Virum, ut ulterius inquirat in pistilla. Fructus filicum debet constare solo corculo

absque cotyledonibus. Suadeas illi etiam, in Lycopodio Selaginoide attente inquirere stylos in eius fructu tricocco, antequam adoleverit. In ea specie habemus et flores masculos et fructum in Monoecia. Si hoc utique Lycop. Selago erit fructificatione valde affinis, cum natura non facit saltus. Quomodo se habeat fructificatio in Cycade, videbis ex altera Mantissa mea, quæ propediem prelum subibit. Videtur D. *Wolfium* dubitare, num Equisetum, Marsilea, Pilularia, Isoëtes ad filices spectent. Pilularia gerit folia erumpentia convoluta et in dorso pulverulenta ut filices (vid. Jussieu Act. Paris.). Equisetum? expandentur spicæ squamæ et habebis Pterin; pollen salit ut in filicibus. Isoëtes affinis nimis pilulariæ.

— — — — — — — — — — — — — — —

Utdrag af bref, dat. 17 dec. 1770, tryckt i *Jenaische Zeitungen von gelehrten Sachen auf das Jahr 1771*, s. 56. Originalet är f. n. okändt

74.

Perillustri Equiti et Archiatro
a Linné

S. D.
E. G. Baldinger.

Immortales Tibi persoluo, Vir Perillustris, gratias, pro insigni Tuo in me fauore, quem grato animo agnosco. Semina quae desideras a me plantarum agri Jenensis habeto nundinis auctumnalibus lipsiensibus, nam colligenda sunt semina plantarum, quae sponte apud nos crescunt, nec in hortis coluntur. Hortus academiæ nostræ nunc superbit rarissimis plantis, quarum copia est insignis. Communicarunt enim mecum Munchhusius[1], Gleditschius[2], Murray, du Roi[3], Vogelius Prof. Altorfinus[4] Iunghans, Bot. Demonstr. Halens.[5]; Spielmannus Argentorato[6], Prof. Grimmius, Wolfius meus, aliique ingentem copiam seminum. Proxime foras dabo Catalogum Plantarum horti nostri[7], quem Tecum eadem occasione nundinarum unacum seminibus communicabo. Sed illa inprimis munificentia serenissimi principis de Anhalt-Dessau laudes meretur, qua arborum Americae septentrionalis plantas iuniores horto meo dono misit.

Peto igitur tanta benevolentia tantorum Virorum audax factus, quos inter et eminet Kölreuterus[8], ut et Tu Vir Perillustris munificentissime uelis mecum [!] semina plantarum Sueciæ, et exoticarum quoque, quibus

abundat hortus Tuus. Recensui optimam illam diss. de Erica[9] in nouellis nostris, et vellem ut mecum in posterum velles communicare omnes diss. abs Te editas, qua [!] ibidem recensere possim. Sero nimis enim per Gottingenses apud nos innotescunt ea scripta, quibus auges Tu Vir Perillustris rem botanicam et omnem historiam naturalem. Recensebo haec quoque scripta in libro meo, cui titulus: Auszüge aus den neuesten Diss. zur Artzneiwissenschaft und Naturlehre, etc. h. e. excerpta e diss. physici et medici argumenti nuper editis, in quo libro et Parisinas, et Leidenses et aliarum academiarum omnium, dissertationes recensere solitus.

Desunt mihi quoque, quas desidero *Aurivillii* et aliorum dissertationes, et quas in Schedula adiacente consignavi[10] — forte et has communicabis mecum. Prodierunt nuperrime.

1 Versuch einer Nomenclatur zur Uebersetzung der linneischen Gener. plantar. Erfurti etc.[11]

2 Einleitung in die Pflanzenkenntnis. Est potissimum versio: Philosophiae botanicae.

3 Necker[12] scripsit historiam muscorum, librum quem nondum vidi, et quem quotidie expecto. Wolfius meus Swinfurti pergit adhuc eadem industria in cryptogamia investiganda. Communicabimus in posterum Tecum inuenta nostra. Tibi de meliori me commendo, et omnem felicitatem Tibi apprecor. Scripsi Ienae d. XXVIII April 1770 [!].

Linn. Soc., Vol. I: 286–287. Måste vara skrifvet 1771.

[1] Otto von Münchhausen, se Afd. I: D. 2, s. 290, not 4.

[2] Johann Gottlieb Gleditsch, se Afd. I: D. 2, s. 96, not 6.

[3] Johann Philipp du Roi, född 1741, tysk läkare och botanist, död 1785.

[4] Rudolph Augustin Vogel, se Afd. I: D. 4, s. 311, not 2.

[5] Philipp Kaspar Junghans, född 1738, professor i botanik vid universitetet i Halle, död 1797.

[6] Jakob Reinhold Spielmann, se Afd. I: D. 3, s. 252, not 9.

[7] Baldingers *Index plantarum horti et agri Jenensis* utkom först 1773.

[8] Joseph Gottlieb Kölreuter, se Afd. I: D. 3, s. 252, not 7.

[9] Dissertationen *De Erica* utkom i dec. 1770.

[10] Samuel Aurivillius, se Afd. I: D. 3. s. 97. Anförda »schedula» medtages ej här.

[11] Utgafs af J. J. Planer.

[12] Noel Joseph von Necker, se Afd. I: D. 3, s. 261, not 8. Hans *Methodus muscorum* utkom i Mannheim 1771.

BALFOUR, JOHN, & Co.

Bokhandelsfirma i Edinburg.

I bref, dateradt Edinburg den 5 Juli 1762 (Linn. Soc., Vol. I: 291—292) anhåller firman om Linnés bemedling för öfversändandet af åtskilliga af hans arbeten till Edinburg. »The study of botany», skrifver John Balfour, »has become very general in this city, and your books in great reputation, being much recommended by our new Professor Dr John Hope. We have often found difficulty in getting them from Holland».

Då denna skrivelse icke tycks hafva haft åsyftadt resultat, förnyar Balfour sin begäran i bref af den 15 Jan. 1763 (Linn. Soc., Vol. I: 293—294).

BALTIMORE, FREDERICK CALVERT, lord.

Den sjunde (och siste) lord Baltimore föddes 1731 och dog i Neapel den 14 Sept. 1771. Han ägde ofantliga domäner, bland annat hela provinsen Maryland i Amerika. Rikedomen motsvarades dock ej af framstående själsegenskaper. Han ansågs allmänt som klent begåfvad, och hans sedliga vandel var föremål för mycket och berättigadt tadel. Många år tillbrakte han på resor och utgaf beskrifningar häröfver, hvilka dock ej uppskattades mycket af hans samtida. Af Royal Society i London var han medlem, men det berodde väl mera på något hans mecenatskap än på vetenskapliga förtjänster. Att han hade intresse för naturvetenskapen är nog troligt (det var ju mycket modernt den tiden), och det var väl därför han under sin sista stora resa, som anträddes 1769, äfven besökte Upsala för att höra och se den berömde Linné. Denne höll för Baltimore »en hel förmiddagslection» ute på sitt Hammarby, för hvilket besvär Linné blef frikostigt belönad, såsom synes af det följande.

Besöket gaf uppslag till en flitig brefväxling, som dock ej äger någon betydelse i vetenskapligt hänseende. Brefven, från bägge hållen fulla af öfverdrifvet smicker, väcka ofta vår leda, och man har äfven anklagat Linné för bristande omdöme, då han kunnat uttrycka sig så berömmande om den ädle lordens klena författarskap. Möjligen har Baltimores storartade frikostighet kunnat influera på Linnés omdöme. Dock kan man bakom de svassande uttrycken skönja, att de bägge männen för hvarandra hyst en värklig tillgifvenhet och beundran.

Baltimores bref och poetiska bilagor på mycket dålig latin finnas i Linnean Society i London; originalen till Linnés bref äro ej kända. Brefväxlingen t. o. m. 12 Mars 1770 finns tryckt i den af Baltimore till Linnés ära utgifna *Gaudia poetica* 1770 (hvarom mera längre fram). Baltimores eget första utkast till *Gaudia poetica* äges af Stadsbiblioteket i Lindau im Bodensee, hvilket benäget utlånat det till Upsala hösten 1913.

Baltimores bref ha varit underkastade en betydande språklig revision i Lindauhandskriften och än mer i *Gaudia*, i hvilken senare samling äfven Linnés bref varit föremål för retuschering. Vid återgifvandet af Linnés bref har utgifvaren ansett sig böra i allmänhet följa handskriften, som utan tvifvel torde närmast öfverensstämma med originalen. Af Baltimores bref har endast det första medtagits i sin helhet. Detta bref liksom brefven från Linné har efter texten i *Gaudia* aftryckts (med bifogad engelsk öfversättning) af C. Este i hans *A journey in the year 1793, through Flanders, Brabant, and Germany, to Switzerland* (Lond. 1795).

75.

Vir Sapientissime.

Si omnes sicut ego cogitarent, non solummodo capsolas aureas, sed maximos honores et emolumenta pro te darent. Felix qui te audit, et est ter felix patria, qui te possidet. Res abditas quas ex timore cæci malignitatis humani non scripsisti plus certe valeat quam thesauros scientiarum vestros quos summa consideratine perlegero et te inter celeberrimos Philosophos in æthere Locabo.

F. Baltimore.

Holmiæ a 17mo Junii 1769[1].

Linn. Soc., Vol. I: 299—300, här ordagrannt återgifvet. Tryckt i *Gaudia*, s. xxxv. Jämte engelsk öfvers. äfven i Este, s. 353—354.

[1] I *Gaudia poetica*: »Die 16 Junii».

76.

Illustrissimo Comiti de Baltimore
S. D.
Car. Linné.

Uti in te, Illustrissime D^{ne} Comes, præsente[1] miratus sum, summam sapientiam posse nasci in viro opulento, ita et nunc magnanimitatem Tuam: dum projicis aurea dona[2] vilissimis homuncionibus, qualis ego sum. Mehercle cana prius gelido desint absynthia ponto quam Tui immemor vivam. Incede viam Tibi soli perviam, dum ego legam tuum suave manuum opus[3].

Upsaliæ Junii die 18. 1769.

Tryckt i *Gaudia*, p. xxxv, samt i Este, s. 354—355.

[1] Af detta och föregående bref framgår, att Baltimores besök måste ha ägt rum redan i Juni 1769. Det är således ett minnesfel af Linné, då han i »*Egenhändiga anteckningar*», s. 63, säger under 1769: »Mense Augusti får Linné besök af Fridr. Calvert lord Baltimore och Possessor af Maryland, för hwilken han håller en hel förmiddagslection». Redan i Juli befann sig Baltimore i St. Petersburg.

[2] »Aurea dona» (och »capsolæ aureæ» i bref 75) torde ha afseende på den guldsnusdosa, som Baltimore skänkte Linné. Äfven här torde Linné ha misstagit sig om tiden. I *Egenhändiga anteckningar* säges under 1770: »I Julio fick han ifrån Mylord Baltimore en makalös gulddosa af 100 Ducater och en präktig Necessaire om 6 marker Silfwer, mästerligt utarbetad och förgyld, af 12,000 Dalers värde». Silfverpjäsen kom dock först 1770. Se härom i det följande sid. 148. Gulddosan finnes nu i Statens historiska museum i Stockholm, dit den jämte en mängd andra Linneana såldes 1863 af en Linnéättling. ingeniör C. M. Ridderbjelke, för 10,000 kronor. I K. Vitterhets, Historie och Antikvitets Akademiens inventarium under nr 3092: 10 beskrifves dosan, som är förfärdigad af J. Roettier i Paris år 1766, på följande sätt: »En oval snusdosa af guld och ornamenter i grön emalj samt miniatyrmålningar, på locket Amor sittande bland rosenbuskar och träd, på botten en urna omlindad af rosor. Väger 34 ort, 80 korn. Skänkt af Lord Baltimore till Linné. 50[!]dukaters vigt».

[3] Afser början af de poetiska reseskildringar, hvarmed Baltimore uppvaktade Linné, och hvilka efter grundlig omarbetning trycktes i *Gaudia poetica*.

Baltimores nästa bref är dateradt St. Petersburg die sexesimo [! i *Gaudia* 18] Julii 1769 (Linn. Soc. Vol. I: 301—302; tryckt i *Gaudia*, s. xxxvi). Han tackar här för Linnés bref och bifogar nya »versiculos».

77.

Illustrissimo Comiti Baltimore

S. pl. d.
Car. a Linné.

Quod tam cito attigisti oras Ruthenicas, Tibi illustr: Comes animitus gratulor; quod vero mei homuncionis non oblitus es, mihi pleno gaudio gratulor.

Pro continuatione carminum Tuorum de itineris progressu grates reddo devotissimas. Video, quam tu non sis factus sed natus Poëta. Dum Virgilius describit *Μετεμψύχοσιν* seu animarum transmigrationem, de se dicit: olim Achilles eram. Sic Tu dicere possis: olim Virgilius eram. Audivi multa de Imperatricis magni-

ficentia; nullus tamen Eam magis Te vivide delineavit. Legi jam bis opus Tuum de itinere orientali, idque summo cum oblectamento. polles ea Sapientia, qua potes paucis verbis magis vivide delineare argumentum, quam alii diffusissimo sermone. Sequor Te votis meis, Teque tanquam coram me sistam, quoties intueor donum Tuum, pretiosissimum omnium, quod ab ullo in vita accepi . Sint Tibi fata prospera.

Upsaliæ; 1769. 15. Augusti:

Tryckt i *Gaudia*, s. xxxvi—xxxvii samt i Este, s. 355—356.

Baltimores svar är dateradt Dresden den 20 Okt. 1769 (Linn. Soc., Vol. I: 303—304; tryckt i *Gaudia*, s. xxxvii—xxxviii). Han reserverar sig något mot Linnés öfverdrifna smicker. Så skrifver han bl. a. »Poeta sum per accidens non per me. Poesin solum per elegantiam et ad prosam bene scribendam studui. Virgilium minime me existimo . . . Non me *Σοφόν* seu *φιλόσοφον* vocabis». Han bifogar dessutom »præparatum opusculum» (d. v. s. de poetiska reseskildringarna), som han till evigt minne af sin tillgifvenhet för Linné vill tillägna honom.

78.

Viro Immortali
Comiti a Baltimore

S. pl. d.
Car. Linné.

Accepi aureos tuos Versiculos, Illustr: D^ne^ Comes, quibus iter tuum Dresdam usque descripsisti; nec pulchrius legi umquam. Selecta enim verba ita exprimunt purissimos sensus, ac si oleo inuncta essent. lector horum tamquam per passus Te sequitur toto itinere, ita vivis coloribus depingis peragratas regiones.

Faxit Deus, ut feliciter absolvas, quæ restant itineris, dum me participem reddere non dedigneris fatorum Tuorum, scias nullum Te puriore, et majore affectu prosecuturum, nullum puriore gratitudine Te culturum, nullum e tuis litteris majorem voluptatem umquam obtenturum. in Te enim prisca virtus radiat. Tu in summa felicitate non fuco, non auro externe splendes, sed summa sapientia interna fulges. Te sapientiorem certe vidi neminem. Aurea Tua carmina legi et relegi millies; quod me his exhilarare voluisti,

grates reddo, et reddam, dum vixero, summas. Mihi summa gloria erit, numerari inter Tuos cultores vel infimum.

Deus te servet incolumem.

Upsaliæ 1769. Novemb: 13.

Tryckt i *Gaudia*, s. xxxviii—xxxix samt i Este, s. 356—358.

Baltimores nästa bref, som är dateradt Augsburg den 6 Jan. 1770 (Linn. Soc., Vol. I: 305—306; tryckt i *Gaudia*, s. xxxix—xl), inledes af följande tirad: »Nomen Linnæi sicut sol semper exhilarat meum microcosmum». Han har nu författat dedikationen till det förut omtalade arbetet, som han mycket tillökat, och hvilket medsändes med bön, att Linné ville läsa det än en gång. Det skall utkomma med text på latin (»pro Te et doctis»), på engelska (»pro patria») och franska (»pro cæteris»). Linnés kostnader för lösen af så tunga postförsändelser skall han »aliquo modo» söka ersätta.

Baltimore skrifver åter den 25 Jan. 1770 från Augsburg (Linn. Soc., Vol. I: 311—312) och sänder några rättelser till sina Carmina jämte några nya prof på sin diktkonst. Om det så behagar Linné, skall han skaffa in honom i Royal Society, London. Baltimore var nämligen sedan 1767 medlem af detta berömda sällskap och hade troligen mycket att säga där för sina rikedomars skull. Han visste emellertid icke, att Linné redan 1753 hade blifvit invald där.

79.

Illustrissimo Generosissimoque Comiti
My Lord Baltimore

S. pl. d.
Car. a Linné.

Accepi tuas, Vir Sapientissime, d. 6 januarii Augustæ datas, cum iis inclusis divinis Carminibus. Nescio, utrum in his idæarum puritas, aut etiam verborum pictura præponderet, ubi ambæ sacratissimo connubio ita junctæ sunt, ut simile non viderim. Quod autem mihi inscribere velis immortale opus, non capio; vereor magis, quod meo rudi nomine commaculas nitidissima Tua Carmina. novit nemo me melius debilitatem ingenii propriam et *παραράματα* mea heu nimis multa: nisi eo velis umbram addere picturæ, ut purior exsurgat, tanquam pulcherrima Venus fuliginoso Vulcano nupta etiam num formosior evadit; vel etiam cum fata Tibi soli et concessere opes satis et simul sapientiam summam, ut non opus ha-

beas flectere genua Regibus; Deos imitaris, qui, cum non habean pares, beneficia sua conjiciunt in infimos homunciones.

nunc vero, video placuisse Tibi, mihi inscribere immortale opus, id effecisti, ut anxia semper mente colam Sapientiam in te summam.

dabam Upsaliæ 1770.
6 februarii

Tryckt i *Gaudia*, s. xl—xli samt i Este, s. 358—359.

80.

Illustrissimo Comiti
Mylord Baltimore

S.
Car. Linne.

Hodie iterum habui honorem Sapientissimi Comitis d. 25. Januarii scriptas accipere; ad mores devotissimum meum responsum dedi ante aliquos dies. Quotidie lego et relego Tua divina Carmina et quotidie magis magisque intelligo profundissimam Tuam sapientiam. Te non tangat malitia humana; novisti homines esse natura malos, sola cultura et sapientia evadere bonos. lætare, quod habeas invidiam, et rideas: miser natus est, qui caret invidia. quo major felicitas, eo major invidia. Tu longe supra invidiam positus es; Te non attingat. profecto, si essem in Tua felicitate, ut Tu, viverem. quæ major felicitas, quam posse vivere, ubicumque placeat, videre orbem et gentes, habere, ut nihil deficiat, omnia? Pro honore, quo me velles cumulare, grates reddo devotissimas. novum hoc esset documentum favoris Tui in me: sed dudum receptus fui non tantum in Societate Regia Londinensi, sed et in Anglicana quæ oeconomica curat, et Edinburgensi etiam; sum enim membrum Societatis Londinensis, Anglicanæ, Edinburgensis, Parisinæ, Monspeliensis, Tolosanæ, Florentinæ, Bernensis, Cellensis, Berolinensis, Petropolitanæ, Holmiensis, Upsaliensis, Natur. curiosor., Nidrosiensis adeoque plurium, quam quibus possum satisfacere.

Tu ne cede malis, Te noverit ultimus ister, Te boreas gelidus. Te feliciorem novi neminem, modo ipse scias; quid levius homine

verba metuente. Luna properat suum cursum, nec latratus canum curat. Tibi plura Dii concessere, o! ter quaterque felix! bona si Tua nôris.

dabam Upsaliæ 1770. d. 16. februarii.

Tryckt i *Gaudia*, s. xliii—xliv samt i Este, s. 359—361.

Detta är det sista brefvet från Linné till Baltimore, som är kändt.

För de öfriga brefven från Baltimore skall nu i korthet redogöras.

I brefvet från Augsburg den 8 Mars 1770 (Linn. Soc., Vol. I: 313—314; tryckt i *Gaudia*, s. xli—xlii) tackar Baltimore för Linnés bref af den 6 Febr. Han skickar sitt »opus tandem correctum et impressum». Det utgör den första eller lilla upplagan af *Gaudia poetica*, där brefväxlingen ej är intagen, och har följande titel: *Gaudia poetica. Composed in Latin, English and French in the year 1769.* Tryckort och tryckår saknas. Innehåller lxviii sidor och 3 planscher. Boken torde vara mycket sällsynt. Baltimore bebådar också en annan, finare upplaga, som ännu icke kommit »ex manibus artificum. Hoc opus pro te præcipue factum, non scripsi solum sed etiam adornavi». Denna lyxupplaga, som lär vara tryckt i blott 10 ex., bär titeln: *Gaudia Poetica. Latina, Anglica, et Gallica Lingua composita. Aº 1769. Augustae Litteris Späthianis MDCCLXX.* Den är ett helt annat tryck än den föregående, är mycket praktfullt utstyrd och försedd med en mängd kopparstick. Intet ex. finns i Sveriges offentliga bibliotek. I London finnas tre i British Museum och ett i Linnean Society.

Baltimores bref, Augsburg den 12 Mars 1770 (Linn. Soc., Vol. I: 315—316; tryckt i *Gaudia*, s. xliv—xlvi).

Han skickar nu Linné ett exemplar af lyxupplagan, och hoppas, att han inom några veckor skall kunna sända ett ex. till Upsala Universitetsbibliotek. Då utgifvaren i Maj 1914 granskade British Museums exemplar, befanns ett af dem, bundet i praktband, vara försedt med följande permdedikation: »Perillustri ac Splendidissimæ Universitati Upsaliensi hunc libellum consecravit Fr. de Baltimore». Där ha vi således Upsala-exemplaret, som kommit till British Museum med Thomas Grenville's (f. 1755, d. 1846) bibliotek. Hur det kommit dit, vet utg. f. n. ej.

Vi sågo sid. 146, att Baltimore lofvade ersätta Linné för hans portokostnader. Han säger nu i detta bref: «Misi pro te Donum Imperiale Augsburgicum, tale enim Cæsari præsentabunt quando ad hanc urbem pervenit, cum sorore, mense proximo». Han skall skicka presenten via Hamburg till Kommerserådet R. Finlay i Stockholm. Det är utan tvifvel den silfvernecessaire, om hvilken Linné talar i sina *Egenhändiga anteckningar* och hvilken Finlay hade stort besvär att få tullfritt införd till Stockholm. I bref till Bäck den 16 Aug. 1770 säger Linné: »Silfweret kom richtigt och war prächtigt med sexfald förgyllning. Det war en heders skänk» (Afd. I: D. 5, s. 174).

Hvar silfverpjäsen nu finnes, är obekant.

Baltimores bref, Augsburg den 18 Mars 1770 (Linn. Soc., Vol. I: 317). Han skickar ytterligare några »Carmina».

Bref »ex Italia», den 10 Mars 1771. Han erkänner mottagandet af Linnés bref från Nov. föregående år, där denne troligen tackat för presenten och utbedt sig att få dedicera sitt under tryckning varande arbete till Baltimore. Det är Linnés *Mantissa plantarum altera*, som utkom i Stockholm 1771 och inledes af följande dedikation:

81.

Illustrissimo generosissimo
D:no Fridr. Calvert
Baroni de Baltimore
Domini in tota Marilandia.

Car. a Linné.

Dum in Itinere Tuo Septentrionali Museum meum prætervolitabas, TE per horulæ momentum vidi, nec sapientiorem quidem quendam.

Affectum Tuum in me, tot, utinam meritis, encomiis declarasti, ut majorem nullus.

Dono insuper me beasti, tam liberali et divite, ut de proprio non alius majore.

Utinam tot beneficiis provocatus vices reddere possem; cum vero nequeam, hæc sempiternam meam declarabit venerationem.

Baltimores bref från Venedig den 15 Maj 1771. Han motser med längtan Linnés arbete. Själf skall han snarast sända Linné sin nya poesisamling *Coelestes et inferi*, som nu tryckes i Venedig.

I sista brefvet, dat. Venedig den 6 Juni 1771, meddelar han, att *Coelestes et inferi*, både kvart- och oktavupplagan, blifvit skickade till Linné. Af *Gaudia poetica* tänker han utgifva en ny upplaga i Italien. Han beder Linné att sända honom «Scholion de morbis &c. &c., idem quod præparasti et mihi dedisti in isto die amoenissimo quando vidi Upsaliæ». Linnés bok har han ännu icke mottagit.

Baltimore dog den 14 Sept., och någon ny upplaga af *Gaudia poetica* torde han icke ha hunnit med. Linnés *Mantissa* fick han nog ej se, ty den kom ej ut förrän tidigast den 1 Sept., då företalet är dateradt, och kan väl icke ha nått Italien före Baltimores död.

BANKS, Sir JOSEPH.

Engelsk naturforskare och mecenat, född 1743, död 1820. Han var president i Royal Society från 1778 till sin död. 1768—1771 deltog han jämte Daniel Solander och andra i Cooks världsomsegling ombord på The Endeavour.

82.

Vir Illustrissime!

Ne ægre feras, qvod, in litteris Tuis[1] respondendis, longam sane interposui moram; neque mihi crede voluntas defuit, nec scribendi materia, sed pudori erat, litteras antea transmittere, qvam occasionem sors offerret observationes aliquot iisdem addere novas, ut Te, Vir Illustrissime, certiorem facerem, memet tempus potissimum consumsisse in rimandis naturæ secretis, ejusque adytis penetrandis.

Postquam in eo per tempus versatus fuerim, ut nostratum satisfacerem curiositati, jam aliud et quidem majoris momenti me avocat negotium, pro nova scilicet peregrinatione necessaria quævis parandi, qvod ut eo melius perficerem, plurima amicitiæ officia, proh dolor! necessaria negligere cogebar, qvod cum ita est, in meliorem interpreteris qvæso, me, specimina quæ Tibi Vir illustrissime diu reservata fuere nec transmittere posse, neque quæ solidissimam Doctoris Solandri testantur eruditionem, ob angustiam qva premor temporis prius publici facturum juris, qvam, cum proprios iterum lares salutare mihi contigerit, dum spero fore, ut ampla mihi detur ansa & promissum persolvendi & exspectationi Tuæ, Vir Illustrissime, ex voto faciendi satis.

Brevi amicis valedicens Angliam relinqvo; quatuor quidem iisque peritissimis comitatus pictoribus, certe mihi persvadeo, ut omnia, quæ scientiam naturalem respiciunt, quoad fieri potest, adcurate delineata & omnibus numeris expleta reportem, nec omni destituor spe, ad ignotas adpellendi oras, dum quoque opportune erit polum antarcticum eminus saltem contemplandi.

Veneratione & pietate Temet Vir Illustrissime sane prosequor singulari, qvem dignum scientiæ parentem nullo non tempore agnoscam. Ad metam interea, qvam mihi proposui contendens, ex intimo pectore opto,

illucescat ille dies, cum coram ipse Tibi deferam laborum & lucubrationum primitias, qvæ, Tibi Vir Illustrissime, ob maxima, qvibus in Scientiis & præcipue naturali alteris antecellis merita, jure dicandæ, sic vovet permansurus qvoad vixero

Illustrissimi Nominis Tui

cultor observantissimus
Jos. Banks.

Dabam Lond. Anglor.
Die XXVI: Maji MDCCLXXII.

Linn. Soc., Vol. I: 324—325. Blott underskriften egenhändig; det öfriga torde vara af Solanders hand.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

83.

Vir Illustrissime!

Ante hoc quidem tempus ex publicis rerum novarum scriptis Te crederem eruditum, quod eo usque mihi obsteterit sors, ut peregrinationem ad Antarctica hac æstate inire plane nequeam, cujus quidem ratio mihi adhuc latet, sed quantum conjicere liceat, anfractuoso adscribendum est influxui sic dicto ministeriali, qvorum arbitrio judicioque civis existens privatus adsentire & obtemperare duxi consultissimum[1].

Verum enimvero, ut, per omnem vitam, studium cui a teneris usque addictus fui, ea qua par est prosequar alacritate & constantia, in animum jamjam induxi brevi tempore ad Islandiam adpellere, comitantibus Celeberrimo Solandro, aliisque egregiæ indolis juvenibus, quorum omnium doctrina & peritia haud parum mihi promittit utilitatis & emolumenti.

Male siquidem stantibus rebus, nondum omnem amisi spem arduam quidem sed desideratam iter proximo (si numini placeat) anno ingrediendi, qvod eo facilius perficiendum puto, quanto certius proposito meo favet Societas Mercatorum Ost-Indica, quibus nec voluntas, neque necessaria desunt media.

Circa finem Octobris Angliam repetens, electionem (si fata impediverint propositam profectionem) faciam speciminum ex orbe ignoto depromtorum, dotum instar, quæ Tibi Vir Illustrissime muneri transmittenda ob immortale in Scientia naturali meritum præ nobis, qui nunquam non Te summe colendum æstimaturi erimus parentem, unico illo contenti præmio

ut scilicet assidui habeamur Discipuli Tibique non indigni asseclæ, quod semper voto demereri studebo, permansurus

Celeberrimi Nominis Tui

cultor observantissimus
Jos. Banks.

Londino Ang. die VIII Julii MDCCLXXII.

Linn. Soc., Vol. I: 326—327. Blott underskriften egenhändig.

[1] Banks hade rustat sig för att deltaga äfven i Cooks resa med The Resolution, men då han icke ombord kunde för sig och sin stora stab erhålla önskadt utrymme, afstod han från sin plan. I stället företog han jämte sina följeslagare och Dr Solander en resa till Island på sommaren 1772.

BARNADES, MIGUEL.

Spansk läkare och naturforskare, lifmedikus hos konung Carl III, död 1771. Genom D. Hallman, som vistades i Madrid 1756, kom Barnades att inleda brefväxling med Linné. Se brefven från Hallman, Afd. I: D. 6, Nr 1460—1465. Barnades hade äfven varit god vän till Loefling.

84.

Eruditissimo ac Nobilissimo Viro
Dn. Dr. Carolo Linnæo

S. P. D.
Michael Barnades Med. Dr.

Audaciæ plane accusanda videretur nimia animi mei confidentia, qua a gravibus ad frivola Te avocans, Vir celeberrime, obsequiosas hasce litteras Tibi dicare aggredior, nisi illum juvaret, ne dicam alliceret, quæ tua est humanitas et eximia virtus, qua benigne admittere soles, sæpe etiam avide recipere quæcumque ad Rem Naturalem, maxime Herbariam spectant, etiam leviora. Triennium excurrit a Löflingii Auditoris tui meique Institutoris recessu, quo te salutandi cupidus nulla non tentavi ad viam detegendam qua nonnulla tibi exponere liceret, quorum enodatione magnas dedisses suppetias ad Floræ nostræ penetralia subeunda. Verum abfuit semper opportunitas, eo usque, quo comitate humanissimi Dni Danielis Hallman procurata est Mihi semita tamdium exoptata.

Hacce jgitur jucundissime Fruens, id unum inpresentiarum ago, paucula scilicet tibi transmitto plantarum semina, quæ pro anni tempestate et oneris mihi impositi ratione in vicinijs offendere licuit quarum nomina ad fasciculorum frontem numeris notata, in litteræ dorso, explicata invenies[1], ut pro singularum exigentia terræ semina committere jubeas et ex voto germinare videas. Quod si hæc et meum qualecumque commercium tibi arrisisse noverim, de vberiori seminum copia colligenda ero sollicitus, nec verebor proximis litteris dubia revelare nonnulla circa bina plantarum genera, ni fallor nova, variasque species de quarum receptis generibus dubius hæreo. Harum aliquot ex industria semina mitto, quorum proventu, si votis responderit, de charactere tutum feras judicium. Ex horum numero sunt quæ rubricata vides *4* et *23* et *7*.

Vale interim, Vir Laudatissime, Meque tibi credas obstrictum obsequioso benevolentiæ vinculo, et tui nominis Cultorem devotissimum.

Dabam Bicalvari in vicinijs Matritentibus Augusti 14 Anni 1756.

Utanskrift:

D^mo D^ri Carolo Linnæo
Sveciæ Regis Archiatro;
Med. et Botan. Profess. &c.
Upsaliæ.

Linn. Soc., Vol. I: 332—333.

[1] Denna växtförteckning medtages ej här.

85.

Viro Sapientissimo et Nobilissimo
D. D. Carolo Linnæo Archiatro meritissimo
S. P. D.
Mich. Barnades.

Vix acceperam humanissimam tuam Epistolam[1], de qua obtinenda, vltra annuum spatium sollicitus, fere desperaveram; cum protinus animo conceperam debitum gratitudinis et Vrbanitatis persolvere novis Litteris, eisque adjuncta eorum ratione quæ a me siscitari dignabaris. Sed heu! tanta et tam subita rerum mearum facta est Catastrophe, vt quo me verterem, nescirem prorsus, cum ageretur de re non leviori quam cessatione a Regio munere quod obibam et cujus ope vitam talem agebam quali ad Botanices studium et praxim egebam. Brevi post varios casus et post multa discrimina rerum, Matritum veni, Prolem transtuli, novum

vitæ Genus subij, et Medicam praxim invitus suscepi, ne omnia mea in pejus ruerent. Jam vero per D. O. M. Providentiam a gravioribus curis amodo sublevatus, occasionem tibi rescribendi lubentissime excipio, quam Exc^ma^ et Gratiosissima Domina Comitissa de Sparrhe[2] a nobis invitis discedens, benignitate qua solet, obtulit. Duo itaque potissimum nunc adimplere mihi propono, ipsamet, quæ olim intendi, exequi tamen nequivi. Primum Matritensis Cæli solique merita in Floram candide innuere, alterum de Avibus quarum notitiam a me sperabas, mentem meam vel aliorum Aviariæ Rei peritorum patefacere.

Nemo inficias ibit Clima hoc Matritense in Meditullio calidæ Hispaniæ situm blandius et mitius esse vestræ gelidæ Sueciæ, adeoque ejus solum Cereri et Floræ gratius adesse. Ne ideo tamen putes quemque Rei Herbariæ studiosum satis beatum (qualem me predicas), eo quod Clima hoc inhabitet, nisi enim quis bihorium ab Vrbe recedat; nil offendit præter arenosos campos, cretaceos Colles et arida Gypseta, ubi locorum paucissime sane germinant stirpes, eæque Oculos vix ferientes, multo minus oblectantes, Mei potissimum, qui in Ceritania (celsiori Cataloniæ tractu Pyrenæis obvallato) natus et adultus, vberrimas segetes, amænissima prata, Convalles, Pascua, Montes, Sylvas, Stagna et juga frequentare solitus, plantas pulcherrimas vbivis conspiciebam, quarum non paucas D. D. Sauvagesio, Præceptori meo semper colendo, quamdiu patriam tenui, communicavi, aliquot dein lustrandas commisi Amicissimo olim Löflingio, cujus nunquam immemor ero dumdum mens memoriam servabit.

Non propterea negandum rariores nonnullas et speciosas plantas hic illic viciniarum in conspectum venire, quas nemo forsan Botanicorum ad Artis leges hodie[r]num receptas examinare potuit, eo potissimum quod Matritense solum præ Cæli siccitate, et jumentorum libero aditu, plerisque annis vel seminum proventu orbetur vel nascentium stirpium amœnitate spolietur. Quibus ita se habentibus nemo speret Floram hanc detegere nisi longa annorum serie; quas enim plantas semel videre feliciter contingit, vix amplius invenire licet nisi earum semina providus collegerit, ad hortos detulerit, et ex voto germinasse viderit. Hoc labore hacque industria obtinui post sexennium 600 circiter plantas observatas, descriptas, et Chartæ conglutinatas, quarum plusquam 200 rariores, parum vel nihil notæ, vel ad aliena genera relatæ; inter quas multæ quantum adsequi possum, novæ, idcirco adumbrationibus et Iconibus ad naturæ ductum illustratæ, eum in finem ut aliquandiu publicæ luci edantur, si otium et occasio ferant, faveatque tui consilium.

Harum aliquot per semina ab Amicissimo D. Hallmann tibi data communicavi, easque raptim specifice indicavi, hac spe fretus vt Lapsus vel errores forsan perpessos nedum prudens dissimulaveris, sed benignus mihi insinuare dignaberis. Interea te conscium volo me certiorem factum de pulcherrima Hedysari specie, cujus tum semina misi probe cognitum habuisse ex quo plantam fructiferam examinavi, esse: *Polygalo Gesneri affine Caput Gallinaceum I. Bauh. hist. II. 336.*

Superest vnice vt indigitare mihi digneris quales ex datis seminibus tibi natæ fuerint plantæ, vt earum nomina conferre valeam cum siccis plantis, et earum, dum vivæ erant, adumbrationibus. Simul qualia eorum germinare vel fructificare renuerint, vt nova semina quæ expetas, nec habeas, ad tui nutum transmittam. Venio ad alterum Epistolæ punctum. Aves, quarum notitiam a me exquirebas (putans ni fallor D. Sauvagesium alloqui, cum de Alkata seu Filaoloa Aldrov. loquens *frequentissimam* fore dicas in *Aquitania* et Alaudam minimam locustæ voce Raj. familiarem apud *Nos* facias quoniam eædem ocurrant *Monspelii* plantæ ac Florentiæ, in cujus Vepretis est vulgatissima) sunt apud Matritenses vel nomine prorsus ignotæ, nec enim Ego Aviariæ Rei Amantissimus tales nunquam in viciniis Matritensibus vidi aut audivi, nec Venatores aut Aucuparij, quos ex industria interrogavi, eas vel nomine tenus unquam notas habuere.

Earum vero defectum supplent aliæ bene multæ nec forsan minus raræ Matritensi Cælo indigenæ, quarum decades aliquot mihi licuit observare et in vsum privatum adumbrare. Rariores et formosiores tibi indigitabo Scheda adjuncta ne Epistolæ limites transgrediar, alias paratissimus proximioribus litteris cujuslibet descriptionem tibi communicare, quam tibi placere intellexerim.

Dabam Matriti 1758 die 15ª Junij.

Utanskrift:

Clarissimo D. D. Carolo Linnæo
Arch. Reg. Med. et Bot. Prof. Vpsal
Vpsaliæ.

Linn. Soc., Vol. I: 334—335.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Grefvinnan Sophia Lovisa Sparre af Söfdeborg, född 1717, död 1766, var gift med hofmarskalken Henric Jacob Hildebrand, vid denna tid svensk envoyé i Spanien.

86.

Equiti Nobilissimo et Sapientissimo
D. D. Carolo Linnæo Archiatro Meritissimo
S. P. D.
Michaël Barnades D. M.

Litteris tuis Faventissimis die 22 Dec. proxime elapsi conscriptis[1] et ad meas manus datis per amicum D. Danielem Scheidenburg[2] satisfacere nequivi in hunc usque diem quo Vxoris charissimæ cum gravi morbo colluctatæ res per Dei gratiam in melius versæ sunt. Magna cum voluptate intellexi ad te pervenisse plantarum et Avium specimina quæ filiis Exc.mi Baronis de Hildebrand[3] dederam ea spe vt Sueciam transmissa, tibi aliquandiu communicarentur. Intellexi inquam ex quo in litteris tuis legi *Halcedinem mutam Bellonis* à te visam fuisse apud Charissimum B. Hallmann, cui dederam balsamo conditam vna cum plantarum seminibus, quæ si non germinarunt, abs dubio per aliquam susceptam injuriam in itinere pessumdata fuere, cum omni cura Egomet collegeram et ex servatis et consitis plantas enatas viderim. Vtinam quæ tibi supersunt et proximo vere terræ committere cogitas germinent ex voto; ita de aliquibus judicium feres et suo tempore indigitare dignaberis.

Gratulor tibi de primo tomo Systematis Naturæ ad finem perducto tot Animantium speciebus et synonymis locupletato, nec non de Löflingiano opere tuæ abs dubio vigilantiæ fructu; quæ ambo opera impatiens exspecto donec sciam ad nos pervenisse. Vnum rogo Vir Humanissime. Opusculum Wallerii de *historiæ naturalis vsu medico* editum Vpsaliæ 1740[4], et alterum hocce titulo insignitum *Koronzay de erroribus ex ignorantia Botanices ortis. Hallæ* 1733[5] nobis desunt et apud vos indubie venalia prostant. Cumque his indigeam in certos fines, nec sciam qua alia via obtineri possint, audeo curæ tuæ rem committere, vt si fieri possit, ea accipiam cum Löflingii posthumo opere et tui Systematis priore tomo si jam e prelo exiit: paratus eorum conjuncta pretia ei persolvere quem in hunc finem amice indicabis.

Jam ad Aves me converto quarum anxius mihi videris.

1. *Ardea alba crista dependente.* Ardea alba minor quæ Italis Garzetto Gesn. Aldrov. Will. et Marsit. Danub. Tom. V. Tab. V ic. opt.

Descr. Corpus album totum. Caput pennis duabus propendentibus cristatum, quoque albis. Iris Lutea. Pupilla glauca. Rostrum et Pedes

nigra. Remiges extimæ breviores. 2. 3. 4. longiores; 5. 6 iterum breviores: secundariæ 1—11 longiores, tribus postremis brevissimis. Dorsum ab Scapulis ad vsque vrrhopygium, et collum prope sternum vltra genua plumis protenus ornatum singularis structuræ, linearibus scilicet, tumidiusculis, pendulis, colorem et formam habentibus pectinati Cannabis. Fateor nil vnquam visui nostro adeo speciosum sese obtulisse. Apud oras fluviorum frequens audit vulgari nomine *Garzota*.

2. *Tetrao pedibus antice plumosis, rectricibus intermedijs longissimis, abdomine albo.*

Perdix Lutea maculis castaneis, cauda duabus pennis longissimis terminata Barr. Orn. p. 81.

Est indubie Tetraonis species, facie videlicet, supercilijs nudis, papillosis in viva Ave, in mortua vix ac ne vix quidem conspicuis papillis; Rostro subconico incurvato, obtuso, brevi, minime supra nares gibbo, potius ad ejus basim sitæ nares plumis et carne obductæ; et pedibus antice plumosis quasi Lagopodeis; quorum tamen digiti vix quatuor numerari possunt, rectius tres, iique antici absque postico, nisi digitum voces unguiculum tibiæ posterius innatum, longe a digitis calcaris (instar canum) remotum, brevissimum, nihili inservientem ad incessum Avis pro digiti munere.

In Castilia et Catalonia audit vulgo Ganga.

3. *Tetrao pedibus antice plumosis, Rectricibus ex griseo, ruffescente et nigro transversim maculatis, abdomine nigro.* Vulgo audit *Ortega*. Desc. Facies. Rostrum, supercilia et pedes eadem prorsus ratione se habent, ac in præcedente, vt sine dubio sint congeneres. Hæc tamen major et in plurimis notis ab illa diversa. Corpus enim supra ex ferrugineo fulvo, et fusco variegatum. Collum cinereo-canum, inferius ad pectus fascia nigra torquatum. Abdomen et femora nigra. Remiges primores 1—8—10 subplumbeæ, basi introrsum magis magisque albæ. Reliquæ solo apice extrorsum subplumbeæ, inferius albæ, præter vltimas quarum apex fulvo-ferrugineus. Rectrices griseo-ruffescentes maculis nigricantibus transversim fasciatæ, extimarum apice albo intermediarum virescente.

Vt de utriusque Avis synonymis aliquid tangam, fatebor ingenuus, nullum invenisse quod eis congruere videatur. *Alchatæ* nomen apud Arabes frequens cum vix interpretari queat præ notarum defectu, dubium manet. Ab Aldrovando et alijs assumptum neutri Avium nostrarum quadrat (multo minus ei quam *Ganga* vocamus) si ex descriptionibus et iconibus Alchatæ judicandum. Nec ex ijs constat Monspeliensium Avem *un Angel* rectrices intermedias habere longissimas et pedes perbreves et antice plumosos quales obtinet nostra *Ganga*. Forsan nostratum al-

terutra est *Perdix Damascena Bellonij*, quem consulere non licet cum ejus opera apud nos non prostent. Quæ omnia ita dicta volo ut de eis tu judices. Vtinam occasio opportuna tibi ferat aves autopsia examinandi, hunc enim in finem Aves servo excoriatas (cute enim sunt crassissima qualis est Alchata Arabum) et suffarctas quales Rustici mangonisant ad earummet venationem, vt qua data via tibi lubentissime transmittam.

De alijs nonnullis Avibus novissime a me observatis verba faciam proximis litteris, si earum descriptionum te cupidum esse intelligam. Notabiliores sunt sequentibus numeris notata post præcedentes duodecim in alijs litteris rubricatas[6].

— — — — — — — — — — — — — — —

Restat vnice vt te salutem nomine Amici et Fautoris colendissimi D. Ortega dicamque plantarum Löfling[m] specimina quæ ab illo expetebas, gratiose pro more suo communicata fuisse D. Schedenbourg, cum quo (si mihi licet) recognoscam omnia et earum stirpium nomina addam, quas probe cognitas habeam, a Löfl. præ temporis angustia innominatas. Hæc in bonam partem habeas, et mihi faveas ea qua soles benignitate.

Dabam Matriti 26ª Martis 1759.

Linn. Soc. Vol. I: 336—337.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Daniel Scheidenburg, se Afd. I: D. 4, s. 262, not 2.

[3] Jacob Henric och Claes Henric Hildebrand, se Afd. I: D. 4, s. 303, not 3. Den senare död 1814.

[4] Utgafs som dissertation.

[5] Afser Michael Albertis dissertation *De erroribus in pharmacopoliis ex neglecto studio botanico obviis*(Halæ 1733). Respondent var en J. F. Koronzæy.

[6] Förteckningen öfver »Aves rariores Matritenses» (inalles 18 stycken) medtages ej.

[7] Joseph Ortega, se Afd. I: D. 2, s. 213, not 2.

BARRÈRE, PIERRE.

Fransk naturforskare och läkare, född omkring 1690 i Perpignan, professor därstädes 1727, död 1755. På konung Ludvig XV:s befallning företog han 1722 en resa till franska Guiana (Cayenne), där han stannade i tre år, och öfver hvilket land han utgaf en beskrifning 1741.

87.

Clarissimo Viro D. D. Linnæo
medicinæ Doctori Celeberrimo,
Soc. Ac. imp. nat. Cur. Socio Dignissimo,
Botanicorum hujus Sæculi principi
Vir Clarissime,

Ad nostras quoque terrarum oras peruenit, quæ quidem per Litteratum orbem late volat, nominis tui Celebrata Fama. novos, inquiunt, at perutiles Conatus botanicos publici juris Fecisti. Desiderabantur quippe multa in Re herbaria, Tantæque molis erat methodum Condere novam, sed quæ aliis Denegata fuit gloria, tuæ sagacitati Reseruabatur, non Cæspitabunt ergo inposterum philobotani in Constituendis nouis plantarum generibus speciebusque ad propriam tribum Referendis, habent modo quare tibi gratulentur, quod indefessis laboribus tuis, non minus quam fortunatis Viam aperias ad botanicem et faciliorem, et tutiorem. Salivam Certe mihi movent Botanicæ lucubrationes tuæ, quas si humanitas tua mihi (etsi immerito) communicare Dignetur hoc quod Reddere beneficium usquam potero, memori mente persoluam. Spero quoque te non modo humaniter epistolam hanc accepisse mihi significaturum; sed etiam libenter, si occasio se dederit, accepturum non nulla plantarum pijrenaicarum et exoticarum semina, nec-non aliquot nova stirpium americanarum genera quæ sors objecit mihi in gallia æquinoctiali et in Caijennæ insula, dum ibi jussu Regis Christiniossimi [!] plantarum inuestigationi per quadriennium operam Dabam. Cæterum optandum foret, Vir Amplissime, ut Tibi aliquatenus Parcas, ne per labores improbius Continuatos sanitatem tuam magno Rei herbariæ Dispendio tandem Concutias et labefactes.

Vale et Diu Vive, Vir Clarissime, Tibique esse studet omnimodo devinctissimus atque addictissimus

Barrere in universitate perpinionensi Regius medicinæ professor in gallia æquinoctiali et Caijennæ insula olim Botanicus Regius, nosocomii Regii perpinionensis medicus primarius &c.

Perpiniani apud Ruscinonenses
Octauo idus novembris anni 1739.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur En medicine De La
Societé imperiale Des Curieux
De la nature
A Upsal
en Suede

Linn. Soc., Vol. I: 341—342.

Linné tyckes icke ha svarat på detta bref. Barrère skrifver då ett nytt, dat. den 11 Juli 1740 (Linn. Soc., Vol. I: 343—344) hvari han förmodar, att hans förra har kommit bort, hvartill troligen »horridum atque inassuetum hyemis frigus» varit orsaken. För öfrigt är innehållet nästan ordagrannt detsamma som i det nu anförda, hvarföre det ej här medtages.

88.

Viro Clarissimo
D. D. Linnæo
Botanico et Mineralogo metropolis holmensis
Regio &c. ordinario.
Classis naualis holmensis medico ordinario.

Vir Clarissime,

Humanissimam Epistolam tuam 18 7^{bris} Consignatam summa cum voluptate accepi et perlegi[1].

Grates ergo Tibi quam maximas Rependo, quod eo me fueris honore dignatus, ut nomen meum Egregio libro tuo inscripseris, etsi nomen aliquod nusquam mihi fecerim.

Opuscula tua et hortum tuum Cliffortianum impense adamo et opto; hæc si mihi Communicare Digneris, nusquam mihi de tanto munere gratulabor.

Fasciculum hunc inscriptum Gallice *à monsieur Monsieur Balalud de S^{t} Jean, rue Vieille notre Dame à Paris* Velim Cures ad eum perferendum operâ inprimis D. Legati Regis Galliæ aut si commodius putes, per Burdigalam vulgo Bourdeaux sub hac inscriptione gallica: *à monsieur Monsieur Jacques Blain negociant à Bourdeaux pour faire tenir à monsieur Dupuÿ medecin de La marine à Rochefort.*

Spero te non modo hoc munere me affecturum, sed etiam ejusdem muneris profectionem mihi significaturum.

Totus sum in elaborandis et perficiendis Cum peregrinatione meâ americanâ, tum epitome rerum naturalium plantarumque exoticarum a me observatarum; quæ omnia Lubentissime Tibi modo communicarem, nisi propediem in lucem emittenda forent. interim accipe Amabo, Vir Clarissime, agri nostri Ruscinonensis et hispaniæ paucula (præ nimiis et inassuetis imbribus) plantarum semina; multo plura, eoque Rariora, si placere sensero, aliquando communicaturus. Semina americana non mitto, quia annosa sunt.

Lusitani et hispani plane peregrini sunt in Rebus Botanicis, phisicis, anatomicis &c. unum tantum noui Jacobum *Salvador*[2] Catalanum, Botanicum peritissimum, amicum meum charissimum, nuper Demortuum. Vive, Vale, et me ama qui Tibi, Vir Clarissime, omnimode sum Deuinctissimus atque addictissimus

Petrus Barrere
in universitate perpinianensi
Regius medicinæ professor
Botanicus Regius Regiique
nosocomii perpinianensis medicus.

Datum perpiniani Die 30.
mensis octobris anni 1740.

Linn. Soc., Vol. I: 345–346.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.
[2] Om Salvador se nästa bref.

89.

Viro Clarissimo
D. D. Carolo Linnaeo
Botanico et mineralogo metropolis holmensis
Regio et Ordinario
Classis navalis holmensis medico Ordinario,

Vir Clarissime,

Exorsum jam annum fælicem faustumque Tibi precor; salutemque plurimam dico. Si quæ noua, teque digna sors mihi objecerit unquam, sub inscriptione hac: Societati Regiæ Scientiarum Vpsaliæ, uti optas, ad te mittam[1].

Molle[2], arbusculam ex semine in hortulo meo natam, florentem modo, ac fortuito inveni. pistillum et florem inspicere quoquomodo poteris.

in insula americana quæ *Caÿenna* Vocatur, et in *Guiana* ipsi adjacenti, seu gallia æquinoctiali, per Triennium integrum jussu Ludovici XV. Regis christiniassimi [!] plantarum investigationi operam Dedi.

Opusculi mei gallico sermone Conscripsi, propediem in lucem proditurі Titulus erit: *Abregé de L'histoire naturelle de la France equinoxiale &c.* Præclara, quam multa opera tua salivam mihi movent; at potissimum est in votis 2[a] editio tuorum generum plantarum.¦

Orbis Litterarius in dies procul dubio Expectat quæ in animo habes adhuc dare opera, quantas, faxit Deus, pandes artis divitias, si enim, ut aiunt, *ex ungue leonem* augurari Deceat. Ammanni Catalogum plantarum Rariorum in Regno Rhutenico nascentium non noui. Jacobus Salvador Catalanus, pharmacopola, Botanicus peritissimus, vir officii plenus, obiit Barcinonæ 22 mensis junii 1740 ætatis 92 annor. Chenopodium annuum, humifusum, fol. Brevio. et Capillaceo Tournefortii præ frigore non inspicere licuit. petala et calicem habet inter se Distincta. Suo tempore accurate Describam. Lÿcopercicon galeni Anguill. editur passim apud nos in obsoniis.

Tibi semper addictissimus, tuique
observantissimus
Petrus Barrere.

Datum perpiniani
Die Decimo mensis januarii 1741.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Botaniste et mineralogiste Du Roy
Medicin ordinaire de L'armée nauale
d'holme à Stockolm
en Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 347—348.

[1] Det Linnés bref, på hvilket detta utgör svar, är f. n. okändt.
[2] *Schinus molle* L.

90.

Viro Clarissimo
D. D. Carolo Linnæo, Botanico et mineralogo
metropolis holmensis Regio et ordinario;
Classis navalis holmensis [medico] Regio et ordinario.
Vir Clarissime,

Edidi nuper tentamen super historia naturali galliæ æquinoxialis, historiam aliquando integram forte Daturus. Spero interim, Vir Claris-

sime, te non modo Bono animo hoc qualecumque munusculum accepturum; sed etiam hujus Receptionem mihi significaturum. Eggregia opera tua Botanica impense adamo et opto utinam mihi Communicares? Tibi omnimodo devinctissimus atque addictissimus

Petrus Barrere
in universitate perpinianensi
medicinæ doctor et professor, Regiique nosocomii medicus.

Datum lutetiæ parisiorum
Die 14ª julii 1741

Si in animo habeas communicare opera tua, id poteris præstare sub hac inscriptione gallica: *à monsieur Barrere medecin Chés mr Lasserre maître Tailleur rue des orcis au Singe verd à Paris.*

tua 2ª editio nouorum generum plantarum Salivam mihi movet.

Linn. Soc., Vol. I: 349—350.

91.

Clariss. Viro
D. D. Carolo Linnæo
med. Et Botan. Prof. Vpsaliensi.

Grates Rependere Dignas pro seminibus plantarum, haud opis est nostræ.

Opuscula mea non sat probo, tu nimis Laudas. Doleo ex animo quod non liceat explere optata tua; Supellectilis exportatio miscuit omnia, musæum, herbarium, libros, Sileo parentum funera, lites, o bone Deus! nondum finis.

Quotiescumque igitur à gravissimis Curis, quibus undequaque obruor, mihi Respirare licuerit; iterabo æquor.

Tibi Addictissimus
Petrus Barrere.

Perpiniani decimo quinto
Cal. Sept. 1747.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Charles Linnæus
Professeur en medicine et en
Botanique &c.
à Upsal
En Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 351—352.

Det Linnés bref, på hvilket detta utgör svar, är f. n. okändt.

BARTELS, PETER.

Dansk konsul i Livorno.

92.

Monsieur

Je suis honnoré de votre chere lettre du 15 Juin[1] dernierem[t] passé, en langue Latine, de la quelle Je ne suis plus assés en possession, pour y risquer la reponce; c'est pourquoi J'ai recours a la francaise, pour Vous assurer Monsieur, que votre Incluse pour M[r] Joreskaller[!][2] à Alexandrie ÿ est promptement acheminée, a l'adresse de mons[r] Marion, Consul du Roy au dit endroit, qui aura soing de lui la faire parvenir surement après la reception, ce qui pour votre avis & tranquillité. Vous ofrant mes services en toutte autre occasion de votre occurrance, J'ai l'honneur de me dire avec consideration & estime.

Monsieur

Votre tres humble & tres
obeissant serviteur
Bartels.

a Livorne le 6 aoust
1762.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Ch: Linnæus
Arch. de Sa Majesté le Roy de Swede
à Upsal
en Swede.

Linn. Soc., Vol. I: 486.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Pehr Forsskål, se Afd. I: D. 6, s. 110. Om Bartels som kommissionär för Forsskåls korrespondens, se ibid., s. 158.

BARTHÉLEMY, FRANÇOIS, Marquis DE.

Fransk diplomat, minister i Stockholm, sedan i London, född 1747, död 1830.

I skrifvelse på franska, dat. Stockholm 21 Febr. 1771 (Linn. Soc., Vol. I: 353—354), ber han att få öfversända ett bref från A. N. DUCHESNE (se Afd. I: D. 3, s. 229, not 4) och erbjuder sig att till honom förmedla Linnés svar.

BARTRAM, JOHN.

Egendomsägare i Pennsylvanien, medlem af kväkarnes samfund, framstående naturforskare, särskildt botanist, född 1699, död 1777. Han var till stor hjälp för PEHR KALM under dennes vistelse i Amerika, hvarom Kalms resebeskrifning lämnar många vittnesbörd. Om hans lif och brefväxling hänvisas till den af WILLIAM DARLINGTON utgifna *Memorials of JOHN BARTRAM and HUMPHREY MARSHALL with notices of their botanical contemporaries* (Philad. 1849). Inga bref från Linné till Bartram äro f. n. kända. De saknades redan, då Darlington utgaf sin bok.

93.

Respected & much esteemed friend.

J received thy kind letter by the[1] hands of our Curious Friend Mr Kalm whome J have had the pleasure to converse with, & whome J value not onely for thy sake but for his own ingenuity.

J have at thy request & his sent thee severall curious seeds which J hope may meet with thy acceptance.

J have formerly sent thee packets of seeds by the sweedish ministers of our provence but whether thay came to thy hands J cant be certain as J never had a line from thee before.

these few lines J commit to the care of our friend hopeing it may reach thy hands pray when opertunity offers send me a line or two which will oblige thy friend.

John Bartram.

Linn. Soc., Vol. I: 355. Odateradt; men troligen från 1748.

[1] Bartram skrifver alltid y^e i stället för the.

94.

Respected & worthy friend

J received about two months past thy letter dated August the 10th 1750. J was exceedingly pleased to receive so kind A letter from one that so dersevedly bears such A superior Character for Botanical Learning. but was very much concerned that J could not have had it sooner then above two year after it was wrote; & much the same misfortune happened to those pamflets thee sent to dr Colden[1] &c Mr Claton[2] which our worthy friend Benjamin Franklin[3] shewed me last week haveing just then received them which he intended to send according to direction by the next Post. — J traveled in 1751 most part of the Autumn & found several new species of plants & shrubs which J should have sent to thee if J had known thay would have been acceptable. Wee have four or five species of Jacobea that you have not in Europe. one species grows in marshes, another in flat low stif ground, another on could shady banks by great rivers. Another on loose slaty soil on the great mountains & most of these species is used by the back inhabitants for the cure of the same diseases that the antients did tho thay know nothing of the name of the plant. J hope thee hath received the Medica Britanica[4]. J desinghn to send thee some specimens next fall: pray let me know what sorts of seeds thee wants J am glad those that J sent thee grows. If J can any ways oblige thee with specimens seeds or plants or any information my poor Capacity can contribute, none can do it more Cherefully then thy sincear friend

John Bartram.

March the 20th 1753.

P. S. we are all surprised that we have not one letter from Peter Kalm whome we are ready to tax with ungratitude. thine as before JB.

Linn. Soc., Vol. I: 356—357. Efter Bartrams utkast, något afvikande, tryckt i Darlingtons *Memorials*, s. 371.

[1] Cadwallader Colden, se Åfd. I: D. 3, s. 195, not 3.

[2] John Clayton, se Afd. I: D. 3, s. 195, not 2.

[3] Benjamin Franklin, den berömde amerikanske politikern och vetenskapsmannen, föddes 1706, dog 1790.

[4] Härmed afses en af Bartram gjord amerikansk bearbetning af Thomas Short, *Medicina britannica*, som 1751 utkom hos B. Franklin och D. Hall i Philadelphia.

95.

Novem^{r} the 17 1753.

Much Esteemed & worthy Friend

Whereas J wrote to thee last spring & have yet received no answer therefore J have not much to write at present. But haveing an opertunity J send thee a small specimen of a plant which J discovered fourteen years ago but supposeing it would not grow in A garden & not knowing what it was or what flower it bore J tooke but little notice of it but haveing now found out the way to raise any plant or shrub (but the great magnolia) J transplanted it last fall & the succeding spring produced this specimen but by an untimely frost it was niped that it could not open to the top: it is an evergreen veratrum it grows in wet boggy shody cold ground the root is white & fibrous from which proceeds 16 more or less of longish leaves, broadest toward thair extremity yet sharp pointed, the leaves of last years growth lyeth flat on the ground in rays round this summers leaves which stand more erect yet bending toward the ground & sorounding a centeral bud which is set in the fall & if for flowering is like A pointed Cone whose base is near an inch diameter which next spring shoots up a single stalk eighteen inches high with short pointed leaves set round it without order gradualy diminishing in magnitude unto the spike of flowers which is two or three inches long. the petals is a flesh color the apicies blewish & standing out longer then the Petals which making A prety appearence.

Pray how doth our friend Peter Kalm go on with the discription of the plants of our Countrey. He promised to send me one as soon as printed & that he would do me justice in mentioning what Plants or specimens J shewed him. But J can never yet A letter from him since he left my house J should be very well Pleased to see what he hath wrote on our Plants. J have sent M^{r} Collinson A Perticular discription of our Evergreens which he desires to Publish thay are so discribed from the green specimen before me that you may easily know each Perticular species by thair distinguishing Characters & when that is Printed none will be more ready to oblig thee with one then thy friend in hast

John Bartram.

Utanskrift:

For
Mr Carolus Linneus
For
Mr Carole Linneus.

Linn. Soc., Vol. I: 358—359. Bartrams utkast, mera kortfattadt, är tryckt i Darlingtons *Memorials*, s. 371—372.

Linn. Soc., Vol. I: 360 och följande, finnes ännu ett bref från Bartram, hvilket dock icke här medtages. Ehuru adresseradt till Linné, är det nämligen att betrakta som en tacksamhetsskrifvelse till Vetenskapsakademien för hans inval därstädes 1769, hvilket också framgår af den här anförda ingressen:

»My Honorable & worthy friend.

I am much obliged to your ilustrious Philosophical society at Stockholm for nominating me a member of it; & to shew my gratitude to them I now transmit my private conjectures upon two different Phænomena that have been the subjects of much dispute with the Learned and allso a few observations which I made in my Botanical travails which I now lay before the great virtuoso & head of that Respectable Body: not that I think that I have exploint those Phenomenas as fact but as queries to move the learned & Inditious to dig deeper for treasure or as the saying is I started the hare for the hunters to catch.»

Han föreslår till diskussion bl. a. frågan om afdunstningen från hafven närmast med anledning af E. Halleys undersökningar och om månens inflytande på ebb- och flodfenomenen, hvilket han för sin del förnekar. Så redogör han för sina under vidsträckta resor i Nord-Amerika gjorda iakttagelser öfver trädens och buskarnas utbredning från norr till söder.

BARTSCH, JOHANN.

Född i Königsberg, död som läkare i Surinam 1738. Utan tvifvel är det han, som i Leidens Universitets matrikel af dåvarande rektor inskrifvits som »Joannes Baetsh Regiomonti-Borussus. 22. M.» Om hans ålder vid inskrifningen varit 22 år, är hans födelseår 1712. Pritzel, *Thesaurus litt. bot.* uppger honom emellertid vara född 1709.

Han hörde till Linnés närmare umgänge under dennes vistelse i Holland, och skildras af honom i *Egenh. anteckningar*, s. 31, som »En smal, wacker

qwick, lärd och sedig yngling». I den lärda klubben i Leiden, där Linné var ordförande, var han representant för fysiken. Vid det storartade författarskap, som Linné utöfvade under sin holländska vistelse, och vid hvilket många af hans vänner på ett verksamt sätt biträdde, hade Bartsch åtagit sig korrekturläsningen m. m. af *Flora Lapponica*.

Linné, som af Boerhaave erbjudits plats såsom läkare i Surinam, föreslog i stället Bartsch, som också åtog sig uppdraget. Sedan *Flora Lapponica* i April 1737 var utgifven, påskyndade Bartsch sin medicine kandidatexamen och åtnjöt dessutom Linnés speciella undervisning i naturalhistoria. Den 6 Aug. 1737 disputerade han för medicinsk grad på en afhandling med titel: *Dissertatio medica inauguralis, sistens calorem corporis hvmani effectvm hygravlicvm* (Lugd. Bat. 1737). Afhandlingen, som var tillägnad Boerhaave, var försedd med en lyckönskning från Linné.

I början af oktober begaf han sig till Surinam, där han dock icke hann länge verka, ty redan året därpå bortrycktes han af döden, framkallad af otroliga umbäranden och klimatets ohälsosamhet.

Medan Bartsch ännu var i lifvet, hade Linné till hans ära uppställt växtsläktet *Bartsia* (i *Corollarium generum plantarum* och *Hortus Cliffortianus* 1737). I *Flora Svecica* läses under Bartsia följande:

»Bartsiam dixi a Johanne Bartschio, Regiomontano, Medicinæ Doctore, Juvene pulcherrimo, candidissimo & certe doctissimo ac nationis suæ ornamento. Contracta cum viro intima amicitia in Belgio, eum inexstinguibili plantarum Insectorumque ardore infeci, adeo ut in rimandis minutissimis plantarum partibus iisdem acutissime describendis paucos superiores habuerit. Vacuo munere Medici ordinarii Societatis Belgiæ Indiæ Occidentalis, Surinamæ me elegit Divus Boerhaavius; cum autem recusarem torridas inhabitare zonas sub arctoo ipse natus & educatus, mihi concessit Beatus vir ad hoc munus vocare quemcunque vellem; arrisit hoc integerrimo amico Bartschio, plantarum sola caussa, commendatur apud Boerhaavium, recipitur, & Surinamas petit; ubi nescio quo Gubernatoris Surinamæ odio & malitia, nunquam ipsi læta concessa hora, hinc tædio, invidia, pauperie, æstu, post dimidium annum obiit, meliori fato, si quis alius, dignissimus Vir. Qualis fuit hic vir docet dissertatio de calore, docebunt litteræ ad me Surinama missæ, plenæ plantarum observationibus curiosissimis.»

I det följande publiceras de af Bartsch skrifna brefven. Den stora mängden af odaterade bref ha förorsakat utgifvaren mycket stort besvär, och flera ha blott tillnärmelsevis kunnat bestämmas till tiden. Man har dock ej velat utesluta något, då alla hafva sitt intresse för kännedomen om Linnés Hollandsvistelse. Från Linné till Bartsch finnas inga bref i behåll; hans i Bartsch's disputation tryckta lyckönskan återgifves dock (som bref 141).

96

Fautori suo optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Haud aegre feras me negotia Tua turbantem hisce litteris. Scias velim, me non mea, verum Tua libentissime curare. Cures vero et Tu, summopere rogo, ne Te poeniteat imposterum huius mihi oblati beneficii; respondeas ergo ad omnia categorice, breuissimisque. Generalia, ad quae Tua exspecto responsa, sunt haecce.

1.) An Orthographia nominum plantarum in systemate Tuo recepta sit seruanda.
2.) An paginae numerandae.
3.) Quae in Obseruationibus Tuis ad Floram Lapponicam lineolis subductis notata, suntne maioribus, an minoribus imprimenda litteris. Quam libenter propter ea, si possibile, vel vnicam plagulam caracterum Tuorum impressorum vt videre possem, exopto.
4.) Ad ea, quae in Exemplari Tuo notata inuenies, Tuam adponere mentem enixe rogo. Addas igitur vltimam limam Tuo iamiam proditurο operi.
5.) Velisne ae, vel æ imprimi?

Quodsi Te non taederet, binas quasque a me visas iterumque reuisas plagulas Tibi transmitterem; vel plures ad aduentum Tuum seruarem paratissimas. Eligas, quidquid placet, experieris me in omnibus ad nutum Tuum paratum. Modum praeparandi illud lac maxima animi perlegi oblectatione, maxime animaduertens, posse sic omnem in toto vniuerso possibilem lactis copiam in eamdem mutari naturam, superstite tantum vel vnico Pinguiculae folio[1]. Vtinam me iam visitaret Frischius[2], ast vt ipsi simul statutum figatur tempus, quo elapso rursus teneatur proprios petere Lares. Inueni duas species Scolopendrae, nec non aliquot Lacertarum in Nosocomio meo alendas summo animi oblectamento quotidie saepissime inuiso. Respondeas rogo quantocyus, simulque cures, vt valeas. Vale. Dabam Lugd. Batauorum. VI. Id. Aprilis MDCCXXXVI.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Amsterdam.*

Linn. Soc., Vol. I: 363—364.

[1] Härmed afses den s. k. tätmjölken, som man länge ansett sig kunna framställa med bladen af *Pinguicula vulgaris*. Linnés skildring af tätmjölken och dess beredning återfinnes i *Flora Lapponica*, s. 10.

[2] Möjligen Joh. Leonhard Frisch (se Afd. I: D. 2, s. 275, not 7), som under sina många resor äfven besökte Holland.

97.

Fautori Optimo
S.

Ioannes Bartsch.

Hoc mane Tuas, quas ad me dedisti laetus accipiebam litteras, anxius tamen haerebam, de transmisso ad Te manuscripto Tuo, cum eius nullam faceres mentionem; spero tamen illud Tibi vna cum litteris meis fuisse traditum. Adiui Typographum, miratus summopere illum hactenus plane nihil de toto negotio gnarum percipiens, mutaui ergo illico meam sententiam, tantummodo quaerens annon chartam a Bibliopola Amstelodamensi accepisset[1]. Repulsam tuli, nec volui vlterius multa quaerere, ne forsitan illum auri sacra fames vexaret, vt sciscitaretur plura forte ex Gronouio. Lawsonum de futuro Vestrum aduentu certiorem feci[2]. En ergo meam in mandatis Tuis exsequendis promptitudinem; doleo autem summopere irritum fore propositum Tuum, quo plagulam speciminis loco impressam videre credebas. Cura, vt valeas. Dabam Lugd. Bat. III Id. April. die ☿ MDCCXXXVI[3].

Hocce momento me reliquere Gronouius et Lawson. Gronouius multa loqui volebat de Flora Lapponica, ego vero simulans plenariam ignorantiam ad omnia ex Tacito respondebam. Cape Tibi hoc. Quam mirae ocurrunt mutationes, intra tantillum temporis spatium? Iamiam accipio Tuum MStum. Quaeritur quid iam cum Typographo faciendum? Rescribas cras, an ei reuelandum totum opus, monito tamen addito, vt omnia fiant tacite? Quid videtur Tibi? Vale.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
tot Harlem
by myn Heer Cliffort *op de*
Hartekamp

Linn. Soc., Vol. I: 365—366.

[1] *Flora Lapponica*, som förlades af Salomon Schouten i Amsterdam, trycktes hos Conr. Wishof i Leiden.

[2] Joh. Fr. Gronovius (se Afd. I: D. 2, s. 95, not 5) och Isaac Lawson (se ibid, s. 96, not 8), Linnés goda vänner och gynnare, hade tydligen ej af Linné fått reda på anordningarna med *Flora Lapponica*, hvars redaktion de själfva velat vara med om.

[3] Bartsch använder de astronomiska beteckningarna för veckans dagar. De böra lämpligen förklaras här. Dies ☉ (solis) söndag, ☾ (lunæ) måndag, ♂ (Martis) tisdag, ☿ (Mercurii) onsdag, ♃ (Jovis) torsdag, ♀ (veneris) fredag, ♄ (Saturni) lördag.

98.

Fautori suo optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Non turbassem Te hisce litteris, nisi anceps haesissem, num liceret Typographo eodem modo pergere; nimis enim arcte videntur mihi lineae sibi inuicem iunctae, praecipue cum parcere chartae vix requiratur. Tuum igitur exspecto iudicium, sed cito, annnon ad minimum ubi nouum genus siue species describitur, aliquanto plus spatii intercedere debeat. Praeterea fere impossibile videtur, nisi aduenias futura septimana, quod tradere possim Typographo plures plagulas MSCTi Tui, vrget ille me incredibiliter, ne vero frustraneus eius sit labor, ne pergat vlterius, antequam Tuum acceperim responsum, mandabo. En, quam transmitto simul plagulam primam impressam, quid Tibi videtur de exteriori eius forma? Non potui eousque exspectare, vt correctam eamdem Tibi transmitterem, quia dubito, num ita pergere debeat Typographus. Vale. Lugd. Bat. MDCCXXXVI d. 27 April.

Linn. Soc., Vol. I: 367.

99.

Fautori suo colendo
S.
Ioh. Bartsch.

Tuas, quas ad me dedisti, accepi litteras mihi gratissimas sed ecce dubium, quod remansit, me vrget, vt denuo hisce tua perturbare cogar negotia. Est obseruatio:

Habent et Lappones sua in patria aphrodisiaca nascentia, quamuis eis nunquam vtantur. Steriles licet quidem prae omnibus reliquis Europaeis sint Lappones (forte ob contemtum muriae) apud eos tamen sine Cerere et Baccho *non frigere* Venerem *vix adsererent* ipsi.

Nonne tua mens, quod frigeat apud eos Venus, quia steriles. Si est nonne potius

apud eos tamen sine Cerere et Baccho *frigere* Venerem vix *negarent* ipsi.

Cras vel die ♂ transmittam philyram. Respondeas quantocyus. Vale. Dabam Lugd. 7. 8$^{br.}$ ☉

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 406—407.

Det i detta bref citerade stycket återfinnes i *Flora Lapponica*, s. 245.

100.

Fautori suo colendo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Titubantis Botanicae sabuloso externi habitus fundamento superstructae facilem lapsum haud admiror, cuius mentionem fecere, quas heri accepi, Tuae mihi gratissimae litterae. An inter vllius scientiae cultores tot bella intestina ducuntur, ac inter Botanices amatores? Verum quanta inde solamina discipulis, socios habuisse artis Magistros. Haec, opinor, dissidia vix superabunt secula seculorum. Sed teneas risum, Vir optime, balbutientis Botanophili dum percipis vagitus. Iam fere senescens Pomona claudere videtur mea vix satianda herbaria, quod illi facile permitto, horrens quidquid infinitum spirat. Finitam quoque mox, credo, meam qualemcunque quam adhibui Florae Tuae, operam, vtinam velles transmittere vna cum perlecta hac, quam accipis philyram, reliquas, exspectat vero hanc Typographus quantocyus. Si placeret, notabis et iubebis quo commodissimo modo possent perlectae plagulae ad Te peruenire, dum nescio qua ex caussa adeo fugis Lugdunum. Dni Sohlbergii[1] nomine

Te etiam atque etiam salutatum volo. Vale. Dab. Lugd. Bat. 736. 9. 8$^{br.}$ die ♂.

Adscribas rogo in philyra ad quoduis interrogatum Tuam sententiam categorice.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 368.

[1] Clas Sohlberg, se Afd. I: D. 5, s. 247, not 10.

101.

Fautori suo colendissimo
S. P.
Iohannes Bartsch.

Haud ferre queo amplius frequentes nimis Typographi expostulationes, quibus meam, quam Tuo operi impendere mihi videor diligentiam, defatigare vix desinit. Possem sane citiori pede pergere, nisi festinante nimium calamo conscripta iterum iterumque relegere cogerer. Quodsi animo meo persuadere possem, vt multa promittere, pauca praestare haud nefas esse crederem, dubio procul me longe praedicarem feliciorem. Erit, vt spero, aliquando post nubila Phoebus. Transmisissem simul impressas plagulas, sed cui bono augentur expensae pro transportandis litteris. Gynandriae genera iam impressa sunt, hinc nullus Te occupet metus de perdita vlla plagula. Si placet quantocyus perlectam bene philyram vna cum sequentibus descriptionibus plantarum transmitte, vt eas qua data possum perlegam occasione. Si scirem Te non aegre laturum, quaererem annon basin omnem rostri in auibus occupent plumulae, aut quid Tibi vocetur basis rostri, me latet. 2.) Anne schedula adposita continet rostrum cuiusdam ex passeribus, vtrum Turdi, anceps haereo. Vale. Dab. Lugd. Bat. 736. die ♄ 8$^{br.}$ 13.

Linn. Soc., Vol. I: 369.

102.

Fautori suo colendo.

S. P.

Ioannes Bartsch.

Doleo summopere errorem circa Sparganium commissum, numerus paragraphorum mutari vix debet, quia iam in antecedentibus citationes haud paucae occurrunt, quae alias omnes essent falsae. Quid ergo consilii? an idem numerus § bis imprimi potest vna vice 364. altera *364 vel (364.) exspecto Tuum iudicium. (Nescio an sit 364 §, idem est, tantum pro exemplo adposui numerum.) An desideratur § 376, an vero ratio fuit error ille circa Sparganium, quod philyram transmissam cum § 377. inchoaueris[1].

Qu. 1. vbinam in caracteribus describatur Caprifolium.

Qu. 2. An in Tradescantia illa hirsuties staminum necessario requiratur.

Qu. 3. an adposita sit Knautia.
an in eius perianthio semper 4. flores.

Eheu quanta arcana circa basin rostri transscribere libuit. Nomine Dni Sohlbergii Te saluto, Dnus Lawson, qui Te multoties salutatum cupit, voluit, vt nuntiem eum non potuisse invenire Dominum *Philipps*. Ne aegre feras me tam multis diuersisque rebus molestum esse. Vale. Dab. Lugd. 736. 16. 8$^{br.}$

Linn. Soc., Vol. I: 370.

[1] Numreringsfelet synes i *Flora Lapponica*, s. 271, där de två *Sparganium*-arterna äro betecknade 345 och *345.

103.

Fautor aestumatissime.

Grates, quas Tibi persoluo, accipe maximas pro Tua, qua votis meis adnuere voluisti, beneuolentia. Boerhaavius heri mecum locutus promisit se mihi responsurum, simulac litteras habebit, quia Dnus Sommelodyck Hagae commoratur, et reliqui duo Dni Amstelodami, decisum

autem ex omnibus tribus peti debet. Pro singulari suo fauore, quem Tibi debeo, diuturnum inter nos erat colloquium, vbi Boerhaavius retulit, se desiderasse III. mensium spatium, antequam discessus meus fieri debeat. En quam laete succederent vota. Verum quod longe plus, Ille enarrauit tot auctores, quos mihi abituros comparare deberem. Maximum vero, quod velim admireris, fuit eius promissum, quod mihi, si Deus haec ita disponeret, vt ego petam loca illa, ostensurus sit suam collectionem plantarum, praecipue a Plumiero ipsi oblatarum, quem prae omnibus commendauit maxime. Haec sunt, quae Tibi breuiter referre possum. Jam sane magna spes occupauit animum, qui vix amplius contineri potest, quin iam auolet ante tempus destinatum. Vtinam iam decerperem [et] examinarem flores, vtinam iam semina collecta pararem transmittenda ad loca sua debita. Sed festinandum lente. Cogites rogo de alia voce in locum *puculati* substituenda. Respondeas quantocyus Tuo aeternum deuinctissimo

Lugd. die ☉. 16 Dec. 736. I. Bartschio.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnœus
Docteur en Medicine
à
Hartekamp.

by myn Hr Cliffort.

Linn. Soc., Vol. I: 371.

Af detta bref framgår, att underhandlingarna om den lediga läkareplatsen i Surinam försiggingo redan 1736 och ej 1738 såsom Linné i sina *Egenhändiga anteckningar*, s. 30, uppgifver.

104.

Fautori suo æstumatissimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Debitas pro vnctione transmissa vltima persoluo grates, nullus dubitans, quin ea viribus suis neutiquam destituta, sit remedium vniuersale potentissimum, cuinam adplicari debeat, nescio. Quid sibi velint primae epistolae Tuae lineae, me fugit arcanorum imperitissimum. Dedicationem, si Tibi placeret, suaderem retinendam illam, quae a societate transmissa[1]. Auctorum nomina apud me sancte adseruantur. Jamdudum dubitaui,

num Te per ferias Lugdunum excipere posse, immo negatiuam Te praesente libere praedixi. Sic iubent fata, quae sequamur lubenter. Quodsi meum desideres serio aduentum, indices rogo non diem modo, verum etiam horam, tumque simul sequentes, quas habeo, adferam plagulas impressas. Quodsi haec frustra a me exspectari velis, culpa in Te solum cadet. Alias oportet, vt necessario hasce ferias petam Amstelodamum, hinc commode fieri posset absque vlla suspicione. Dubium me relinquit Boerhaauius, quoniam nullam ex eo habui responsionem, forte non aegre ferret, si occasione quadam arrepta ei de nouo anno gratulaturus responsionem quaererem. Ceterum hae vltimae, quas accipis a me, litterae preces meas ad Te ferunt vltimas, vt cum Tuo, quem veneraris merito, Mecaenate, annum hunc finias laetissime, Tuum vero in me fauorem nunquam, aut non nisi infaustissime. Vale. Dab. Lugd. Bat. MDCCXXXVII VIII. Kal. Jan.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

– Linn Soc., Vol. I: 377—378.

[1] Om formuleringen af dedikationen i *Flora Lapponica* till K. Vetenskaps Societeten i Upsala, se brefvexlingen med O. Celsius i Afd. I: D. 5.

105.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Grates vt Tibi persoluam debitas, cumulata quauis occasione Tui in me fauoris testimonia postulant. Verum haud satis mirari possum, Te nondum bene cognoscere animum meum. Ecquid enim est, quod plus prosequar odio, quam epulas? Annon crederes me Naturae amatorem; eam praecipue ideo semper colere, quod paucis contenta sit Natura. Quodsi scirem me opportuno satis tempore posse Te visitare, periculum faciam et cras hora IXna matutina discedam. Vale, donec Te amplecti queat Tuus totus B.

Lugd. Bat. 736. d. 26. Dec.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 373—374.

106.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Excusabis me tamdiu Tua turbasse negotia, meque simul Tua abusum fere fuisse beneuolentia, interim grates Tibi pro omnibus Tui fauoris testimoniis quae expertus sum abundantissime, persoluo maximas. Wishofium heri compellare non licuit, quia eum non inuenire potui domi, hodie vero inquisivi quidnam vitii a Typographo sit commissum, en ergo totum in plagula transmissa, quod in Indice in litt. C adeo oblique impressa sint nomina, plura ego per Dnum. Sohlberg. non experiri potui, verum caueas, ne perdas hanc plagulam, sed eamdem quantocyus remittas rogo, alias enim duo exemplaria perduntur, eam ob caussam desiderat Wishofius, vt rursus idem imprimatur, licet omnia iam sint absoluta. Quid Tibi faciendum videatur, scribe ad Gronouium rogo. Nomine Dni Sohlbergii: Te etiam atque etiam saluto, qui laborem illum in se suscepit. Quae simul adposita vides, inueni in Tuo exemplari Florae Lappon., ne ea quaeras sollicite, frustra tamen, adsumas transmissa. Valeas et feliciter nouum intres annum, ex animo voueo.

Si Amstelodamum accedas, inquiras numne sint quaedam litterae ad Dnum Sohlberg apud *Kohl* aut Dnum *Albrecht*. *NB*. Wishof exspectat tuum iudicium, an debeat reprimi, nec ne.

vlt. die anni 736. Scripsit tuus I. B. vtinam esset Suecus Ioh. *B*rowallius Tuus[1].

Linn. Soc., Vol. I: 372.

[1] Johan Browallius, se Afd. I: D. 3, s. 325.

107.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

En, quae Tibi indicanda iudico. Rogaui hodie Wishofium, vt Tibi transmitteret aliquot exemplaria[1]. Ille nihil praeterea respondens quaesiuit quotnam desiderares, dixi perinde esse, quotcunque velit, transportari iubeat. Mox misit ad me famulum suum, ex quo percepi, quod omnia iam tradita sint Gronouio et ille me inscio fuit apud Gronouium, qui voluit vt ego eum accederem. Ego ob varias rationes domo exire non volui, hinc scripsi paucas lineas ad Gronouium, quibus significaui Te aliquot desiderasse exemplaria, insimul ei de felici noui anni ingressu gratulans. Is nihil respondit, cum tamen satis honeste scripserim, me non dubitare, quin ipse curaturus sit, vt Tu iusto tempore accipias aliquot Exemplaria. Ast quid fecit Gronouius? post quadrantem horae mittit ad me Wishof et nuntiat, quod Gronouius omnia exemplaria ad ipsum remiserit, desideratque vt ipsi indicare velim locum, quo transferri debeant. Indicaui ipsi libenter locum. Quodsi inuenias quid culpandum in me, ego libenter poenam dabo, licet nihil minus praeuidere potuerim. Retuli simpliciter facta, ex quibus facillime, quid Tibi agendum colligere potueris. Boerhaave valde contentus erat mea gratulatione[2], promisitque se, simulac acceperit responsum mihi indicaturum, laetus ab eo discessi. Vale. 737. die ♄. ⧖. 5ta pomerid. *NB.* intra ⧖ 3^{tiam} et 5^{tam} haec omnia acciderunt[3]. Cura vt valeas.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 385.

Odateradt, men troligen från den 5 Jan. 1737.

[1] Härmed afses den nyss hos Wishof färdigtryckta *Genera plantarum.*
[2] Torde afse nyårsvisiten hos Boerhaave, som Bartsch nämner i bref 104.
[3] ⧖ tecken för hora (timma).

108.

Fautori suo optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Doleo Te tot curis frustraneis excruciari, quas tamen iam diu praeuidere potuisti omnes. Scripsi ego gesta e quibus Tu optime, quid Tibi agendum sit, colligere poteris ipse. Interim venduntur iam tui caracteres et D. Lawson cum D. Sohlbergio loquens valde mirabatur D. Boerhaavium eosdem nondum accepisse, putabatque vix excusari posse, quodsi Boerhaave eos videat, cum ipse nullum adhuc acceperit exemplar[1]. Scribo haec Tibi absque omni dissimulatione. Spero interim quod transmissa a Wishofio exemplaria vel iam acceperis vel propediem sis obtenturus. D. Sohlberg[2] haud delassatur suo labore, quem non dubito fore accuratissimum, habebis indicem paratum, vbi corrigere et mutare poteris pro lubitu: Dubia ei quaedam oborta sunt. 1. quodsi e. g. Graminis nomen in tot §is, quid faciendum. 2. si synonyma eodem ac Tua gaudent nomine, quid tum agendum. 3. Nomina Suecica et Lapponica addet. 4. et ea quae quandoque in obseruationibus siue texto ipso occurrent. En igitur, non est, cur dubites tuum indicem fore perfectissimum. Accepit D. Sohlberg a D. Winter litteras, in quibus D. Winter ipsi refert, quod Boerhaavius iam pridem ipsi obtulerit Spartam Surinamensem, is autem eam accipere noluit. Quaenam signa ex hisce? Quo me fata ducant, sequar. Quodsi Tibi non videatur incongruum, ne dicas me visitasse Te, cum Cramerus inquirit maxime, curiosus satis nec tamen sine ratione sufficiente, is enim sponte sua ante meum discessum proponebat mihi, vt cum illo Te visitarem, hinc ego nemini dixi, quod Te visitauerim. Et praeterea id quoque D. Lawson et Gronouius forte aegre ferrent. Vale. Dab. Lugd. Bat. die ☾ ⧖ 8. 737. 7 Ian.

Iubeas proxime si velis vt Tibi transmittam Tuum exemplar Florae Lapponicae[3]. Vale iterumque vale.

Laetor me non expertum fuisse Tuam indignationem ob illas comoedias cum caracteribus.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
Hartekamp.

by myn Hr Cliffort.

Linn. Soc., Vol. I: 375.

[1] Det otrefliga hade inträffat, att *Genera plantarum*, som var dedicerad till Boerhaave, hade utlämnats i bokhandeln, innan Boerhaave fått något exemplar.

Cl. Sohlberg utarbetade registret till *Flora Lapponica*.

[3] Kan väl endast afse de hittills tryckta arken.

109.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Dnus Sohlberg probe monita Tua circa conficiendum indicem obseruabit, dedisset litteras ad Te, nisi ex metu, Te non responsurum esse, aliam occasionem exspectandam credidisset. Interim cum Wishofio locutus est, ex quo percepit, quod is, vt promiserat, post impressionem exspectauerit octiduum Tua mandata, quo elapso octiduo D. Gronouius ab eo postulauit iussu Tuo illa exemplaria, cui tum tradidit 50, 48 cruda et 2 ligata; postquam vero ex eo ipse tuo mandato desideraui eadem, misit ad Gronouium, qui ipsi illa remisit, is bona fide ea non numerans Tibi transmisit, Ergo iurat se non esse in culpa. X Exemplaria Tibi ergo apud eum adhuc restant[1]. Cramerus[2] iam audiuit Boerhaauium sollicitum esse de quodam Medico Surinamensi, putauitque sibi illam spartam conuenire optime. Quid id denuntiat? An forte posset per Gronouium experiri a Boerhaauio me eam petiisse? Sed spero retardationem Cramero propriam et hic omnem metum eximere posse. Boerhaauius fere quotidie operis Swammerdammiani in lectionibus suis facit mentionem, dixitque non putandum, vt vulgo dicunt, hoc pedantismum sapere, eiusmodi inquirere arcana, cum inde in rem Medicam deriuari queant infinita bona. Fateor interim me desiderare iam fere vsque ad fastidium Boerhaauii responsionem. De iis quae pro futura Comoedia Dno Sohlbergio committere voluisti, refero, eum proxima data occasione actus primi scenam primam inchoaturum.

Vale. Dab. Lugd. Bat. 737. d. 10. Ian.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 376.

[1] Här talas också liksom i föregående bref om *Genera plantarum.*
[2] Jan Swammerdam, se Afd. I: D. 2, s. 43, not 3.

110.

VIRO
Excellentissimo, Experientissimo
DIOSCORIDI IIdo[1]
Maecenati suo omnium certissimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Ecquid cogitas? nonne cum ratione sufficienti crederes me mente captum; annon iure summo adfirmares, non alere terram vllum, qui me vinceret ingrato animo; numne iuste reiiceres eum, qui ne verbulum respondet ad litteras Tuas, sed dicam rectius, qui ne minimas Tibi pro tantis beneficiis reddit grates. En hominem, quo peior certe non datur, et cum eo Tibi est res? Verum liceat et verbulo caussam meam agere. Scisne, Vir Excellentissime, ast quid hoc? Scisne, Fautor Optime, quid boni praestiteris? Certissime iuro per Te, quem amo maxime, iuro Te nescire quid boni praestiteris. Tu forsan putas me loqui de itinere meo, aut de sparta Surinamensi. Quantum vero abest, Tibi vero debeo vitam, ne putes me delirare, Tibi debeo plus quam vitam, quid hoc? mentem sanam in corpore sano. Obtestor Deum T. O. M. me sine blandimentis dicere verissima. Non crederes Te me eripuisse ex miserrimo statu. Visne, vt haec demonstrem. Cogita ergo hominem, qui adeo defatigauit vires animae, vt omnia, quae legit, quae sciuit antea, ex memoria deleta inueniat, adeoque cerebrum ipsum iam vacillare videat; cogita hominem mox depictum tot futurorum repraesentationibus obrutum; Cogita eumdem corrumpi febri acuta cum putredine humorum, quam probauit lingua biliosis sordibus eousque obsessa, vt vix quid rubri superfuerit, annon ergo accedens halitus putridus loquebatur bilem in Ventriculo corrumpi; Cogita eumdem caephalalgia cum debilitate corporis summa vexari; Cogita eumdem olim adeo hilarem, nunc prae moestitia infinita ne ferre posse colloquia amicorum, immo quod plus et vitare debere lectionem eorum, quae mox vt notissima ei ab eodem exposci debent. Vidistine unquam magis deplorandum statum, quem ego, sint Deo gratiae actae ex intimis verissimae, sufferre debui, ex quo emersi. Si hisce fidem non habeas, testa-

bitur et D. Sohlberg idem, qui me vidit miserrimum, nec tamen sciuit omne id, quod me fere opressit. Sic ego nolens volens debui omnes abiicere libros, bibi fere nihil praeter ▽ ², nihil metuens plus quam morbos Cerebri. Nonne ergo debeo Tibi vnico plus, quam Ipse nosti. Vtinam aeterni me torquerent cruciatus, si vlla praeterlabatur hora, qua non reminiscerer, quantum debeam Linnaeo. Quid? putasne me posse Tibi persoluere grates debitas? Erras maxime. Cur ego quaererem verba, quae gratam meam testarentur mentem. Ego me totum Tibi trado, Tibi qui mihi reddidisti plus quam vitam. Ah, bone Deus, quid est, cur me ament homines? me? nihil sane ipsemet in me reperio, cur me ipsum amem. Quidnam est, cur Tu, optime Linnaee, mei caussa superos ipsos moneas, Tu peregrinus tanta moliris, vt beneficiis obruas eum, qui omnium minime eadem meretur. Tu toties mei caussa et Boerhaavium ipsum turbas! Tu Boerhaavium adeo excitas, vt ego certissima eius in me fauoris accipiam testimonia. O si abstinuisses, et nunquam de me cogitasses, quoniam nihil fingere possum, quo sopiam turbatum animum, vt ei persuaderem, non delirare tantos Viros, dum me prosequuntur amore. Ecce quantum valeas apud Boerhaavium, Traditis Ipsi litteris Tuis, ille eis perlectis fronte serena me respiciens, quaerensque quo modo valeam, accepto responso meo, me non valere optime, arripit calamum, componit chartam, quidnam cogitasses futurum? Obstupescas mecum! Scribit nomen Dni de Gommelsoyck eiusque domum, iubetque vt eum adeam, simulque quaeram, cur D. Boerhaavio nihil adhuc responsi datum sit ad epistolam suam. Ego iussu D. Boerhaavii comite D. Sohlbergio die ♄ petii Hagam, licet aegrotus. Ille respondit ipse, vt salutarem D. Boerhaavium et se ipsum mirari, Dominos provinciae Surinamensis nondum congregatos fuisse. Debui, quia id mandaverat D. Boerhaave, ipsi reddere responsum. Ergo die ☾ mane, hodie nempe, adibam eum referens haec. En quid ultimum, quod respondit Boerhaavius. An crederes, vix, sed Boerhaavius me dimittens dicit: Sis bono animo, et credas, quod mox acccepturus sis responsionem, nam ego nolo *rem adeo negligenter tractari, cui me immiscui.* Ah utinam possem Tibi haec verba ore tenus dicere, sed eadem cum suauitate, qua eadem protulit Boerhaavius. Dabis ergo veniam, quod non citius responsionem, quod non citius acceperis gratiarum actionem. Eccur non iubes quidquam, quo possem monstrare, quanto ardore Tibi inseruiendi flagrem, si vis, ego quo nihil plus aestimo, consecrarem Tibi tempus totum, quo adhuc me Belgium videbit. Annon potes venire Lugdunum vtinam cras esset dies ♀ quo exspecto Tuum aduentum. Vale, iterumque vale. Vale. Lugd. die ☾

Ego hac hebdomade debeo petere Amstelaedamum.

Linn. Soc., Vol. I: 408—409. Brefvet odateradt, men torde vara från början af år 1737.

[1] Linné blef den 3 Okt. 1736 kallad till medlem med tillnamnet Dioscorides II i Academia Leop.-Car. naturæ curiosorum, som vid denna tid hade sitt säte i Erfurt. Det förefaller utg. antagligt, att Bartsch med denna tillskrift velat lyckönska Linné till utmärkelsen. Och att det dragit ut på tiden, innan utmärkelsen blef bekant i Leiden, kan man bl. a. se däraf, att den svenske studenten Tib. Kjellman, som vid denna tid vistades därstädes, först den 2 Jan. 1737 fick reda på saken af sin och Linnés gode vän Cl. Sohlberg. (Se Kjellmans dagbok i Upsala Universitetsbibliotek, X 386.)

[2] tecken för vatten (aqua).

111.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Sic colloquiis Tuis priuatus redeo ad litteras. Dubia quaedam supersunt in impressa plagula, quam iam corrigo: Ita se habent verba

> Nemo aegre feret *me coniungere Fungos* istos annuos Amanitas et Agaricos perennes, istos qui in petiolo peltatum gerunt pileum, et hos petiolo destitutos et dimidiato pileo gaudentes. Fateor diuisionem istam receptam posse locum habere, quoad vsum et facilitatem dignoscendi a se inuicem hos tam multos, tam infinitos; attamen cum viderim vnam eamdemque speciem ligno insidentem euasisse Agaricum, alterum vero indiuiduum ex eodem semine Amanitam, ex eadem specie, *diuersa constitui genera*[1].
>
> Q. annon hic occurrat contradictio? Annon debeat poni *diuersa non constitui genera.*

II. Dubium omnes Agarici praecedentes et sequentes fuere caulescentes et intermedius quidam occurrit, vbi omissa vox Caulescens; Habet se ita §:

> Agaricus petiolo longo albo tunicato, pileo conuexo albo, maculis albis et croceis adsperso, lamellis albis.
>
> Q. annon poni deberet: Agaricus *caulescens,* petiolo longo[2].

III. Rogo, vt bene perlegas schedulam adpositam, eamque cito remittas.

IV. Indicem auctorum quoque expeto.

Cras forte transmittam impressum titulum vna cum dedicatione, vt de eius habitu externo iudicare queas. Ne aegre feras, me adeo fre-

quentibus defatigare Tuam beneuolentiam litteris, verum et sic forsan Te inuito Tuis animum meum exhilarare studio responsionibus. Vale. Lugd. 737. d. ☿. Nonne Tibi quid constat de methodo, qua plantas viuas suis imprimunt chartae coloribus, ex colloquio percepi, fuisse quemdam qui hocce artificio et quod plus mirum eamdem plantam cum flore quinquies imprimere sciuit. Me vt omnia, sic et haec latent arcana.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
Hartekamp
by myn Hr Cliffort

Linn. Soc., Vol. I: 384.

[1] Se *Flora Lapponica*, s. 353.

[2] Se *Flora Lapponica*, s. 358, § 511.

112.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Quae desiderasti, accipe; plagulam, puta, primam impressam, muta, quae displicent. In Titulo iam mendaui, vt nomen Typographi non ponatur litteris rubris, licet moris sit; pone, quodsi van Schouten videatur id aegre ferre, ostendas ipsi Titulum Instit. Boerhaavii, sed tum forte AMSTELAEDAMI esset rubris imprimendum. Quaecunque videntur, iubeas, inuenies me ad nutum paratissimum semper. *Quaer. 2.* annon praestaret, si carmen Browallianum imprimatur in initio forte post recensionem auctorum, quia id inuenies vbique, euolue Swammerdammium. *Quaer. 3.* in Indice, annon superfluum toties idem repetere nomen, et numeri additi idem efficerent, e. g. *Accipitrina.* 261. 281. 287. cur opus esset ter imprimere idem genus spurium. Limitatum tamen sic volo, vt e. g. Aconitum tuum genus seorsim; tum *Aconitum* 155. 217. ponatur. Comoediae siue scenae primae actum primum iamiam vidi; vtinam praeuenire possim omnes Tragoedias. Fuit quidam, quem nisi me omnia fallant, noui, apud Boerh. desiderans spartam Surinamensem, responsum retulit, eam iam alii Germano obtigisse; vtrum Boerh. me nominauerit, nescio, non tamen id prorsus pernegant, quae expertus sum. Voluere e longinquo, et forte idem ille quoque, me percontari, ast forte eorum astutiae fallendae sufficio; quantum credo, nisi nomen acceperint a Boerh., eum fefelli feliciter. Respice, quaeso, figuram pediculi in Swammerd., an

ibi antennae breuiores capite? Nonne credis me obstupuisse eius inquisitionem in partes pediculi internas. Vtinam vero non adeo frequenter suas *arcanas* celebraret encheireses. Boerh. in Aphor. exponendis hinc inde interspergit exempla de curatione aegrotorum in regionibus calidioribus, immo vel ipsam nominat saepe Americam. Interim ego dubius haereo. Tu, vt spero, transmittes quantocyus et plagulam primam, cum Tuis animaduersionibus et Indicem correctum, responsionesque ad reliqua. Vale. Dab. Lugd. 737. vlt. Ian. 4.

Linn. Soc., Vol. I: 379.

113.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Laetus Tuas, quas hodie ad me dedisti, legi litteras, ast cur non transmiseris, nec plagulam primam impressam, nec Indicem, vtrunque transmisi ad Te die 4 Amstelaedamum. Visne Tu, vt ita mutetur Titulus, prouti hodie a van Schouten ad Typographum missus, iube et fiet tua voluntas. An tua mens firma, vt non rubris typis imprimi debeat nomen van Schouten, et hoc ad iussum Tuum fiet. Verum transmitte citissime et plagulam, quia alias pergere nequeunt, et Indicem. Habes et Tu, ad quae respondere debebis ex Swammerdammio. Vale. 737. d. 2. febr. ♄.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
Hartekamp.

by myn Hr Cliffort.

Linn. Soc., Vol. I: 380.

114.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Accipe, quem desideras, mutatum Titulum ipsius van Schouten, sed hac conditione, vt si possis, vel eadem, qua accepisti, eum transmittas hora. Non spero, perditas esse meas ad Te datas litteras, sed quam anxie desidero responsionem ad illas et vt transmittas plagulam impres-

sam, nec non Indicem, simulque respondeas de carmine Browallii, quem illud occupare debeat locum, in eodem vero haec sunt, circa quae haesito:

1. *lin. 3tia* Urtica, nescio an Urtica, vel quid sit.
2. *In pag. 2da. lin. 5.* an *acris* legitur?
3. — — — — *lin. 13 et 14.* an serio vis haec omittere, nec ne?
4. — — — — *lin. penult.* Multus Adonis non, non *naris?* an naris, ego non percipio mentem.

Ex prolegomenis

§ 20. dicis, Agri apud Nouaccolas pauci etc., vt frigoris *saeuitia per* ∇m^1 *mitescat*, an haec persistere debent?

ex Auth. An unquam citasti Dillenii appendicem sic: *Dill. gen.* vt tamen conscripsisti.

Rupp. *jen. 2.* non adscriptum est a Te.

Quaer. An tua mens, quod editio Lugdunensis Itinerum alpinorum Scheuchzeri inueniatur rarius.

Jam imprimitur[!] in Catalogo auctorum Sueci, ergo vides, quam necessarium sit, vt respondeas cito, attamen attente et ad omnia, nam posthaec occasio calua.

Quaer. annon pro Author. propriis potest poni, Scripta propria.

Quid illud significet in Titulo Florae in fine nempe a van Schouten adscriptum rood, si significat rubrum, tum quidem bene, vt sic ipse iam concedit, quod non debeat suum nomen rubris imprimi litteris. Vale. Die ☉ vespere.

NB. Titulum hunc cum primo folio impresso ne obliuiscaris, vt mox remittas, nam inuito Typographo haec transmisi, et ille me cras mane vrgebit vehementissime. Vale.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
Hartekamp

by myn Hr Cliffort.

Linn. Soc., Vol. I: 419. Troligen skrifvet Söndagen den 3 Febr. 1737.

[1] = aquam.

115.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Si vales bene est. Fui in societate apud D. Lawsonum elapsa die, vbi referebam iusso tuo, Te petiisse Amstelaedamum. Gronouius narrauit se vidisse litteras Dni Scheuchzeri, qui optimam de systemate tuo tulit sententiam, ipsi vero quaedam adhuc a Te discutienda superesse dubia in lapidum dispositione, qua occasione multa de lapidibus locuti sunt, dubitarunt tandem eorum examen non nisi chemicum restare, vt in ordines suos disponerentur, neutiquam autem sufficere in hoc regno qualitates visibiles, quibus obediunt regna reliqua duo. Ego tamen ignarus dubitaui maxime, num iuste, an minus iuste, iudices ipse. Interim certarunt D. Lawsonus et D. Sohlberg 6 Lagenis vini de vocabulo quodam in epistola Boerhauii ad Te data. Swammerdammii vitam summo cum oblectamento perlego, maxime placuit mihi is locus, quo narratur, Patrem ipsi nihil voluisse praebere alimenti amplius, nisi ab eiusmodi nugis, Insectorum puta, examine, disisteret. En Titulum Florae, in quo circa externum habitum, quae Tibi displiceant, moneas, rogo enixe. Corrigas praeterea plagulam, quae exhibet prolegomena. Vtrumque transmitte quantocyus. Vale. Dab. die ☾.

Linn. Soc., Vol. I: 420. Troligen skrifvet Måndagen den 4 Febr. 1737.

116.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Ex prolegom. supersunt haec dubia. § 14. recenses plantas in alpibus Lapponicis nascentes, quae quoque reperiuntur in *Helueticis*, his adnumeras quoque § 88. 89. 115. 283. 291. 355. 359.

In *Spitzbergensibus* § 178. 283.

In *monte Baldo* § 245.

Haec omnia loca reuolue, an sese ita habeant, de reliquis ex citationibus Tuis certus sum.

2. Calculus tuus vix erit verus, aut data falsa.

Hordeum

Maj. 31. serebatur, maturum. Jun. 28
Ergo maturum per nycthemeras 58
(sunt tantum 29)

3. Annon licet p. australiori Europa ponere magis australi.

4. *§ 30.* vbi dicis quibusuis plantis suos fixos esse limites, recenses *n. ζ. Leonus*, qui *Cardiaca* Tournef. Quaer. Annon *Leonurus*?

Doleo praeterea acerbissime, me vix tempus impendere posse legendo Swammerdammio, absolui tamen iucundissimam pediculi historiam. De Araneis quod mouisti dubium, suam forte reperiet responsionem in ipso Swammerdammio. Dno van Royen nebulo quidam auditorum abstulit Radicem Ginseng, nos apud Osterdyckium longe fuimus honestiores. Respondeas, si placet, cito. Vale. die ♂ 737. 5. Febr.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 381.

117.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Ne aegre feras taediosas numero litteras meas. Quaesiui certe cum molestiis summis et non inueni. Superos Acherontaque moui nec tamen inueni quaesitum, an forte in tuis litteris paruulus libellus ab errore loci continetur, vtor eo maxime, et nescio, vbinam reposuerim illum. Si placet eum transmittas ocissime, rogo. Vale. die ♂.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 412. Skrifvet Tisdagen den 5 Febr. 1737.

118.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Vix labitur hora, qua Tibi non molestiam creare audeam maximam taediosis meis litteris. En iam tertiam, quam ad Te do epistolam. Credidi Te die ☉ elapso rediisse Hartekampum, hinc eo misi praecedentes litteras, iam vero post meridiem audiui Te adhuc Amstelaedami commorari, vtinam ocissime transmitteres paruulum illum libellum, quem ex nimia festinatione inclusi in Tua epistola, sane multum interest. Iam transmitto et Catalogum auctorum, in quo in genere habebis, ad quae respondeas.

1. An illud 1mo possit mutari sic: *ch. max.*
   — — 2do — — —: *fol.* simpliciter nempe.
2. Quibusnam litteris debent imprimi, quae sunt in margine sig^{na}. Nom. propria Auctorum, dein eorum praenomina e. g.

Bauh. hist. (in marg.) *Bauhini.* Iohannis.

Quaer. ergo, an 3plex diuersus caracter requiratur. Interim et aulaea Florae Tuae perfecta vides, cum Flora ipsa iam absoluta sit, imprimunt praefationem; cures itaque vt cito habeam prolegomena, prae primis vero illum libellum, quem non dubito me erranti et festinanti manu in Tuis litteris dedisse. Retineas me fere exsilientem prae gaudio, dum lego vitam Swammerdammii, ingratissimi Belgae, qui non maiorem impenderunt curam conseruandis eius praeparatis. Vale, iterumque Vale. Die ♂.

Ne obliuiscaris ad omnia, quae ex Te et praecedentes desiderabunt litterae, vt respondeas accuratissime, posthaec enim occasio calua. Vale.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Amsterdam*

Linn. Soc., Vol. I: 421. Skrifvet den 5 Febr. 1737.

119.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Si vales, bene est. Gratulor de laudibus, quibus Te exornauit Burmannus, laetabar maxime ea legens. Verum properemus ad finem cum Flora Tua. En quae monenda habeo circa Indicem:

1. Achillaea, scribitur cum Æ, et tibi placuit corrigendo transmissum scribere per E. quid ergo verum. § 311.
2. 199. *Alni effigie,* an effigies, vel Effigie?
3. 90. *Anonymos,* an nihil addi debet?
4. 328. *Gramen Tertium,* (Quartum, quintum.) an ita poni debent absque addito nomine auctoris.
5. 321. Graminis fa*cie,* an ita?
6. 280. Leontodon, cur scripsisti in Indice Tuo Leontice?
7. *Muscus quartus, quintus,* an absque addito nomine auctoris?
8. 17. *Schoenus,* cur vt nomen genericum deberet poni,
   2.) an ita scribitur in tuis caracteribus
   3.) An reliqua synonyma in Emendandis adposita quoque ad Indicem referri debent.
9. 345. Sparganium, annon ibi poni debet 345. *345.
10. 134. Statice *montana minor,* an haec addi debent.
11. 226. Trollius, an ita?
12. 306. Virgaurea et Virga aurea, an seorsim poni deberent.
13. 163. Viti affinis an Viti *ideæ* addendum.
14. 243. Annon Sceptrum Carolinum peculiariter quoque citari deberet in Indice; quodsi adfirmares, quaero an vt genus, nempe litteris non cursifis?
15. pag. 250. *Gribegne.* qualis est vox?

Vale. Lugd. 737. d. 11. Febr. ☾

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
Hartekamp.
by myn Hr Cliffort.

Linn. Soc., Vol. I: 382—383.

120.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Mirabar summopere elegantem Tuam obseruationem de Petiueriae an dicam cultore vel destructore pediculo, quid vero de efficacia eiusdem peculiari statuendum, ignorantia mea nihil habet, quod respondeat, cum enim nec odor, nec sapor ullus, vnde ergo iudicabo, an color quid doceat, nescio. Cogitaui tamen Boerhaauium confirmasse ex odore vel foetore vulneris posse quandoque certo concludi de ingestis vulnerati; ast dices id pendere ex mutatis humoribus, cum Tibi vero sit sermo de carne ipsa odorem illum spirante; Vtinam igitur demonstratum sciam partes vel fibras solidas, non vero humores infici; Id interim scio nullam in partis [!] solidis dari putredinem, Ergo nec factorem putredinis. Sed manum de Tabula. An vero planta eadem ingesta mutaret ⊡ [1], et quomodo ratione coloris foetorisque scire vellem. An vnquam adsumpta est ab homine? Laetabar nuperrime, cum audirem dicentem Osterdycnium de Cassia arbore, vtinam coleretur, sed quod plus, vtinam spectaretur a me, an dicam, in America. Verum ad nostra reuertamur

Q. 1. quonam loco Emendanda imprimi debeant, an post vel ante Indicem [2].

Q. 2. Annon plura habeas, quae emendari debent [3].

Q. 3. *§ 17.* scripsisti: *Synonyma excludantur* et legantur, sed tota § excludi forte debet [4].

§ 66. scripsisti *γ.* pro *procumbens*, lege pubescens, Annon est *β*? [5]

(Q. annon *§ 98*, debet Roeda-Winbaer, oe & ae poni?) [6]

§ 222 γ. si deleatur *ab*, an tum sensus [7].

§ 370. δ. annon legitur apud Te Ma*re*gr. an hoc corrigendum? [8]

§ 379. δ. annon linea prima in omnibus exemplaribus male impressa sit, haereo. Et quid tum faciendum? [9]

Circa Tab. explicationes.

Tab. II F. 6. Nonne poni posset: Saxifragæ antecedentis (n. 5) varietas 1. pag. 138 [10].

Tab. III F. 3. Annon poni posset: Ranunculus pigmaeus, antecedentis (n. 2) varietas etc. [11]

Tab. IV. F. 4. litt. d. positum: Fructus, in libro dicitur Pericarpium, excuses me monere eiusmodi minutias[12]. Rudb. versus Suecicos, vt adhuc semel scriptos transmittas rogarem, quia D. Sohlberg, qui Te etiam atque etiam salutatum voluit, dixit, eos nec rite scriptos, nec sic procedere, quia in vltima linea syllaba abundat.

Tab. V. F. 3. litt. d, annon poni deberet d. d.[13]

Tab. VII. ex Scheuchz. Inscriptio, an lin. 2 legitur anhelos, aereosque, 2.) an vicere[14] famem.

Circa Tab. ipsas.

Tab. VIII. an ibi curasti corrigi litt. F, quae bis occurrit.

Tab. VII. F. 2, *z.* Fig. 3, *h.* Fig. 5, *p.* Fig. 6, *f.* Fig. 7, *x.* illae litterae in explicatione Tabulae non occurrunt, forte non opus est[15].

Tab. IV. F. 4 et 5, occurrit *a.* et *b.*, litterae illae superfluae forte[16].

Haec sunt, ad quae vt respondeas, rogo. Cur Boerh. nihil responsi mihi dederit [huc] usque, libentissime quidem scirem[17]. Vale. die ♀

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 393.

[1] Tecken för urin.

Linné har försett detta bref med åtskilliga randanmärkningar som koncept till svar, hvilka här anföras som noter (2—16) till vederbörliga ställen.

[2] In pagina vacua.
[3] Excusas sed perlegem citata.
[4] Non synonymon.
[5] sic erit *β*.
[6] hoc nihil refert.
[7] sic.
[8] etiam ego e.
[9] sic est, possent ambæ repeti.
[10] par: 176. *γ*. 1.
[11] opt[ime].
[12] hoc idem.
[13] bene d. d.
[14] vincere.
[15] illæ literæ indicant esse eandem plantam quæ in Tabula VIII.
[16] a folium radical. b. summitates plantæ.
[17] adire Boerh. vel libellum offerre.

121.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Ad vltimam iam peruentum est plagulam dimidiam, quam cras vice corrigam vltima. Tibi igitur, vt spero, primus de absoluto hoc opere gratulor ex animo. Verum si forte iam poenituisset, Te mihi curam Florae Tuae commisisse, culpa in Te deuoluetur, vtpote bene gnarum, quantum valeant humeri mei, quantum ferre recusent. Ego contentus me, quae potui, praestitisse et quidem fidelissime. Impressionem absolutam vero an laeter an doleam? Eripuitne illa mihi occasionem imposterum tam frequenter, aperteve Tecum colloquendi? An obtulit eadem mihi ansam, vt proposito Tuo fiat satis eo citius? Utinam quae desidero, exopto, essent Tua iussa. Verum quidnam est, quod petam, scisne? vt me liberes, vt me eripias certe ex venenatissimo aequilibrio; tuli, quae mutare nequeo, vt puto, satis diu. Sin adhuc placet, vt per me Floram Tuam Boerhaavio offerendam velis, me iubeas ast quantocyus. Vale. die ♀, ⧖, qua ⊙ obscuratus mihi abstulit lucem, an spem?

Rogauit me quidam Heluetus, annon per semi ⧖ aliquando qua Tibi foret maxime commodum posset videre hortum Cliffortii.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 398. Möjligen skrifvet Tisdagen den 26 Mars 1737.

122.

Fautori suo Optimo
S.
Iohannes Bartsch.

Tibi, et vnico Tibi debeo, eas, quas a Boerhavio accepi litteras, easque acceptissimas. Is callidus digito mihi indicauit ex collegio publico, quod debeam ad eum accedere. Quod plus, exspectauit Boerhavius me

in platea, et tum mecum locutus est, simulque mihi domum dedit epistolam quam ad ipsum miserunt Societatis Surinamensis possessores. Possem ego iam abire, quandocunque velis, vel possem exspectare responsionem ex Surinamia. Verum si placet respondeas vel verbulo, quid Tibi videatur, idque vero adhuc hodie, notabis apud Wishof. Ego enim cras adire Boerhavium debeo, Ipsique epistolam suam reddere. Expetam ego a Boerhavio, vt possim circa finem sequentis mensis abire; ratio, nolo vt tamdiu me exponam variis ratiociniis in Belgio: non vero citius, vt sequente Septimana examine absoluto interea temporis materiae cuidam elaborandae, quae tamen erit non magni momenti, quia non multum temporis impendere volo, sed reliquum temporis utinam Tuae instructioni dicatum esse posset. Quidnam videtur? Vale. Ego describam epistolam Boerh. quam quocunque placuerit tempore, videre poteris. Vale. die ♂ ⧖. 12.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus
Docteur en Medicine
à
by myn Heer Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 394. Troligen skrifvet Tisdagen den 2 April 1737.

123.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

An Dnus Boerhaave iam vidit hortum Cliffortianum? sic forte recte suspicor, oportet enim vt Tibi agam grates et maximas nomine Boerhaavii pro munere, quod in Te suscepisti desiderio Dni Cliffortii. Fuit et est semper admodum gratiosus Boerhaave erga me, verum scisne, quid me interrogaverit, quandonam Tecum mihi de Systemate Botanico conferre licebit, et an Tu id susceperis in Te. Ad prius respondi, me nescire tempus; ad posterius respondi adfirmando. Ille rursus ergo dixit, poteris ad D. Linnaeum scribere omni bihorio per scapham, ne vero obliuiscaris, vt eum salutes meo nomine. En quanto fauore Te complectatur et hinc quoque me Venerandus Boerhaave. Simulque pro Flora Lapp. Tibi plurimas debeo eius nomine reddere grates[1]. Sic feci, quae

iussit Boerhaavius. Vtinam fuissem die ☾ Lugduni. Scisne iam me fuisse elapso die ♄ *NB.* ⧖ 8 1/2 vespertina apud Boerhaavium. Vale. die ♃ ⧖ 12.

D. Sohlberg Te salutat etiam atque etiam.

Gratias accipe ex me plurimas, pro iis, quae mihi obtulisti, Florae Lapp. exemplaribus. Vale.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
Hartekamp

by myn Hr Cliffort

Linn. Soc., Vol. I: 413—414. Troligen skrifvet Torsdagen den 4 April 1737. Linné skrifver till Haller den 3 April: »Flora Lapponica hac hebdomade absoluta fuit». Floran var således färdig vid veckans början.

[1] Om Boerhaaves exemplar af Flora Lapponica, se N. Wille, *En Linnérelikvie* (Nord. Tidskr., Stockholm, 1907).

124.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Quam concepi de accipienda Flora Lapponica spem me fefellisse hactenus doleo summopere, contentus interim quod nouerim non nisi Bibliopolam illum in culpa esse. Si cedant, vt proposui, omnia ex voto, ego perendie adibo D. van Royen, rogaturus eius Tentamen. Vtinam iam absoluissem examen. Eo absoluto credas Tibi me futurum molestissimum, quia Te eousque defatigabo precibus, vt velis nolis Tua instructione me dignum censere debeas in quacunque rerum scientia. Quid enim est, cur tanta ausus sim in me suscipere, et certissime periculum facio haud paruum, credas enim iam longe aliter se habere rem, ac eam prima vice propositam expertus Tecum sum. Desisterem certo certius a proposito, nisi me plane singularis, et nescio, qualis in naturalem historiam traheret amor. Licet audacter susceperim Boerhaavii propositum, nisi tamen Tua instructione ante discessum mihi frui liceat, me dimitteres sane misserrimum, minimeque omnium contentum. Credas me nec certum esse de itinere absque impensis propriis faciundo, nec de

stipendio initio proposito. Ego nihilominus spe et promissis Boerhavii innixus suscepi rem certe incertam. Scripsit ille iam praeterita die ☿ ad societatem me circa finem mensis sequentis fore paratum ad discessum. Vale, terque quaterque Vale. die ☾.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
Son Logis.

Linn. Soc., Vol. I: 397. Troligen skrifvet Måndagen den 8 April 1737.

125.

Fautori suo Optimo
S.

Ioannes Bartsch.

Quaerisne, quid responderit Boerhaave; egit grates quam maximas pro Tua beneuolentia; mihi vero respondit, cum ipsi ad quaestionem eius; quid vellem per mensem illum in Belgio facere; ego respondi, volo Tua vi promissorum Tuorum uti instructione in historia naturali; tum laetus respondit D. Boerhaave; quam optime. Jussit idem, vt hodie post meridiem eum accedam, et paratas ab eo epistolas acciperem ad Procuratores societatis notae, et dixit, me posse, quandocunque placuerit, petere Amstelaedamum. Tuum ergo erit, vt iubeas, quandocunque cum recentissime facto et adhuc fumante candidato Tibi vel verbulum loqui placeat; Hucusque omnia bene processerunt, et nemo scit me iam omnia perpessum examina, si placet igitur, nec Tu vlli dicas[1]. Memento bene promissae Tuae ante discessum meum instructionis et habebis aeternas aeternas [!] gratias in secula seculorum. Amen.

Gronouius plane singulari et extraordinario fauore me amplexus est, obtulit mihi ipse semina Zeylanica, quid hoc sibi vult? Quid mihi faciendum cum reliquis Florae Tuae exemplaribus, ego nihil dixi Gronouio, quod restent in Angliam mittenda apud me. Reliqua distribui, sed cuinam illa tradenda, quibus nulla adscripta sunt nomina? Septimana futura ego certissime petam Amstelaedamum. Cras ad Kadwickum. Vtinam responderes quidquam, idque mox. Vale, ter Vale. die ♄

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 395—396. Troligen skrifvet Lördagen den 13 April 1737.

[1] Universitetsbibliotekarien i Leiden Dr. S. G. DE VRIES har välvilligt meddelat följande utdrag ur därvarande Medicinska fakultets Acta rörande Bartsch's medicine kandidatexamen: »1737, 13 April. Joannes Bartsch Regiom. Borussus, in tentamine, examine, interpretatione et defensione Aph. 52 et 53. Sect. V. meruit facultatem gradum Doctoratus capiendi cum omni honore». I kanten står: »Prom. 6 Aug. 1737.»

126.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Quum Tuo mihi vix frui datur colloquio, ego interim eam, qua ex Tua mihi uti licet beneuolentia, praetermittere occasionem nefas duco. Vereor autem, ne nimis Te meis, quas proponam, defatigem quaestionibus; putabis quidem eas maxima ex parte vilissimas, quod lubens concedo, Tui respectu eas nullius fore momenti, sed credas me nunquam quid vel minimum scire, aut id mihi cognitum me credere, nisi distinctam eiusdem habeam ideam, vt respondere possim, cur hoc sic et non aliter vocare cogar, et quo modo hoc ab aliis similibus distinguere debeam. Contineas risum, si vel notissima mihi pronuntiem ignota, vix enim mè illis cum quadam animi tranquillitate adsociare queo, qui quacunque contenti responsione mox se rem comprehendere adsueuerant. Quodsi igitur placeat, ego per litteras id ex Te extorquere conabor, quod ore tenus haud obtinere possum, cum autem nihil dignius sciam, quam vt eo adnitar, quo Te Tuaque, quae in Hist. Nat. praestitisti, intelligam, iisque intellectis vel inuidiae ipsi data occasione os obturare possim, Tuam mihi concessionem exspectandam esse credo

Q. 1. Ex quonam fundamento Radices in 3 classes distinguis.
Figuram eo nihil conferre disco ex Tua subdivisione, quod saepe figura sit varia; quid ergo?

Q. 2. Bulbosam aggregatam quo modo distinguis a Radice tuberosa in genere?

Q. 3. Bulbosam solidam radicem quam dicis?

Q. 4. Bulbosam duplicatam quo modo distinguis a tuberosa sessili radice?

Quodsi putes haec esse leuissima, en facillimam probationem contrarii; quo modo alias, si strictae forent vocum determinationes. Tournef. Radicem Orchidis posset vocare carnosam, quam Tu dicis bulbosam duplicatam; quo modo contingere posset, si claram rei ideam haberent, eiusmodi ridiculas ut darent definitiones, quarum specimina admireris mecum ex Professore:

Si radices *bulbi* speciem referunt, dicuntur *Bulbosae.*

An quis iam scit, quid sit radix bulbosa.

Si Bulbi in *Tubera maiora* colliguntur, radicibus fere lignosis adpensa, tum vocantur *Tuberosae.* An hoc est incognitum ex magis notis determinare?

Q. 5. Quid illud est situ alternare et opponi, quo caractere (per F. B. 86) corollam a perianthio dignoscere queo[1].

Q. 6. Cur id (F. B. 124) opponitur; prolificatio florum simplicium *ex pistillo*, aggregatorum vero *e Receptaculo* fit; Annon et in aggregatis pistillum absoluit prolificationem?

α. *Acetosam* vulgarem, quantum potui examinaui, vidi perianthium trifidum reflexum, Corollam 3petalam, post illa vidi pallulas, quarum centra erant rubra, radii vero albicantes, et eiusmodi tres, quas quia semini adfixa vidi, concludebam esse pistilla, sed nulla inueni stamina; utinam viderem marem.

β. In *Lamio* labium inferius trifidum non video, annon id quoque serratum est; Sed quid id in collo tubi cylindrici interius ♂ circa *a* non cohaeret, ubi arcte amplectitur stilus, et exterius conspicio lineam introtrusam ⌇, quae nota intropressionis in spina dorsi non est, sub qua interius latet stilus.

γ. In *Cypero* vidi feminas, sed quo modo ibi fit fecundatio, dum stili extra spicam propendent cum stigmatibus

δ. In *Ornithogalo* ea fulcra vaga cur dicis, cur non spathas, nonne sunt calicis membranacei species, quia a latere secundum longitudinem dehiscunt. (per defin. Spathae ex M. C. p. 10)[2].

Ne vero prima vice nimis abutar Tua patientia, exspectabo Tua responsa, quae tempori vt parcas, tantum notes ad quaest. n. 1. 2., vel ad *α. β.* Simulque exspecto, quam rogo humanissime, veniam, vt ad minimum omni triduo Tibi meis quaestionibus molestum me esse patiaris. Quod ad nouam editionem Tab. tuae de Regno Vegetab. attinet, cum

eam vix videre potero, permittas, ut rogem, vt schedulam adpositam cum Tuis notatis conferas, quod si

1.) plura habeas *genera*; aut

2.) alio *ordine*; aut

3.) sub aliis *subdiuisionibus;* ea vt correcta ad marginem tantum notata in ea schedula beneuole transmittas, oro obtestor. Vendere volunt *Raji historiam plant.* in Fol. an iudicas eam mihi necessariam? Quodsi me quacunque in re uti posses, inuenies me semper ad nutum Tuum quam paratissimum. Vale.

NB. Vt audio, vult D. Lawson crastinas excursiones ad praedium Cliffortii dirigere; dixi, vt præviso eo, facere queas, quid velis.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus
Docteur en Medecine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 391–392.

Brefven Nr 126–138 ha ej kunnat närmare dateras. De flesta torde tillhöra tiden slutet af April till Augusti 1737; ett och annat möjligen tiden efter den 6 Augusti. Ordningen brefven emellan är ej heller så säker.

[1] F. B. = Linnés *Fundamenta botanica* (Amsterd. 1736).
[2] M. C. = Linnés *Musa Cliffortiana* (Lugd. Bat. 1736).

127.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Accipe quas Tibi reddo lubentissimus, grates summas pro responsionibus Tuis ad mea quaesita, quibus admodum contentus sum, simulque vidi aequiuocam prolificationis vocem me detinuisse hactenus, quod Tuam mentem percipere, vt optaui, non potui, quod probe iam intelligo. Domino Cliffortio me etiam atque etiam commendes, rogo; locutus sum cum Bibliopola de Indice desiderato, qui promisit, sese examinaturum omnia, vtrum habeat Indicem Indicis solum, nec ne, ego interim eum vrgebo, vt quantocyus, si solum habeat, eum transmittere possem, promisit se cras mihi responsurum. Cur Kramerus non secum sumserit Exemplaria Florae

nescio, nam semi ⧖ ante eius discessum eadem ad eum misi, forte eius ancilla in culpa, quod ipsi non statim ea dederit, reliquum nescio. Dnus van Royen circa finem suorum prolegomenorum Tuum Systema admodum laudauit, dixitque se cum admiratione vidisse, quod hactenus non credidit, ea omnia exacte obtinere, attamen non posse secundum systema Tuum Botanicen in horto doceri, quia id lynceos requirit oculos; sic vanam in re non experta inuenire voluit excusationem. Non potui ipse eius lectioni interesse, quia die ☾ ob iter pedestre die ☉ praemissum nimis diuturno somno detentus fui.

Laetor summopere, cum heri D. Boerhaave a Principe Polon. Scorturinsky accepit responsum, eamque spartam sane ditissimam et illustrem contulit eidem, quem ipsi commendare ausus fui.

Quantum solamen mihi misero dedit dies ☉, cum expertus sim me socios habere meae in Botanicis inscitiae; adeo vt quidam dixerit, se putasse hactenus quod quid sciret in Botanicis; sed iam se scire, quod sciat nihil. Quanta turbatio hactenus exagitauit meum animum, dum vidi me tam multa in Botan. ignorare, en et alios, quos forte inflauit iam ea parua, quam sibi imaginati fuere, scientia, socios meos. Vidi eos constituere mecum vnam classem, in qua vero duos ordines die ☉ per experientiam constituere potui. 1. qui plane illa nec addiscere volunt; 2. qui libenter, et alii adhuc qui auide ea addiscere optant. Continuabo ergo meas quaestiones:

1. quo modo F. B. § 80. intelligere debeo, cum Calix et Corolla, nec ad genitalia, nec ad partem plantae referri possunt.
2. Iam probe scio, quid sit radix Bulbosa et Tuberosa, sed cum Tuberosa et Fibrosa vtraque sub corde ponatur, ego non scio bene quid *Fibrosa* sit; si nempe fundamentum distinctionis inter Radices constituat situs relatiuus ad cor.
3. Ego peterem definitiones de partibus plantae generalibus cum nesciam quid Truncus, folia vel fulcra sint in muscis, in Lichenibus.
4. Caules aculeatos, vt in Araliastro, an refers ad caules hispidos, an noua subdiuisio fiere debet, aut tantum gradu differt ab hispido.
5. Quid caulis compositus distichus.
6. Quid — — — subdiuisus.
7. Culmus articulatus facit peculiarem speciem, ego putaui omnem Culmum articulatum esse debere, ergo eripias me ex eo errore.
8. Quid culmus squamosus? Annon forte re ipsa est ipse bulbus, vt in Musa, quod mihi iam non videtur paradoxon, cum semel Tuam definitionem bulbosæ adsumserim radicis. Sed iam monet discessus

equi publici. Ergo Valeas. mox plura habebis. si placet, respondeas ad haec.

In *Lamio* notaui locum punctis nigris, examines Tu, totam illam lineam, quae in spina dorsi solummodo deficit.

Linn. Soc., Vol. I: 388.

128.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Tuum ad meas litteras responsum frustra hactenus exspectaui, optans summopere, vt culpa Tui silentii non forte deuoluatur in me. De indice Boerhaauii hoc habeas a Bibliopola responsum, quod nihil nisi vltimum eius habeat folium, hinc illum seorsim vendere vix posse, ne residua quae seruat Exemplaria reddantur incompleta, hinc ipsi inutilia.

1. Cum Tetrandriae Monogyn. ciues disponere vellem, maxime me offendit subdiuisio 2da et 3^{tia} in Tab. Tuis. Attamen addiscere volebam ex Boerh., quid sint stellatae Raji, vt scirem, quam ob causam deberem plantam, quae mihi occurreret, eo reponere. Inueni defin. hanc:

> In illis est Flos hermaphroditus, nudus, monopetalus, ouarii apici innatus, absque caliculo, parte inferiori vtcunque tubulosus, superiori quadrifariam in IV. segmenta acuta stellatim expansa profunde sectus, raro in quinque, part. 1. p. 147.

Contra eam obiicio: 1) non inueni in Tuis, quae in Tab. ad stellatas retulisti, generibus, Florem nudum; ratio in Caracteribus ear. datur et Calix et Corolla.

2.) Nonne sufficeret consideratio floris; cur ergo ad Rajum confugiendum, vt situm relatiuum ad Ouarii apicem examines.

3.) Non inuenio esse flores imperfectos, probo: Quia in Caracteribus Tuis eis omnibus tribuitur Calix.

Vt ergo eis me eriperem angustiis, ignorans quid sint stellatae R:, cepi consilium, annon possem ex Tuis generum illorum caracteribus ex flore inuenire subdiuisiones Ordinis, quantum in illis solatii inuenerim, iudices ipse ex adposita schedula; et si male egerim, aut errauerim, Tuas correctiones exopto.

2. Quidnam Tibi dicitur *Polygamia aequalis*, quem Terminum non explicuisti, licet reliquas Polygam. species definiueris.
3. Non adeo contentus sum Tecum, quod male mihi permiseris vocare rem nomine minus recto, cur enim, dum dixi ad peripheriam tui auditorii virentis in praedio, id est Corallium, cur, inquam, me non correxisti? cum iam scio, quod sit Isis. Immo in eodem loco annon forte Madreporam nominaui, quae tamen est Cellepora. Hoc imposterum euites, rogo humanissime, quo enim plus me corrigis, eo maiorem in me excitas amorem.
4. Ubinam quamdam, sed bonam de Xylo. Indorum reperire possum relationem.

Nolo iam plura adferre, ne Te obruam nimis, exspectans tam ad *haec* quam ad *praecedentia de die* ♂ Tuas responsiones, nec non de *Indice Boerhaauii* mandatum Dom. Cliffortii, cui me etiam atque etiam commendes, quidnam faciendum velit. Valeas.

die 4.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus
Docteur en Medicine
à
Hartekamp.

by myn Hr Cliffort.

Linn. Soc., Vol. I: 387.

129.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Percepi haud ita pridem ex Gallo quodam, Doctore Med., quod quidam Monspeliensis systema quoddam morborum condiderit, idque ad D. Boerhaauium transmiserit, vt eius obtineret iudicium; idem et systema Botan. et pro insectis confecit, quod vltimum ad Reaumurium misit, curaui et rogaui, vt transportandum curet eius Exemplar, vt et Tibi illud, qualecunque sit, haud maneat ignotum.

Non faciam ceremonias, sed impudenter Tibi furabor tempus, sperans die ☉ aliquanto minorem Tibi futurum laborem.

1. Didici ex Te *culmum* esse eam speciem trunci, quae concaua et articulata. Cum vero ex vltima Tua responsione intellexerim Scirpum

esse culmum, nec tamen eumdem articulatum, ergo male percepi Tuam mentem, sic, vt concludam articulatum ex defin. Culmi generali deleri debere. Verum, quid tum remanebit pro caractere Culmi?

2. Definit. missam de *Polygam. aequali* cum pace Tua remittam, scripsisti: Vbi matrimonia plurima in eodem thalamo, omnes mares propriis vxoribus adscripti; seu Flosculi Hermaph. *omnes* in commun calice. Ergo et flosculi in radio sunt Hermaph., quia *omnes*. Si hoc, Ergo non est Polygamiae species, (per defin. Tuam de Polygamia in genere in Tab. Tuae pag. prima, post diuisionem classium.) sed vera Tua Monogamia. (vid. ibidem). Quoniam autem mutasti haec, oportet Te iam aliam ideam sub nomine *Monogamiae* habere, quam ante hac, vtinam eadem excitetur et in me.

   De reliquis responsionibus admodum contentus sum summasque Tibi pro iisdem reddo grates.

3. Quidnam intelligis Tu per *diuersas formas*, quae dant species; et per diuersas *constructas fructificationes*, quae dant genera; Vt (F. B. § 157. 159) vt [!] sciam quid genus, quid speciem constituere debeat.
4. Ex eiusdem speciei semine quo modo diuersae produci possunt plantae (F. B. § 158.)? An inde debeo et possum scire plantam propositam esse variationem, et non constituere speciem?
5. Caulis simplex integer nudus, quo modo is differt a scapo? tum enim quoque nihil habebit et sustinebit, quam fructificationem.
6. De *duobus pistillis* Ribesii incertus sum.
7. *Morinam* posueram male ad Diandr. Monogyn. Fl. irreg. angiosp. cum sit Gymnosp. ex Caract., dum fidem adhibui Tab. Tuae, et non caracterem euolui, posthac me non fallet deceptrix illa Tabula, cuius editio noua quam necessaria!! cum vel ipsa signa † et * sint infidelia, dum alium sensum habent in Caract., alium in Tab.

Nieuhof itinerarium Chinense et Lobelium accepi pro vilissimo pretio, singulum pro 1. floreno. Ex priori vidi, quod putent in India Occid. non esse veram, sed spuriam Radicem Chinae, forte vero non.

Vale. die ♄.

Linn. Soc., Vol. I: 389.

130.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Non aegre feras, me per tantum temporis intervallum Te nullis onerasse quaestionibus, non ideo factum, quasi iam omnia me scire crederim, sed quia pluribus intentum me voluit tempus. Nec sic tamen, vt mihi proposui, negotia mea ex voto prosequi et finire possum, quia quae nosti finire erat animus, vt postea eo liberior iam vitam Americanam hic inchoare possem. En vocauit me D. Boerhaauius ex vniuersa auditorum suorum frequentia, quod nescio quo me suffundebat rubore, et sic eius propositum plane inuertit et turbat mea negotia, quid enim? praelegit mihi epistolam societatis sane quam honestissimam, et iam criticus dies erit dies ☿; quare ex eius mandatis oportet, vt cras petam Amstelodamum, vt antea cum eo loquar, qui promisit se mihi daturum in omnibus instructionem req[ui]sitam. Ego postulabo adhuc quatuor 7manas, et sic ad minimum duas Tibi, si Tua essent absoluta, vel si non, si Tuae id permittent occupationes, meis quaestionibus et infinito desiderio discendi eripiam. Salutes multoties Dnum Cliffortium meo nomine. Te salutat D. Sohlberg, qui Tecum colloqui desiderauit diu. Si scirem me non inopportuno tempore accedere, ego per ½ ⧖ ex scapha forte exirem, vt Te exosculari possem. Vale.

D. Boerhaauius erat extra ordinarie et nimis erga me beneuolus. Vale. Si placet, notabis mihi locum, vbi quid de Sideroxylo legere queam boni, posset enim quemdam locum habere in inutili, quam sane cogor conscribere, disp.

die ☾ . vesperi

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Clifford *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 386.

131.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Vereor ne discordia Tuae et meae ad interrogationes aliquas excitet rei hactenus sepultae suspicionem. Sciunt enim omnes me exiuisse ex scapha in hortum Cliffortianum, quod innotuit per Gallum quemdam, qui eadem scapha mecum vehebatur. Multi ergo me tentarunt suis interrogationibus, nemo vero plus quam D. Lawsonus procul dubio a Cramero incitatus, dixi ergo me fuisse *per 3 dies* Hartecampi, et sollicite D. Lawsonus quaerebat, num Dnus Cliffort fuerit ibi, tum respondi D. Cliffort ibi fuisse *per unum diem.* Haec tantum, ut scias, volui indicare, ne forte Te excipiant alii, antequam mecum locutus sis et sic Tu ipse nescius proderes rem. Excruciat enim multos forte inuidia qua mihi Tuum singularem fauorem et amorem inuident. Plurima habeo, de quibus Tecum loqui debeam. Vale. die 2 hora 4ta.

Elapsus sum per omnes dies D. Lawsono, hodie certe non potui, quia ille peculiari studio me discedentem ex collegio D. Boerhavii exspectabat, simulque interrogabat, num viderim Musam florentem[1], ego debui respondere adfirmando, quia paruus ille Heluetus, qui Tecum in praedio locutus, id iam multis dixerat, et sic procul dubio et D. Gronouio

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc. Vol. I: 390.

[1] Redan föregående år hade Linné »genom klok uträchning» lyckats få »den sköna *Musa*» [pisangen] att för första gången blomma i Holland. Äfven 1737 blommade den vid Hartekamp. Enligt ett bref till Haller började dess blomning redan den 3 April.

132.

Fautori suo Colendo
S. P.

Ioannes Bartsch.

En quas Tibi, vt perlegas, transmitto philyras, exspectans summa cum auiditate totius operis vltimas[1]. Anceps haereo, num Tibi adeo frequentibus molestus esse auderem quaestionibus. Accepi plantam titulo Ficoideae, cuius an classem, vel ordinem examine iusto adsequi possim, summopere dubito, ad singula, pace Tua, genicula dicam duos video flores, de nonnullis persuasus esse hermaphroditos, vix vero de omnibus; de eo certissimus, quod ad Polyandriam specimen meum non pertineat; Quid ergo? pertinetne rursus ad monstra; quaero itaque quinam Tibi sint caracteres monstrosae plantae, et cur Natura in producendis monstris regni vegetabilis adeo fertilis, immo fertilior quam in regno animali. Myricam marem adquisiui facile, ast feminam Flora Lugdunensis, quam mihi adire datur, non colit. Verum et de aliis quaedam mihi ex Tua beneuolentia rogare liceat. Ponam Tuum Aphorismum esse verum: Tetradynamia est antiscorbutica. Jam tua thesis: Omnis caussa et unica quidem scorbuti est usus nimius muriae. Ex Boerh. materie med. mihi constitit, Tetradynamiam continere alcalescentes herbas. Ergo concludo, morbum tollere possum augendo caussam morbi; cum hoc ipse negaturus sis necessario quaedam praemissa erit falsa, Boerhauius suam probet, quid itaque supererit?

Corcula illa numerosa Erucarum Boerhauius hodie in lectione publica depinxit.

Vtinam non aegre feres me liberius ratiocinantem. Vale. Dns Gaubius[2] laborat Tertiana.

Linn. Soc., Vol. I: 399.

[1] Härmed afses väl hans under tryckning varande disputation.
[2] Hieronymus David Gaubius, se Afd. I: D. 3, s. 183, not 3.

133.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Debitas Tibi persoluere nequeo gratias, nam obruor fere Tuis Tuae non promeritae in me beneuolentiae testimoniis. Vtinam scirem, quo me verterem; ego sane per Deorum omnium exercitum iuro me nunquam in tota mea vita expertum esse eiusmodi vitam tristissimam. Deliro fere ex lectione Boerh. et tamen nunquam satiatus et mecum ipse contentus recedo; Opprimor variis futurorum repraesentationibus, earumque dubiarum copia infinita. Nescio ipse quid velim. Video mihi nimis diu exspectandum fore, ob intolerabilem Typographi tarditatem. Quid ergo? An Te Tuamque implorem Petiueriam. Excusabis rogo maxime, si vllas perturbato vnquam scripsi litteras, has profecto tristissimo. Vale.
die ♂. vesp.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 401—402.

134.

Fautor aestumatissime,

Gratias, quas Tibi debeo, maximas, vix vlli tantas agens, rogo summopere, vt caueas cras ad nos accedens ne Gronouio aut Lawsono vel verbulum dicas de hisce, quia ego Dno Andre[1] qui simul mecum fuit apud Boerhaavium fuit [!] dixi, quod ego litteras ex nostra patria ad illum pertulerim, eum consulendi caussa. Cras Tibi plura dicam, nondum ex Surinamia scribens. Vale. die ☿ I. B.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
chez Mr Cliffort
à
Hartekamp.

Linn. Soc., Vol. I: 403.

[1] Troligen JOHN ANDREW. Se detta band, s. 68.

135.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Maxime miratus fui Tuas litteras, cur non prolixiores quaeris verborum ambages, quibus mihi persuadeas, vt iussa Tua libenter exsequar? Quid, quaeso, haec inter Te et me? Credebam Te iam diu de meo, quo in Te feror, amore conuictum, quid ergo prohibet, quo minus aperte loquaris. Transmittam perlectam plagulam, vt Tuum, si videtur, meis vilissimis licet monitis, adponas calculum. Quaenam sunt illae controversiae, de quibus imprimendis apud Entium [1] nuperrime fecisti mentionem. Anne vidisti tum temporis dissectum cuniculum, qualesnam fuere in eius abdomine vermes? an potus ▽ [2] eo quid contulerit, cum inde iam tres solito citius mortui sint? Tum quaererem ex Te quales colorum permutationes occurrant in Nigris hominibus pro diuerso, quem sibi eligit inflammatio exitu; vix enim mihi persuadere possem, eosdem pro diuerso inflammationis statu in eos animaduerti posse colores, quos Boerhaavius recenset. Collectio insectorum Surinamensium, quam videre non potui, vendita est hodie vltra 100 floren. Vale. Lugd. die ♄.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 410.

[1] ABRAM ENS, se Afd. I: D. 6, s. 50.
[2] potus ▽ = potus aquæ.

136.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Pro litteris Tuis mihi gratissimis, quas possum grates ago summas. Licet dubius desperassem quidnam eligendum, vtrum mihi cras accedendum sit, nec ne, ob frequentiam amicorum, quam exspectat Dnus Cliffort, nihilominus tamen decreui, ne immorigerum me credat Dnus Cliffort Tecum, si ita Tibi videatur, crastina luce post meridiem mihi abeundum fore, ita, vt circa vesperam Te exosculari possem. *NB.* Quodsi vero credas, plus conducere, vt post festum finitum accedam, vel verbulo me crastino mane moneas, exspectabo enim vsque ad tertiam Lugduni; sin vero conueniat, vt accedam, ex silentio Tuo consensum vt concludam permittas. Scias vero totum meum desiderium eo tendere, vt possem laboribus gratissimis in hist. Nat. tempus consumere; minime omnium mihi fore satis, quodsi id obtinere non possem. Illud vero, cum ex Tua pendent, et vnice ex Tua beneuolentia, vt Tua, qua me conaberis satiare, instructione, non mihi solum, sed publico Tuoque nomini inseruire velis, rogo obtestor. Scisne quid ego ante discessum desiderem. Vale. sonat ⧖ Xma. die ♀.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 411.

137.

Fautori Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Oportet, vt referam Tibi me fuisse die ♄ elapso et quidem hora *vespertina* post VIIIam apud Boerhaavium, qui post praelectam mihi epistolam, eamdem tradidit, vt exhiberem eam Directoribus. Non autem

erit consessus Amstelaedami nisi post XIV. dies. Secretarius Societatis ergo promisit se eamdem exhibiturum, qui visa Boerhaavii manu mox se excusauit, quod me non possit retinere ad prandium. Stupefactus admirabar eius blandissimam morum elegantiam. Recedam ergo crastina luce ex hac urbe circa meridiem. Si quid sit, quod habeas, vt imperes, me inuenies paratissimum. Boerhaavius multa mecum illo vesperi loquebatur. et de sumptibus itineris quoque iam non est, quod sollicite curem, sed quomodo quae vellem mihi comparare, necessaria tamen, nescio. Salutat Te Dnus Sohlberg etiam atque etiam. Vale.

Amstelaedami. die ♂ en de Wapen von Overissel.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort. *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 415—416.

138.

Fautori suo Optimo
S. P.

Ioannes Bartsch.

Accessi hora VIII, et iam respondeo. Utinam non fuissem Amstelaedami, loqui potuissem iam Tecum. Verum multa ea sunt, quae referre debeo, si scirem modo ubinam et quando. Si non placet Tibi, forte post IV vel V 7manas non amplius erit occasio. Scriberem plura, sed ⧖ Xma iam auditur, et non exspectat amplius nuntius. Respondeas si placet cras. Vale.

die ☿ ⧖ Xma vespertina.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Cliffort *Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 417—418.

139.

Fautori suo optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Jam eousque peruentum, vt futuro die ♂ absoluam Academica, et me summopere stimulem, vt accelerare queam discessum, quem volente Deo spero certissime futura 7mana circa finem futurum. Verum quantum est, quod me excruciat summopere, certe debita vix soluere potero omnia pro libris, licet non adeo magna, tamen ei, qui aliter nihil retineret, maxima; quid consilii? imploro Te, qui me totum regis, vtinam Tua intercessione iam ex liberalitate D. Cliffortii licet haud promerita exoptare, sperare, accipere possem, vt libere laeteque Lugduno discederem. Futura 7mana D. Boerhaauius me inuitauit in suum praedium, ex quo multa adhuc spero. Vtinam illum seruet Deus in annos Nestoreos! Vtinam laetam exspectare deberem ex Te responsionem, eamque non nimis diu retardatam, horreo enim, quando cogito, me tamdiu retardasse meum abitum. Salutes ter quaterque D. Cliffortium, cui fausta quaevis adprecor ex animo. Vale.

Lugd. die ♀

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Clifford *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 405. Skrifvet Fredagen den 2 Augusti 1737.

140.

Fautori suo Optimo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Fauste iam absolui Academica, *cras* mane adhuc opponentis me fungi oportet officio in disput. Helueti cuiusdam, quem D. Boerhaauius quoque admovit muneri publico. *Die* 4 debeo visitare hortum D. Boerhaauii. Quodsi ergo cras (si non Gronouius cum D. Lawsono esset

apud D. Cliffortium, vel aliis D. Cliffort distractus foret occupationibus) possem visitare Vestram societatem, simulque circa vesperam discedere, ita tamen, ne illud aegre ferat D. Clifford, libenter circa meridiem Lugduno discederem. Hoc commode vtrum fieri posset, exoptata Tua responsio, quam prima, qua poteris, transmittas, scapha, me ut reddat certiorem, rogo. Vale. D. Cliffortium multoties saluta.

D. Sohlberg Tertiana laborans Te salutat.

Die ♂

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine
à
by myn Hr Clifford *Hartekamp*

Linn. Soc., Vol. I: 404. Skrifvet Tisdagen den 6 Augusti 1737 eller samma dag, som Bartsch disputerade för medicine doktorsgrad.

I slutet af disputationen, hvars titel anföres s. 169, finnes en 2 sidor lång gratulationsskrift af Linné, hvilken här nedan anföres.

141.

Viro nobilissimo clarissimoque
IOANNI BARTSCHIO,
Societatis Indiae Occidentalis
apud Surinamenses
Medico Ordinario
cum
Summos in Medicina honores
reportaret.

Magnum, quem hodie viuis diem, Amice Optime, ni maximum, tibi gratulor ex animo, decernunt tibi hodie fata remotissimorum temporum omina. Tibi, qui a teneris, in hos vsque, quibus superbis florentissimos annos, omnes intendisti neruos, vt solida animum tuum instrueres rei Medicæ scientia, hodie offerunt fata iusta præmia, honorisque flores; flores inquam Musarum, in quibus fructus primordium conspicitur, antequam vix explicati sunt flores. His floribus vt gratior magisque coctus & sapidior succedat fructus, en remittunt te in nouum orbem, in calidis Surinamensium

hypocaustis prægnantique terra vt laete aurescat fructus. Sic sub fatorum imperio viuimus mortales! pilas quasi fata habent homines; Te dum proiiciunt in remotissimam Americam, me vero in glacie niueque tectas terras; ambos amicos ex florentissima Musarum sede eiiciunt. O vtinam licuisset, quo tu ibis ire! mihi oblatam spartam, sed desertam tu lætus suscepisti. Sic voluere fata! Fata itaque tibi fausta adprecor, faustum ad Americam aditum! lætam Surinami commorationem! felicem post annos in Europam reditum! redeas tandem felicior Sloaneo, qui, vt solum floreant flores fructumque ferant, relinquis & affines & cognatos & amicos & bona & patriam & Europam & grata omnia. Iste qui fata regit & astra tibi sit viæ dux! Vale Amicorum optime, & dum in loca grata perveneris inque tuas terras viue memor mei, qui viuo memor tui.

Carolus Linnæus.
M. D. & S. A. I. N. C.

Dabam ex Museo Cliffortiano die 10. Jul. 1737.

142.

Fautori suo Optumo
S. P.
Ioannes Bartsch.

Exspectabis forte, Fautor Optume, multas plantas, certe si recentes desiderares, Tibi vltra quinquaginta laetissimus ipso momento et quidem elegantissimas offerrem; ast vt eas Tibi transmittam, ne desideres impraesentiarum, aliter certissime frustulum panis minutissimum ex ipso ore eriperes mihi miserrimo; ne credas, quod soluere possem vel minimam cistulam, vt sileam reliqua. Maledictam saepius lacrimans nominaui horam, qua iter id suscipiendum descreui, non quasi facta fecisse me peniteat, sed quia non cautius mercari didicerim, nam persuasum habeas, quod Amstelodamensibus, quos existimaui Viros fide pietateque clarissimos, omnem meam miseriam, eamque sane longe maximam debeam. Repraesento mihi saepe saepius Tuum iter per Lapponiam, sed Te ter quaterque beatum me vocare oportet, si meum statum cum Tuo praeterito conferam. Tu potuisti Te contra vim frigoris munire, ego vero calorem aestuantis caeli summum vestimentis laneis, ob defectum aliorum perferre debeo et adhuc simulare vitam beatissimam. Tu ha-

buisti aquam, qua sitim explere potuisti; ego vel aquam ipsam, eamque adhuc vermiculis plenam soluere debeo pauperrimus. Tu potuisti laetus cum interprete loca quaeuis peruagari, ego vero solus fame sitique excruciatus spinis horrendis iter denegantibus parca, quae mihi supersunt, lacero vestimenta, solo plantarum ductus amore lacero. Male dixissem saepius illi horae, qua primo Botanices amore occupatus fui, nisi ea sola impraesentiarum mihi solum unicumque praeberet solamen et certe continuum, dum semper quid noui inquirendo semper temporis angustiam, nihil omnino aliud agendum habens, doleam. Quid de praxi mea Tibi sperandum supersit, iudices, dum quidam, quem iam nominare haud volo, putabat vel ipsum M. Boerhaavium parum vel nihil hic locorum praestare posse, quid ergo crederet de discipulo, cum eiusmodi iudicium experiri debeat Praeceptor, facile capis. Malunt certe praxi Molieri, purgationibus, V. S.[1], clysteribus contenti nasutulis et loquacibus Medicastris pro Mannae $\frac{3}{3}\beta^2$ soluere 2. florenos et ad astra auolare, quam praescriptae diaetae rationali sese submittere, quae fata et alius Medicus Iudaeus Boerhaavii discipulus sese diu expertum dolet. Dabit Deus misero tempora, quibus Flora Surinamensis [!] describere poterit, quam constanti patientia eam, quae certe vel duplam mea aetate maiorem facile pessumdaret, perfero miseriam, vtinam meis sese tantum iungerent Tuae lacrimae; summum quod exoptare possem miserrimus, inuenirem solamen; sed dabis veniam, si vel absurdissima, quae potero, pingam in quibusdam nomina, vel quacunque ratione plurima describam, ne vllam iis, qui nequissime et inhonestissime mecum egerunt, praestem vtilitatem, nam maledictum dicerem id momentum, quo Societati quoddam adferrem emolumentum. Debeo certe D. Gronouio summas et infinitas grates pro ea, quam mihi procurauit, epistola commendatitia, alias crede mihi coactus fuissem certissime vltima inspiratione iamdiu finire vitam, hoc fuisset praemium omnium laborum, et honestae paratissimaeque mentis vel summa praestandi. Ast nunc, nisi adferant naues, quas exspectaui, pecunias, descriptionibus ad minimum in iis exactus contentum me esse oportebit, et sic mense Maio vel Iunio discedere, etenim vel ipsa, quam coactus experiri debeo, ne peream fame, beneuolentia quorumdam mihi molestissima hinc saepe vno frustulo panis et vitro aquae per diem contentus esse cogor, Tabaco famem, succo Citri sitim fallens. Examinabis transmissa quam rigorosissime et respondebis citissime, et per binas naues. Si Thermometrum habuissem, quam exactissime potuissem obseruare omnia, nunc vero lacrimas meas ploranti caelo measque miserias lugenti iungere debeo, vt potum inueniam, quo siticulosas papillas linguae demulceam. Si placet, transmissa examines, at rigorosissime, nec Tuo

silentio miseriam meam auge. Cramerum mone millies, ne vel minimum credat vel summis et suavissimis societatis promissis, similia enim fata experti, qui eum in finem Surinamum transmissi fuere, ubi certe plus latet, quam patet, vtinam Tecum eum adhuc exosculari possem. Pudet me, quod tam pauca transmiserim Patrono, cui debeo maxima, ast ad minimum a Te impetrabo veniam, dum enim repositos pro Te flores euoluo, dimidiam sane partem experior deperditam, hinc et reliquos prae moestitia detinui, usque in sequentem mensem, certe fere nihil agendum habeo, quam vt muniam non plantas modo, sed vel me ipsum contra insectorum saevitiam. Quam libentissime Dno van Royen transmisissem nonnulla, ipse nosti, certissime nimis magna, quam vt credas, mea est miseria. Vel ipsa charta tandem mihi deficiet, quam tamen tanta in copia a D. Clifford accepi, dum toties eadem planta reposita, non ipsa modo sed et charta perditur, vtinam dares mihi locum siccum hoc anni tempore. Ipse me lacrimans doleres, si me videres omni miseriarum genere oppressum, fame sitique pereuntem fere, colligens tamen plantas et semina, sane artis est et ipsa semina bona reportare, [dum] fere quouis bihorio vel per integros dies pluit. Sis memor mei, ero usque tui. Vale. Saluta D. Lawsonum, sequenti vice eidem gratias agam pro suo, quo me amplexus est, fauore. Vale. Certe scribendis litteris tantum temporis consumere debeo, iisque moestissimis. Seruaui de industria, quam plurima in posterum. Sarsaeparillam habebo forte et illud semen No. IX ad D. Clifford missum examina, fragrantissimum spirat aroma, florem nondum nactus, vt de aliis non nominatis, quae h. tempore non florebant, semina transmisi. Quod vltimo loco scribo, mihi praecipuum, vt D. Sohlberg millies millenas agas meo nomine grates, fuit mihi in re incerta amicus certissimus et vnicus sane, puta, quod quae ei amicitiae exhibeas testimonia, quasi in me contulisses eadem, me aestimaturum semper. Vale. Vale Amicorum carissime, suauissime.

Dab. Surinami MDCCXXXVIII. VII Kal. Febr.

Utanskrift:

Carissimo suo
Carolo Linnaeo

Linn. Soc., Vol. I: 422—423. Ibid. 424—425 en duplett af detta bref.

[1] = Vini spiritus.
[2] 1/2 uns = 15 gram.

143.

Carissimo Linnaeo
S. P.
$^{a}/_{\omega}$

1. *Melastoma* Car. Lin.

Caracteres generici exacte respondent nisi quod *Stigma* non emarginatum inuenerim, nec an *Peric.* sit Bacca *quinquelocularis*, certo adhuc adfirmare possim, dum fructum nondum maturum viderim, interim baccam inde futuram video, et semina nidulantia inueni[1].

Melastoma, foliis ouato-lanceolatis, crenatis, neruis quinque longitudinalibus, extimis obsoletioribus. Hort. Cliff. p. [162.]

Acinodendron Americanum pentaneuron, foliis crassis hirsutis ad ambitum rarioribus serris, ex Iamaica. Pluk.

Christophoriana Americana etc. Pluk. tab. 159. f. 1. (nisi quod in mea folia sint hirsuta.)[2]

Crescit in campis hoc tempore subhumidis; an in locis siluosis montosis, mihi nondum constat.

Obs. Nerui hic quoque ante apicem coeunt,[3] E. illa nota et in specie H. C. prima, et superflua in specie 2da. (2.) Annon in specie 2da addi deberet, *quotnam* nerui ante apicem coeant[4].

Tournef. retulit eam ad Prosutarias, sed quorsum Boerh., non inueni, respondeas E. pertineret quidem ad Frutices flore rosaceo et fructu baccato, polypyreno.

Descriptiones plantarum non addam, sed alio tempore feliciori, si Deus me ex hisce miseriis eripere voluerit, Tecum communicabo.

2. *Sesamum.* Car. Lin. 966[31]

Quoad caract. genericos desideraui in mea *Perianth.* aequale, cum in mea[5] constanter lacinia superior cauli proxima sit breuior 2.) *Coroll. Tubus*[6] in mea calice fuit breuior. 3.) *Filam.* an setacea dixerim, nescio; quia expeto tuum discrimen,[7] inter setacea, filiformia, et capillaria Filam. 4.) *Stigma* in mea exhibuit lamellas non aequales, ast vnam breuiorem. 5.) Capsula quid *obsolete*[8] quadragena sit; explicatur.

Sesamum, fol. ouato-oblongis, integris. Hort. Cliff. pag. 318.

Mea quoque gaudet fol. integris et oppositis, sed angustis; licet versus basin plantae, quodammodo alterna sint.

Sesami species 1. Boerh.

Ergo officinalis.

Sesamum veterum. Pluk. alm. 344.

Sesamum. Sloani. Cat. pl.[9]

An v[ero] a nigritis seratur, vt putant, nondum adfirmare audeo.

Folia in mea, oblonga, angusta, acuta, venosa, inferiora petiolata, prona parte obscure viridia, supina albidiora, versus apicem breuiora successive, at minus petiolata, et magis opposita.

Fructif. alares, hinc quoque vt folia, opposita ad exortum minimorum pedunculorum, constanter et vbique duas glandulas flauas exhibentes.

Est et apud Nigritas in vsu, reliquis non . . . .[32] Cetera in posterum.

3. *Hypericum.* C. L. [606.]

Ex caracteribus genericis hosce tantum non obseruaui, 1.) *Petala* secundum motum solis rotata, erunt patentia; 2.) *Stigmata* simplicia, in mea erant capitata. Reliquos caracteres conuenire deprehendi.

Hypericum, floribus pentagynis, foliis lanceolatis. Hort. Cliff. p. 380.3.

Lasianthus Gronouii[10].

Ast petala alba non erant, vel nondum alba erant; interne maxime hirsuta, altissime fruticat, et optime, quae notauit D. Linnæus in H. C. p. 380.3. inueni omnia. An semina adsint alata, nondum adfirmarem. Folia serrata vix[11].

? *Hypericum frutescens Canariense multiflorum* Boerh. I. 242,10[33]. (Canariense enim vix obstat.) An vero *Spiraea Boerh.* II. 238.3.

Hypericum s. Androsaemum magnum Canariense, ramosum, copiosis floribus fruticosum. Pluk. alm. 189. Phyt. tab. 302,1. obstat vero Calicis ad Corollam proportio in Icone.

Petala quaedam acumine villoso erant instructa. 2.) Glandulae nectariferae V. oblongae intra singulam columnam staminum, superius leuiter villosae. 3.) Petala externe adhuc erant viridia et dura, an forte color in posterum in album abiturus sit, obseruabo. *Folia* opposita, ouato-acuminata, glabra.

Fructif. alares.

Quam altissime fruticat.

4. *Cassia.* C. L. 347[12].

Quoad Car. genericos *Filam.* et *Anth.* sic obseruaui: *Infimum* erat tenue et *supremum* quoque, reliqua in duas quasi series longitudinales posita, quorum *duo infimo succedentia* longissima et crassissima, *quatuor subsequentia* parum crassitie decrescentia et inter se aequalia, *duo haec excipientia* tenuiora. *Anthera infima* breuissima, *2 subsequentes* crassissime

versus superiora incuruatae, vtrimque bisulcae, longo obliquae truncato apice; *quatuor subsequentes* fere aequales erectae, *tres infimae* retroflexae steriles planae. *Germ.* versus superiora inclinatum.

Cassia Americ. siliquis planis[13]. Plum. Tournef. 619. Quam miserrime species inueniuntur, si a loco, vel a viribus constituantur.

Cassia fol. 4. parium, ouato-lanceolatis rectis, glandula e basi petiolorum. H. Cliff. p. 159.7. Foetor Opii haud magnus.

Numerus parium foliorum valde variat[14], eadem in planta, plerumque nec tamen vbique in supremis petiolis minor numerus parium. 2.) An per extima intelligis supremum par foliorum; in mea folia, quo plus apici adpropinquant, eo sunt maiora. 3.) Petioli ad exortum stipulis subulatis patulis erant instructi. Credidissem initio esse speciem primam H. Cliff. ast (α.) plurima foliorum paria me dubium reliquere; collegi enim, quod vltra VIII. paria hic supponantur, cum numerata in reliquis vsque ad numerum octonarium adscendat. (β.) quod folia non linearia in mea sint.

Adhibetur planta ad Impetiginem a nigritis. Cetera alia vice. Crescit copiosissime.

5. *Rhexia.* C. L. 953[15].

Ex caract. genericis mihi contradicebat *Per.* ore quadridentato, paruo; dum in mea quoad reliqua accuratissime conveniens tubus Per. in ore autem aderant Lacin. 4., lanceolatae, aequales, patentes; (quae post efflorescentiam erectae et conuolutae cernuntur.) 2. *Anth.* quidem oblongae, ast a filam. basi sua declinatae, post surgentes recta; color alternis flauus, alternis subruber.

Reliqua ex Car. gener. exactissime respondent.

Calix in mea pilis stellatis hispidus erat[16].

Plukenet fig. citatam. t. 428. euoluere non possum, quia meum Exemplar tantum 328. continet. Ea, quae tab. 173,4 depingitur, fructus quodammodo repraesentat, ast folia haud conveniunt.

In Horto Cliffort. eam non reperi, quodsi eam non habeat,[17] hic in maxima abundantia occurrit.

6. *Eryngium.* C. L. 199.

Quantum ad car. genericos, in mea Perianth. proprium erat monophyllum quinquepartitum. *Germ.* in Car. dicitur sub Perianth. proprio, quaeritur [?] annon id superfluum, cum iam in *Cal.* descriptione dicatur, quod Germini insideat. Tournef. vocat capitulum, in mea potius spica.

? *Eryng. minus palustre odoratum.* Tournef. 327.

Eryngium latifolium, planum, caule ex viridi pallescente, flore albo. Tournef. 327.

Eryngium, fol. radicalibus oblongis incisis (fere late serratis in mea.) *caule dichotomo, floribus sessilibus.* Hort. Cliff. p. 87,4.

Obs. Caulis et ramus dichotomus, inter singulos Dichotomiae ramos paruus petiolus sustinens vnam spicam obuallatam inuolucro suo partiali, constanti lege.

Annon secundum Boerh. officinale.

Odor eius valde balsamicus.

Apud nigritas admodum aestimata, a nostratibus saepe pedibus conculcatur.

Quodsi dichotomia caulis etc. speciei 4. in quinta specie H. C. excludantur, me illam et non aliam habere speciem conuincor, alias adhuc dubius[18].

7. *Sida.* C. L. 556.

Ex car. gen. *Corollae* descriptionem conuenire nondum adfirmare possum certus, cum petala adhuc semper versus centrum floris obseruauerim inuoluta. Et *stilum* quoque distincte non viderim talem; nec an loculamenta discedendo dehiscant.

Camellia tamen non est, et in generibus reliquis semper Perianth. duplex.

Sida, fol. cordato-oblongis serratis, quinis capsulis bicuspidatis. Hort. Cliff p. 346,3.

Pluken. Fig. si vera est, admodum recedit a mea, vix enim petioli in mea, et pedunculi fructificationum alarium, dimidiam alae suae superant longitudinem.

Fol. *cordato*-oblonga dicenda in mea vix vellem. 2.) An capsulae *quinae* bicuspidatae, nondum adfirmare possum, hoc vero scio indubitato, quod X. sint loculamenta et XX. cuspides.

8. *Argemone.* C. L. 422[19].

Circa Car. gen. noto Spathae defin. datam mutandam. 2.) *Petala* in mea VI. 3.) *Germ.* tetragonum et *Capsulam,* nec non Stigma in multis quadrangularem et *Stig.* 4fidum obseruaui, quid praeualeat, me tempus docebit.

Argemone. H. Cliff. p. 200.

Fundit copiosum succum luteum, fere vt chelidonium.

In omnibus viis et plateis an vrbis vel pagi nostri dicam, decidant alii.

9. *Cal. Spatha particularis* compressa, margine laterali secundum longitudinem dehiscens, densa, rubra, persistens.

Perianth. monophyllum, tubulatum, erectum, *ore* trifido, laciniis obtusis, vna reliquis minore, germini insidens, persistens.

Cor. monopetala, compressa.

Tubus crassus, erectus, longitud. Perianthii, interne villosissimus. *Limbus* quinquefidus, *laciniis 3 exterioribus* tubo duplo longioribus, *quarum 2.* oblongo-obtusae, aequales ex vno latere, *tertia* ex latere altero latior, linearis, ouato-obtusa, concaua. *Duae interiores* laciniae, *quarum illa, quae* dorso suo succumbit 2 prioribus latissima (non expanditur, alias fig. eius describerem.) margine vtrimque fimbriato, vtrimque amplectitur et tegit *quintam, quae* intima lacinia in summitatem angustiorem obtusam decurrens, linearis fere, cui adnatae sunt Antherae.

Stam. Filam. inueni nulla. *Anth.* quasi sacculi duo oblongi, compressi, continentes genituram, inter quarum rimam angustam decurrit stilus.

Pist. Germ. leuiter trigonum, superius latius. *Stilus* filiformis, recte decurrens et penetrans rimam Anth. superiori sua parte.

Stig. planum, semiorbiculare, in summitate Anth., vbi quasi clauo quodam firmiter adfixum erat laciniae Corollae.

Per. trigonum, molle, oblongum, ex angusto in latius surgens, triloculare, triualue.

Sem. plurima, inuoluta membranula quadam alba.

Folia spathacea, vltra dimidium rubra, superius viridia, persistentia.

Spatha particularis fere integre rubra.

Perianth. grate rubrum, initio ore viridi.

Corolla alba, datur et alia vbi Cor. rubra.

Fructif. in spicam crassam oblongam conicam collectae, axi conico crasso albo spiraliter adplicatae.

Folia vaginantia.

Referas si placet ad genus aliquod, ego vix inueni vllum, quod ex descriptis suis caracteribus huic conueniat. Transmisi pro Te flores. Semina plura transmisissem, si eadem inuidiae formicarum eripere potuissem, quae auidissime ea vel ex ipsa planta auferunt, adeo vt pericarpium quasi versus exteriora dehiscens videatur.

Est elegantissimus flos.

Reliqua in posterum, multa in hac notaui. Vtinam haberem Plumierum, fortassis eum saepissime cum maximo oblectamento consulere possem.

10. *Iatropha.* C. L. 721.

Iatropha fol. cordato-angulatis. H. Cliff. 445,3.[20] Circa fructificationes Crotonis et Iatrophae multa mihi videntur obseruanda et monenda. Ast cum feminas florentes nondum examinare potuerim, quoniam iam defloruere atque vegetationes plantarum hic citissime absoluuntur, hac vice ea silentio praeterire malo.

Plurimas iam obseruaui species.

Nigritae eam optime norunt.

Semina transmisi, vtinam scirem, an Dno Cliffortio inseruire possem et seminibus illarum specierum, quae in eius horto descriptae[21].

11. *Eupatorium.* C. L. 638.

Dubius haerebam, vtrum Chrysocoma, an vero Eupatorium sit, examinando car. genericos; ast ob stilum in car. Eupatorii descriptum ceterosque caracteres concludebam Eupatorium esse. Numne pappus plumosus sit, an vero capillaris, nondum adfirmarem certissimus; pluuia enim nimis copiosa examen saepissime impedit.

Eupatorium, caule erecto, fol. oblongo-ouatis integerrimis. H. Cliff. p. 396,7. Pluk. Fig. citata non exhibet folia integerrima.

Mea alte fruticat, et odori fragranti se commendat.

12. *Leonurus.* C. L. 490[22].

Leonurus, fol. ouatis, calicibus Xgonis septemdentatis inaequalibus. H. Cliff. 312,2.

In mea vero *Denticuli* VIII., non VII., dum supremus ex 3. striis coalescat, inaequales tamen.

Folia simplicia, opposita, ouato-lanceolata[23], crenata, petiolata.

Est planta elegantissima et odoris suauissime aromatici, summa in copia vbique occurrens.

Ast, vt Nautarum effugiam nequitiam, cum duplici vice eadem mihi sint scribenda, reliqua breuissimis tantummodo indicabo, alias vix charta et tempus mihi sufficerent, dum breue illud, quod mihi forte hic locorum dabitur commorandi tempus, potius examini et descriptioni plantarum, aliarumque rerum consecrare velim indagini.

13. *Cassia, legumine longo, tereti.* Paria foliorum in petiolis vix constantia dicere possum. Fructus nondum erat maturus penitus, sed mucilago obducens semina flaua, quodummodo incipiebat nigricantem induere colorem, saporis erat dulcissimi. Semina transmisi. Attamen hic locorum haud aestimata.

14. *Cassia, siliquis alatis*[24].

Ne putes, me velle sic species constituere, sed ob temporis angustiam, haec tantum sic transscribo.

Circa stamina eadem, quae superius monui, notabis; lege constantissima.

15. *Lobelia.* C. L. 678.

Filamenta admodum parum inferius erant diuisa, vnde mire mecum lusit planta, antequam classem et ordinem determinare potuerim absque vllo dubio remanente.

Lobelia caule erecto, fol. ouato-lanceolatis crenatis, floribus lateralibus. H. Cliff. p. 426,2[25].

Crenata vero vix, sed margo vterque quasi punctis albis prominens. Flos tamen non caeruleus, ast purpurascens, vnde si adfuissent cordata folia et *corymbus* terminatrix, dixissem speciem H. Cliff. 3tiam. Color autem [?] floris parum apud me valet, si errauerim, haud magnus erit error.

Stigma mire vuluam repraesentabat, vtrimque barbatam.

Lactescit valde, non tamen saporis adeo acris, licet non multum gustare voluerim, gnarus eam non pertinere ad semiflosculosos lactescentes Tournef.

More Surinamensi altissima eleuat caput suum planta, sed et cito deprimitur.

In deserto in aquis crescit laetissime.

Feuillei Rapuntium nondum inueni.

Varia in ea notaui. Habes flores.

16. *Amaryllis.* C. L. 289.

Amaryllis spatha multiflora, genitalibus declinatis, corollis campanulatis aequalibus. H. Cliff. 135,2.

Licet non sine haesitatione, nam quomodo Cor. aequalem et inaequalem distinguas, me fugit, si petala intelligas, interiora tria latitudine sua discrepant ab exterioribus, tum esset species tertia[26].

Crescit ad vias publicas hinc inde. Flores 3. rubri.

17. *Spigelia.* C. L. 903.

Cal. bene.

Cor. bene.

Stam. Filam. V. filiformia erecta, tubo corollae adnata conniuentia parum. *Anth.* paruae, erectae. Ad Filam. exortum quinque eminentiae fere claudentes, ad minimum angustantes tubum.

Pist. Stilus solus si consideretur, non longitudine aequat Tubum. *Stigma* in mea pyramidatum vel conicum.

Per. optime innascuntur peculiari corpori transuersim in fundo Cal. posito.

Receptacula admodum curiosa, in singulo globulo peculiare corpusculum quinque laterum e tenui obliqua basi enascens[27].

Vtinam potuissem euoluere Plumierum, dicerem certo, an sit eius Arapabaca. Saltem ad aliam fructificationem hanc plantam referre iure haud potui.

Transmisi Tibi specimen, iudices ipse.

18. *Tradescantia.* C. L. 277[28].

Figura Pluk. Phyt. tab. 174.4. eam repraesentat perfectissime quoad habitum externum et praecipue quoad inuolucrum spathaceum et flores; Multi caracteres generici quoque respondent, ast numerus staminum et quaedam alia me adhuc dum in dubio detinuere. In Epist. seq. plura.

19. *Tabernaemontana.* C. L. 190[29].

Circa *calicem* et *corollam* quaedam monenda videntur, ast dum non nisi septem examinauerim flores, ea adhucdum silebo.

Tabernaemontana, fol. lanceolatis. H. Cliff. p. 76.

Flos flauus, elegans lactescit.

Folia alterna, ouato-acuminata, vndulata, mollia.

Fructus exactissime a Te descriptos laetabar summopere.

20. *Bannisteria.* C. L. 931.

Non retuli ad Malpighiam, ob Germina et Peric. quae magis accedunt ad Bannisteriam, quamquam in huius caractere generico nullos petalorum vngues inuenerim[30], quas tamen in mea obseruaui.

Tubercula in Calice, sunt glandulae nectariferae oblongae, ad quamuis Perianth. laciniam ad basin nempe earumdem binae, relicta vnica lacinia vacua, adeo, vt tantum VIII. eiusmodi glandulas exhibeat.

Bannisteria fol. ouatis, ramis ramosis etc. H. Cliff. p. 169.1.

Folia subtus villosa vix in mea.

Bene a Te describitur; in posterum plura.

Fata I. B (Ioannis Bannisteri[34]) deploras iure summo, ast quae I. B. (Ioannes Bartsch) experiri cogitur adhuc viuus, vtinam deplorare queat aliquando Flora Surinamensis, vtinam eadem doleat Amicus Optimus, quem ad mortem vsque amabo, Suecus.

Exspectes sequenti naui plura, fructificationes intricatissimas, curiosissimas ex Polygamia inueni. Quanta laetitia decerpebam spadicem vel Psittaci praestantissimos colores superantem, delapsus licet in aquam; ah quanta laetitia hasce Tibi exhibuissem, ast vel vnico spadice tali replere debuissem cistulam singularem, vtinam eam soluere posset Medicus societatis Indicae, tum eum diceres iure summo beatissimum.

Laetissime Ari, Passiflorae, Solani, Capsici, Citri, Cucumeris, Cucurbitae, Psidii, Anacardii, Juncorum, Graminum etc. etc. familia crescit.

Fungos, Muscos, parisiticas omnes plantas O si videres mecum!! Quid de aquaticis dicam. Vtinam modo sufficerem ob temporis angustiam examinandis omnibus.

Exsultat animus, dum desertum omnes sensus reficit deserti ab omnibus, vah exhalationes balsamicas, vapores suauissimos, ast vias pessimas. Mireris mecum me nondum vidisse Carduum, vbi omnia iis re-

pleta credidit Femina; spinas tamen experior exosissimas. Tristes saepe auferunt cogitationes fures nequissimi formicae, summa industria seligentes ex cumulo plantarum in mensa, quam mutuo accepi, depositarum, has, relinquentes alia plantarum genera, summo cum gaudio obseruatae. Muscae lucentes, prouti hic vocantur, pertinent ad Hemiptera. Verum hisce transscribendis abripior fere, vt magis necessaria pessima tamen, quae res domesticas concernunt, negligam. Vale. Vale. Amicorum suauissime, Car. Lin. et pro verissimo summoque, quod expertus sum, amicitiae testimonio, Claud. Sohlbergium eodem, quo me dignatus fuisti, amplectere amore. Vale. Surinami MDCCXXXVIII. VII. Kal. Febr.

Linn. Soc., Vol. I: 426—431.

Linné har i kanten af brefvet skrifvit en mängd anmärkningar, hvilka här anföras såsom noter till vederbörliga ställen (1—30):

[1] determinetur virum Melastomatis Burm. vel Acinodendri Gron. caracter proprius accedat.

[2] folia hispida sunt, sed variat ut puto foliis glabris.

[3] an manifeste et per spatium.

[4] puto nervor. numerum variare.

[5] in mea non.

[6] Faux respondet. (Troligen skrifvet af Bartsch själf. Enligt meddelande af Dr. Jackson).

[7] parum refert.

[8] obtuse.

[9] Sesamum pedunculo inter duas glandulas. Vir. Cliff. 60. dixi cum folior. latitudinem variantem deprehendi.

[10] Petala alba poterit esse varietas.

[11] at sat manifeste in planta a D. Gronouio communicata.

[12] vide corollarium ad Poincianas et Hort. Cliff. 497 cum figura et difficillimum characterem reperies et quam maxime differentes species.

[13] istam non habemus.

[14] Obserues quæso num alia nota ulla character haberi potest specierum quam a fructificatione cum in hortis nostris raro floreat.

[15] duas species habuit Gronouius, character magis ex una quam altera est desumptus.

[16] pili stellati dictitant esse alteram Rhexiam, quos pilos quæso adcurate describas. Si folia ciliata est Pluk. tab. 428, si folia et integerrima est Pluk. 173.

[17] non habet.

[18] nulla alia gerit caule dichotomæ perfecte præter quam 4; quinta vero minime, folia in quarto ouato-oblonga, in quinta ensiformia fere sunt.

[19] Argemone nunc adeo frequens ut ubique in dunis crescat, sed non centesimus flos sex petala producit nec numerum quaternarium partium feminarum.

[20] utinam hos accurate observares.

[21] sic certissime, cum plurimæ tantum siccæ habentur.

[22] variat apud nos ut monitus nunc vidi in speciminibus, crederem tuum numerum magis esse naturalem.

[23] nostra minime lanceolata sunt folia.

[24] cassia 3. Hort. Cliff. 153, in quo loco crescit? est in hybernaculo sat magna, sed numquam floret.

[25] forte erit Lobelia prima, foliis latioribus in loco natali.

[26] ubi petala inter se aequalia sunt, possunt enim tria alterna esse paulo minora, et tamen flos aequalis, modo tria et tria respondeant exacte.

[27] caulis herbaceus (in Spigelia) simplex terminatus foliis quatuor lanceolatis cruciatim positis. Racemi florum simplices terminatrices hæc ex figura Marcgrauii.

[28] an commelina.

[29] flores in his omnibus monstrosi et ego solum siccos.

[30] sunt tamen in plurimis.

---

[31] Siffrorna efter Car. Linn. eller C. L. beteckna släktenas nummer i *Genera plantarum* och *Corollarium gen. pl.*

[32] Något ord här bortslitet.

[33] Boerh. I och II = Boerhaaves *Index alter plantarum quae in Horto acad. Lugd.-Bat. aluntur*, P. 1—2 (Lugd. Bat. 1720).

[34] John Banister, amerikansk naturforskare, född i England, död genom olycksfall under en botanisk exkursion i Virginien 1693. Han har lämnat åtskilliga bidrag till kännedomen om Vestindiens och Virginiens flora och fauna.

Om Bartsch's död får Linné, som då vistas i Stockholm, underrättelse från sina holländska vänner. Så skrifver Gronovius den 11 Nov. 1738: »Tristissimum est fatum illud Bartschii, qui in Surinama paucis diebus antequam navis cum nummis accederet, obiit sic ut nunc omnia cum eo perierint». Och Adrian van Royen säger i sitt bref af den 8 Jan. 1739: »Eximium Bartschium curis et pauperie euectum in Sijrinama periisse non dubito quin jam resciveris».

BASSI, FERDINANDO.

Italiensk naturforskare, medlem af Institutet i Bologna, föreståndare för institutets naturhistoriska museum och för universitetets botaniska trädgård därstädes, född omkr. 1710, död 1774. Han har i Bologna-institutets Commentarii publicerat en hel del afhandlingar i skilda naturvetenskapliga ämnen. Om Bassis botaniska författarskap hänvisas till en uppsats af Auguste Gras, *Note sur l'histoire du genre Bassia* (Paris, Bull. Soc. Bot. de Fr., T. 11, 1864, s. 71—84).

Bref från Linné till honom äro f. n. icke kända; de finnas åtminstone icke i Bassis efterlämnade brefväxling, som förvaras i Universitetsbiblioteket i Bologna.

144.

Clarissimo Sapientissimoque viro
D. Carolo Linnæo Equiti
Botanico Professori amplissimo
S. P. D.
Ferdinandus Bassi.

Mihi gratulor summopere, tibique Naturalis Historiæ Principi plurimas dico, habeoque gratias de tuo non solum erga me favore, et benevolentia, sed etiam quod Ambrosinam novum Plantæ genus a me institutum non contemnas, imo summa tua auctoritate ratum habeas, et comprobes, cujus rei per jucundissimas tuas litteras proximi superioris Decembris datas me certiorem fecisti perhumaniter[1]; verum si quid botanica laude dignum egi, nonne te duce ad id sum agressus! utinam tibi proximus te audire, te consulere possem, etenim non nulla haberem ad rem nostram augendam, ac illustrandam, quæ libenter tecum conferre exoptarem, sed nimis magno locorum intervallo disjuncti sumus, et nimis sero tui ad nos perveniunt beati libri, namque nondum sextam editionem generum Plantarum, et tantum Decadem primam rariorum Plantarum, et secundam editionem Spetierum paucis ab hinc mensibus accepi[2]; eos evolvere libros, et sedulo perlegere vehementer cupio, sed nunc a chemica Analysi nonnullarum thermalium aquarum Agri Bononiensis, quam institui, quæque quam primum publici juris facienda erit, nec non ab amplissimo Museo Bononiensis Instituti scientiarum mihi commisso, cujus et regnum animale, et vegetabile, et lapideum distincte, et accurate disponere, et ordine collocare, nomenque suum singulis rebus rite, et recte tribuere nunc summo labore suscepi, distractus vix ac ne vix quidem mihi aliquid temporis superest, adde Horti Medici rariorum Plantarum nuperrime constituti ab Horto publico botanico distincti, mihi traditi, et nondum commodis satis instructi occupationes, et negotia; verum si quid otii habebo me totum illico tuis eruditissimis libris nuper acceptis dicabo.

Plurima hoc anno ex America, ex Syria, ex Palestina, ex Aegypto ab amicis peregrinatoribus minime tamen botanicis, sed fortuito collecta obtinui semina, quæ quam primum in horto meo medico terris credere curabo, utinam ad rem nostram augendam aliquid novi generis esset, frustra tamen timeo laborare, namque semina sollicitus lecta pene omnia cognovi, et vix unum, et alterum semen mihi omnino ignotum perspexi, sed si non nova genera Plantarum, et tantum novas speties obtinebo,

satis mihi erit, et si aliqua tuis oculis digna erunt, dumodo per te liceat. quam libenter communicabo.

Acta Bononiensia ad octo pervenerunt volumina, non nulla in iis sunt, quæ ad organica fossilia corpora spectant, non nulla ad regnum animale, ad insecta nempe eorumque Historiam, et Anatomen pertinent, non nulla denique ad Botanicam, et pre cæteris Papia Michelii, ut es tu quidem optime suspicatus, ad Lamium Orvalam est revocata, namque nihil aliud est nisi morbosa dicti Lamii varietas in humilioribus, et umbrosis locis proveniens. Hortus publicus bononiensis id aperte declaravit[3]. Illud quoque novum genus ab Arduino institutum, et Corneliæ nomine insignitum a Clarissimo Cajetano Monti ad tuam Ammaniam Bacciferam denuo recte restitutum. Planta enim hæc paludosis Bononiensis agri locis incola, et Herbarii mei, quasi dixerim, senior Planta minime ad novum genus tradenda erat. Omitto Plantarum speties, quas non nulli absque ullo præsertim synonimo plerumque venditant, quæ Plantæ vel varietates tantum sunt, vel ab Auctoribus probe jam erant enunciatæ, et genere ac spetie distinctæ, atque ad summum accuratiore nitioreque[!] definitione ad tuas leges accommodata vix tantum indigebant. Si quis novum genus, vel novas omnino Plantarum speties nunc velit in lucem proferre, necesse est, ut magno instructus sit botanicorum librorum apparatu, librosque antea sedulo pervolvat, et clara mente excogitet, ne inani liberculorum supellectile forum botanicum perperam innundent. Et si res botanica tuis auspiciis tam late, longeque nostra hac ætate prolata sit, et aucta, nihilominus sæpe ab auctoribus ellusi sumus, et numerus Plantarum parcior est, quam vulgo creditur; Sic olim pronunciasti, vir sapientissime, ego vero fateor, aliter olim sentiebam, sed nunc experientia et studio, nec non maxima tua ductus auctoritate sic ego quoque sentio. Vale, vir præclarissime, mihique magni tui nominis obsequentissimo fave.

Dabam Bononiæ ex Museolo meo Idibus Martii An: 1763.

Linn. Soc., Vol. I: 432—433.

[1] Som tillägg till not 2 å sid. 38 må nämnas, att Bassis uppsats om det nya växtsläktet *Ambrosina* äfven ingår i Bologna-institutets *Commentarii*, Vol. 5: P. 1, 1767. Linné ändrade namnet till *Ambrosinia*.

[2] *Genera plantarum* Ed. 6 utkom ej förrän 1764; *Species plantarum* Ed. 2 var däremot färdig 1763; dess första del, som väl af Bassi afses, utkom redan 1762, liksom också den yngre Linnés *Plantæ rariores horti Upsaliensis*, Dec. 1.

[3] I *Syst. Nat.* Ed. 12, T. 2, 1767, s. 393 finnes en not hörande under Lamium Orvala så lydande: Papiæ (Orvalæ) genus a Michelio constitutum, mihi dubium antea visum Sp. pl. 808, deleatur e re herbaria, utpote mera varietas Lamii 1, ex loco umbroso rorido tecta, confirmante Horto Bononiensi literis D. Bassii.

145.

Equiti Carolo Linnæo Botanicorum Principi
Ferdinandus Bassi
Horti medici Bononiensis exoticarum Plantarum Præfectus
has tres novas Plantarum speties
D. D. D.

Alismam in Apenninorum sublimiorum loco quodam paludoso inveni. Semina circiter decem in capitulum collecta, et seta exornata, reliqui caracteres omnes cum Alismæ genere omnino conveniunt. Tillius in sua Tab. foliorum paginas pinxit cordato-obtusas, et stipulas subrotundas concavas, at illæ sunt cordato-ovatæ, et acutæ, istæ lineares acutæ. Petiolorum nodos omnino omisit, qui nodi ad distinguendam spetiem optimam præbent notam.

Psoralea, ut reor, omnino nova viget perennis in horto meo, et hiemem nostram sub dio sustinet. Semina ex Palestina accepi; hæc, quæ tibi offero, vir longe clarissime, semina hoc anno sunt lecta in horto meo. Planta, quæ humanam superat altitudinem, omnibus Psoralearum caracteribus prædita est.

Apocynum floruit hoc anno in Caldariis meis ad libram accedente sole.

Cal: Perianthium monophyllum, quinque-partitum, erectum, acutum, minimum, persistens.

Cor: Monopetala campanulata, quinquefida: Laciniis oblongis revolutis, truncatis. Nectarium corpusculis quinque ovalibus germen ambientibus.

Stam: Filamenta quinque nectarii breviora. Anthæræ quinque, oblongæ, acutæ basi bifidæ, conniventes.

Pist: Germina duo obovata. Styli vix ulli. Stigma subrotundum germinibus majus.

Per: Folliculi duo. Horum embriones tantum legi, cum enim ad fructificationem accedebant flores, infructiferi decidebant.

Flores extremitatem versus ramulorum fasciculati, et unciali pedunculo donati octo ex una cicatricula, minime vero ex opposito, sed ex alterna superiori cicatricula item octo, quorum odor odorem florum Periplocæ caule hirsuto simulat. Caules præcipui nostræ plantæ digiti crassitiem adæquant, et longitudinem decem parisiensium pedum superant.

Has tres Plantarum novas speties hoc vespere in congressu nostro academico Instituti scientiarum evulgo; eas tibi nunc offero, quasque perhumaniter, ut soles accipe tamquam observantiæ erga te meæ tributum. Alias quoque stirpium speties novas haberem, quas tecum, si per te licet, alias forte communicabo. Vale vir præclarissime, mihique magni tui nominis obsequentissimo fave.

Dabam Bononiæ Idibus Decembris An: 1767.

Utanskrift:

Celeberimo Sapientissimoque Viro
Equiti Carolo Linnæo
Regiæ Majestatis Sueciæ Archiatro
Medicinæ et Botanices Professori amplissimo
Upsalam.

Linn. Soc., Vol. I: 434—435.

146.

Amplissimo Sapientissimoque viro
Equiti Carolo a Linné
Naturalium Historicorum Principi
S. P. D.
Ferdinandus Bassi.

Perjucunda tua solicitus adimpleo mandata, vir omnium præclarissime, Scheleton nempe hic accipies Ranunculi palustris flore albo Graminis Parnassi foliis. Til: C: H: Pis:[1] 145. Tab: 46: fig: 1:, quem Alismam (Michelianam) foliis cordato-ovatis acutis petiolis nodoso-articulatis Linneanum præclarum systema persequens nuncupavi, tui erit hanc plantam perscrutari atque pro certo aptius definire.

Iterum hoc anno in hortulo meo floruit Felfel-Tavil Prosperi Alpini[2], cujus flores attente perlegens, eorumque structuram, mihi videtur ad Apocyni genus pertinere hanc Plantam, ideoque eam Apocynum (viminale) fruticosum filiforme volabile cicatricibus oppositis te Duce et docente inscripsi. Perquam rarum floridum scheleton hujus quoque Plantæ tibi gratum fore, et jucundum non dubitavi, ideoque illud adjunxi, tibique vir amplissime, offero floridum scheleton, ut meam erga te observantiam obsequiumque ostendam.

Quid sentias de nova Psoraleæ spetie, cujus tibi misi semina, expecto. Meum, si tamen aliquid otii habebo, siccum evolvere herbarium

proxima hyeme statui, quod si aliquas plantas in celeberrimis tuis Plantarum spetiebus minime recensitas invenero, eas tibi demittere, si per te licet, curabo. Italus sum, sed, ut non nulli, minime cupidus vel ad instituenda nova Plantarum genera, vel ad multiplicandas speties, quæ distinctis plerumque carent notis, quibus vel genera vel speties a congeneribus differe [!] debent. Si aliquas tibi allegabo siccas Plantas, celeberrimi Linnæi scrutazionem promereri eas arbitrabor.

Vivas diu felix in aumentum artis nostræ, mihique amplissimi tui nominis obsequentissimo fave.

Dabam Bononiæ Postridie Cal: Septembris An: 1768.

Utanskrift:

Viro amplissimo ac longe clarissimo
D. Carolo Equiti a Linné
Regæ Majt Sueciæ Archiatro, Medicinæ
atque Botanices Professori celeberimo
Upsalam.

Linn. Soc., Vol. I: 438—439.

[1] Michelangelo Tilli (född 1655, död 1740, professor i botanik och prefekt för botaniska trädgården vid universitetet i Pisa), *Catalogus plantarum horti Pisani* (Florentiæ 1723).

[2] Prospero Alpini (se Afd. I: D. 3, s. 277, not 5), *De plantis Aegypti liber auctus & emendatus* (Lugd. Bat. 1735, s. 190).

147.

Amplissimo Longeque Clarissimo
Viro
D. D. Carolo Equiti a Linné
S. P. D.
Ferdinandus Bassi.

Grates tibi, Botanicorum Princeps, rependo innumeras de Rubo arctico, de Andromeda cærulea, nec non hypnoide, de Lychnide alpina, et de Junco bifloro, quibus quinque rarissimis Plantis per litteras me ditasti, quæque in tui memoriam hortum siccum meum ornabunt semper. Non nulla ego quoque Plantarum semina tibi demitto, quarum plantas in celeberimo tu Libro, cui titulus est Sp. Plan:, minime enuntiatas, ni fallor, invenio; Tu, cui naturæ arcana patent, videbis, num veræ sint speties, ut arbitror, suis classibus addendæ, et pro certo de

Cypero, de Betonica, et de Hesperide, sic sentio, Hesperidis fuldensem patriam Boeraavius in indice altero denotavit, cujus semina Boeraavius ipse nostro Iosepho Montio jam communicavit, quæque annua Planta in hortis nostris exinde semper sata fuit. Cyperus bononiensibus paludibus delectatur, Betonica a me pluries in sublimioribus Apenninis bononiensibus, nec non proximis pistoriensibus inventa et in horto meo translata perennis viget. Cyperi, et Betonicæ specimen siccum quoque adjungo.

Habebis hic quoque Euphorbiæ viminalis florescentiam delineatam, et Microscopio auctam; ter floruit hæc Planta hoc anno in caldariis meis; recte, ut indubie semper soles, dixisti, hujus Plantæ flores inter Cynancorum, et Asclepiadum genus militare, et optime adnotasti membranulam corpuscula nectarii circumambientem, ex quo non esset omnino redarguendus ille, qui novum genus institueret, namque nectarium haud dubie in hac Planta a Periploca, a Cynanco, ab Apocyno, et ab Asclepiade afinis[!] plantis differt; sed proxime accedit nectarium hoc nectario Apocynorum; ergo vel ad Apocyna hæc africana planta est ascribenda, vel novum genus est instituendum, cujus rei illico tuam, vir sapientissime, enixe exspecto sententiam, ut hanc Plantam, nec non Alismam, et Psoraleam in Academiæ nostræ actis possim evulgare, non enim id faciam, nisi te in arte magistro consentiente. Quod si me admonebis, novum genus esse instituendum, et propter nectarii peculiarem Structuram, atque etiam forte propter habitum Plantæ, hanc quam libenter nuncupabo Ghinam viminalem a Luca Ghino[1] Botanices bononiensi primo publico Professore, qui postea ab Etruriæ Duce accersitus primus item fuit Horti Pisani Professor, atque Cæsalpini[2], et Angvillaræ[3] Magister, exinde denuo Bononiam reversus in Gymnasio nostro pristinam recepit sedem, atque rem herbariam docens e vita excessit an: 1556:; tuam, inquam, illico expecto sententiam, namque acta Academiæ nostræ sub prælo sunt.

Accipies hic quoque observationes nostras habitas de Cometa, quæ forte tuis celeberimis Astronomiæ Professoribus non erunt injucundæ, ideoque observationes hasce iis tradere tamquam Academiæ nostræ tenue tributum, te rogo. Vale vir omnium præstantissime, et in aumentum, atque ornamentum totius Naturalis Historiæ diu vive; atque iterum vale.

Dabam Bononiæ ex Museolo meo Prid: Kal:
Ianuarii: An: 1769.

P: S: Sicca specimina Cyperi, et Betonicæ lecta fuerunt in locis suis natalibus, et in horto meo cultæ hæ Plantæ notas, quibus istæ a reliquis congeneribus Plantis diferunt, minime admittunt. Betonica nempe

semper villosa est, caulem semper tantum dodrantalem et florum spicam habet crassam, et valde densam. Cyperus nimis diversus est a reliquis suis congeneribus. Iterum vale. In posterum alias novas Plantarum speties tibi forte communicabo.

Linn. Soc., Vol. I: 441—442.

[1] Luca Ghini föddes 1500.

[2] Andrea Cæsalpino, se Afd. I: D. 5, s. 318, not 1.

[3] Luigi Anguillara, född omkr. 1512, död 1570, prefekt för botaniska trädgården vid universitet i Padua.

148.

Celeberimo Viro, Sapientissimoque
D. D. Carolo a Linné Botanicorum Principi
S. P. D.
Ferdinandus Bassi.

Habes hic, vir omnium amplissime, optata Dalechiampiæ scandentis semina, quæ a me postulasti, et mirum sane est, quod hæc Planta deperdita sit pæne ubique, namque in hortulo meo singulis annis læte viget. Habebis quoque unum et alterum Ambrosiniæ folium pro tuo celeberimo herbario, quod credo certe omnium ditissimum, quodque perlegerem quam lubenter; hujus Plantæ florem unicam, et tria foliola adhuc tantum servo in meo herbario, reliquos enim flores exsiccatos, ut alias scripsi, amicis botanicis statim communicavi, tunc tuo non fruebar favore. Ego quoque hortum siccum aliorium [!] italorum herbariis facile divitiorem congregavi sed multa et multa desunt adhuc, quod si data occasione non nullarum rariorum stirpium exemplaria, et præcipue capensium per consubrinum meum Augustæ Vindelicorum degentem mihi communicare dignaberis, tibi benefactori maximo plus debebo, quam ut unquam solvere possim.

Iure, vir doctissime, judicas Bassiam[1] ab amico Allionio institutam omnino ad salsolas pertinere, ego quoque sic semper existimavi. Hujus Plantæ semina cum aliis nonnullis primus omnium ego accepi a Vitaliano Donato tunc per Aegyptum peregrinatore. Misit Donatus semina casu collecta, ut sata nec non germinantia viderem, an aliquid novi esset, quod si aliquid novi, id caute custodirem, eique reduci in Italiam traderem, ut publici juris ille faceret, fiduciam enim suam, et totam in mea tantum honestate illi bene cognita collocaverat. Ex seminibus germinantibus unice tantum illam Plantam novam animadverti, et datam fidem

servabam, at cum intellexi e Litteris ad me datis ex sinu persico amicissimum Vitalium Donatum miserime morte correptum fuisse, tunc æquum, honestumque credidi non me illam in lucem proferre, sed regiæ Academiæ Tavrinensium, et Allionio illius Universitatis tunc electo botanico demittere, sumptibus enim, et jussu Regis Sabaudiæ Donatus itinerabat, et salsolæ novam spetiem esse inscripsi. Sed Allionius amicitia forte ductus novum genus instituere voluit, et Bassiam nuncupavit, verum genuina salsolæ speties est, et inter salsolas hæc Planta in meo herbario locum tenet. Tolle igitur, vir amplissime, Bassiam a generibus, ego quoque sic sentio.

Betonica, cujus semina, et siccum exemplar tibi communicavi, haud dubie diversa est a Betonica tua alopecuroide; pluries enim in Apenninis in locis nempe natalibus hanc et illam observavi, et vigent ambo in hortulo meo. Omitto Betonicæ meæ flores purpureos, et valde amplos, omitto Betonicam meam esse Betonica tua torosiorem, robustiorem, hirsutiorem; omitto meam habere spicam tua breviorem, satis crassiorem, et nunquam interruptam, quæ tamen omnia aliquam promerentur considerationem, sed animadverto foliorum crenaturas in mea obtusas, in tua acutas, et quod maximum est, galeam in mea evidenter integram et rotundam, in tua bifidam et acutam, quæ omnia simul sumpta satis et abbunde sunt, ut diversam spetiem constituamus; non enim ego sum ex illis, qui puerili honoris fame ducti facilime nova genera vel novas speties ex minimis varietatibus statuunt, et promulgant illico, vel jam cognitas, ut non nulli, pro novis et nondum detectis venditant. Peramplum Instituti Bononiensis scientiarum Museum ad universam naturalem historiam spectans meis curis creditum est, meque occupat nimis, sed si tempus mihi erit concessum ad perlegendum herbarium meum, non nullas alias Plantarum speties in laboriosissimis itineribus Apenninorum præsertim, et Alpium non semel a me institutis lectas forte habebo tibi communicandas; nec miraberis, quod Italia nostra nunc plures novas Plantas ostendat veteribus omnino ignotas, si considerabis, veteres minus sollicitos fuisse in inquirendis plantis, quam recentiores; consideratione dignum est etiam, Italiam nostram in re herbaria tam divitem esse, ut nulla alia Europæ Provincia ei sit comparanda, et quam plurimæ, ne dicam pene omnes, quæ vel Anglicæ, vel Germanicæ, vel Ungaricæ, vel Gallicæ, vel aliarum Europæarum regionum incolæ tantum arbitrantur, sunt quoque italæ; ergo in tanta stirpium copia non nullæ Plantæ botanicis veterum inquisitionibus effugierunt, quæ tamen Plantæ vel Bocconio[2], vel Barelliero, vel Michelio Triumpheto, Montio, aliisque italis botanicis innotuerunt, ex: gr: Ammaniam bacciferam, multis abhinc annis jam ser-

vabam in herbario meo, eamque legi in herbario usque Ulissis Aldrovandi, Triumpheti, et Iosephi Montii, sicque de aliis permultis Plantis, quæ aliquando pro nondum observatis venditantur.

Quod spectat ad Euphorbiam viminalem, nondum publici juris facta est observatio mea, et tantum eam Academiæ nostræ, et tibi statim Botanicorum Principi communicavi cum nova Alisma, nec non Psoralea. Dixi Plantam illam inter Cynanchi genus et Asclepiadis militare, sed revera eam sic inscripsi:

Cynanchum (viminale) fruticosum caule filiformi volubili aphyllo. Tab: III.

Alismam vero sic quoque inscripsi:

Alisma (micheliana) foliis cordato-acutis petiolis nodoso-articulatis. Tab: I.

Psoraleam denique sic nuncupavi:

Psoralea (palestina) foliis ternatis, pinnato-quinatisque, foliolis ovato-acutis integris pubescentibus Tab: II atque hisce deffinitionibus Academiæ nostræ volumine nono, Tomo sexto, qui [!] quam primum typico prælo mandabimus, erunt hæ Plantæ ennunciatæ.

Tomus tertius tui admirabilis systematis naturæ meas ad manus tandem pervenit illo eodem die, quo litteræ meæ ad te datæ Prid: Kal: Ianuarii Tabellario jam traditæ erant (lente admodum tui divini libri ad nos referuntur, et vidi jam tertiam decadem rariorum Plantarum Horti Upsaliensis ennunciatam, cujus tamen operis decadem primam tantum adhuc possideo). Observavi in appendice vegetabilium illius tertii Tomi Alismæ et Cynanchi Plantas enumeratas, sed in Tom: VI Academiæ nostræ iis definitionibus, quas supra dixi, erunt illæ in lucem emmissæ[3]. De Psoralea nondum verba fæcisti, vir amplissime, forte non germinavit in celeberimo Horto tuo hæc Planta, vel impie denegavit florescentiam, et fructificationem? De hac quoque tuam sententiam exopto.

Servet diu te Deus in aumentum et decus artis nostræ, diuque Vale.

Dabam Bononiæ ex Museolo meo Idibus Martii *An: 1770.*

Utanskrift:

Celeberrimo Sapientissimoque Viro
D. D. Carolo Equiti a Linnè
Naturalis Historiæ Professori amplissimo
Societati Regiæ Scientiarum
Upsaliam.

Linn. Soc., Vol. I: 443—444.

[1] Allioni uppställde släktet *Bassia* i *Melanges de philos. et de mathém. de la Soc. R. de Turin*, T. 3, 1766. Af Linné kallades emellertid växten för

Salsola muricata. Som synes under bref 150 uppkallade Linné en annan växt efter Bassi. Se äfven uppsatsen af A. Gras, som citeras s. 226.

[2] Paolo Boccone, italiensk botanist, cisterciensermunk, född 1633, död 1703.

[3] Dessa växter äro beskrifna och utmärkt afbildade i Bassis uppsats: *Novæ plantarum species* (Bologna-institutets Commentarii, T. 6, hvars titelblad bär årtalet 1783. Bassi fick således ej se volymen färdig). Bassi hade till Linné sändt afbildningar af växterna. Cynanchum och Alisma finnas kvar i Linnés korrespondens i London. Då de emellertid alldeles öfverensstämma med de i Commentarii tryckta, har utgifvaren ansett onödigt att reproducera dem här.

149.

Viro amplissimo et Celeberimo
D. D. Equiti à Linnè
Historicorum Naturalium Principi
S. P. D.
Ferdinandus Bassi.

Redux in Patriam illico debitum persolvo, et humanissimis tuis litteris responsum reddo.

Apocynum guinense mere aphyllum flore albo tetrapetalo odoratissimo. Par: Bat: 61: dubitative imposui tamquam Synonimum *Cynanchi viminalis* dubitative dixi namque Hermannus[1], qui tamen florentem plantam, ut ajt, nunquam vidit, sed ex relatione tantum florescentiam describit, flores ennarrat tetrapetalos, sed flos hujus plantæ non solum monopetalus est, quin imo quinque-partitus, qua de causa Hermannus dubitandi locum relinquit, etsi non ignorem, eo tempore descriptiones stirpium, et precipue florescentiæ, mancas esse et plerumque defectivas. Nullam possideo novi generis Plantam, cui botanicum nomen imponere. Aliquas forte habeo novas Ari, Poterii, et Salicis speties, in alpibus a me lectas, sed nondum satis exploratas, difficulter enim, et nisi bene cognita causa rem herbariam jam nimis gravatam novis onero spetiebus. Salicis breve specimen mitto, ut tu Magister in arte iudices, an nova sit speties, vel non. Salix hæc editiora inhabitat Alpium subumida loca, humidis est, viminibusque rubentibus, et fragilibus, nec non foliis alternis, et avritis donatur. Tuam Floram Laponicam adivi, sed, ut reor, frustra. Forte a Michelio in Horto florentino, vel Pisano ennunciata fuit hæc Salix, sed nihil certi.

Bassia Allionii, cujus semina a Vitaliano Donato ægyptum peregrinante primo mihi, exinde a me delegata Allionio fuerunt, re vera ad Salsolas

prorsus pertinent [!], ergo ad suum genus committenda est Planta, meumque nomen delendum, quod tui juris omnino est, sed ego minimus inter botanicos botanicam Apoteosim minime promæreor. Psoraleæ vero Palestinæ, et Betonicæ Barellio: 340: quarum tibi jam misi semina, et denuo, si jubes, vir præstantissime, eâ demittam, tuam expectó sententiam, ut admonear, si sint, ut autumo, genuinae Plantarum speties, vel tantum varietates.

Legi, et perlegi Characterem Dalechampiæ perbelle exaratum, in quo Linneana doctrina quam maxime relucet, et gaudeo summopere, quod omnia Dalechampiæ delegata semina expectationem, votaque mea adimpleverunt; idem spero de Seminibus Trichosanthis Anguinæ, quæ ad te tribus ab hinc hebdomadis allegavi. Nunc ad Vermes testacea, quæ spectant, breviter non nulla tibi communicabo. Tuus Argonauta Cymbium, cujus Iconem exibet Gualterius[2] Tab: 12: D. ad Testacea polytalamia, ni fallor, pertinet. Ego certe in sedimento maris Erythræi inveni testacea adamussim figuram Gvalterii, referentia, et primo intuitu illius minima cymbia esse judicavi; sed dubito, Gvalterium ipsum, qui horum vermium unum tantum vel duo vidit, externa facie deceptum fuisse; de hac re suspicatus internam exploravi structuram, et plane cognovi, testaceum, de quo est sermo, polythalamium esse, valde depressum, et Siphone laterali donatum, quod ego Nautilum Arpam vocavi; ergo vel ab Argonautis delendum hoc testaceum, si illud Gvalterii, ut opinor, vel inter Nautilorum novam elegantissimam spetiem est ennumerandum. Exemplar litteris non est committendum, namque nimis fragile, sed Icones hic habebis.



Cymbium Gvalt: Tab: 11: A. B. et Tab. 12: D: A. unam eandemque esse spetiem Argonautæ primæ non dubito, sed Cymbium Gvalt: Tab. 12 B. C. alteram esse Argonautæ spetiem facile crederem, interna enim, et externa structura ab illo valde difert, sed ego hæc omnia æquissimo sapientissimoque juditio tanti Viri submitto; Alteras forte haberem Nautillorum speties in sedimentis indicis lectas, sed de hac re forte alias, nimius enim nunc essem. Vale diu felix, vir amplissime in aumentum semper Naturalis Historiæ, mihique magni tui nominis obsequentissimo fave, atque iterum Vale.

Dabam Bononiæ ex Museolo meo Sexto Cal: Maji *An: 1771.*

Utanskrift:

Amplissimo Longeque Clarissimo Viro
D. D. Equiti Carolo a Linnè
Regio Archiatro, et Botanices Professori celeberimo
Upsaliam.

Linn. Soc., Vol. I: 445—446.

[1] Paul Hermann (se Afd. I: D. 4, s. 43, not 20), *Paradisus batavus* (Lugd. Bat. 1698).

[2] Niccolò Gualtieri, se Afd. I: D 5, s. 143, not 3.

150.

Viro amplissimo, celeberimoque
D. D. Carolo a Linnè
Universæ Historiæ Naturalis Principi.
S. P. D.
Ferdinandus Bassi.

Apoplexia non levi vexatus favente Deo vix at ne vix quidem convalui, cum tibi, Vir longe clarissime, de Bassia redere gratiam quam plurimam debeo, sed ego minime mereor hanc Apoteosim[1].

Habebis hic Clematis Vitalbæ, et Trichosanthis anguinæ Semina, bene matura, et ad vigendum aptissima, addo etiam aliud semen, nempe Achiranthes cujusdam, quod minime inveni in tuis plantarum spetiebus, neque in tua mantissa, mihi certe aliam esse Achirantis spetiem non dubito.

Si vis Crassulæ Portulacariæ flores, eos tibi mittam, sed nunquam vidi semen nec quidem inceptum.

Vive felix, vir longe clarissime, et magni tui nominis obsequentissimo fave.

Dabam Bononiæ 24 Decembris An: 1771.

Utanskrift:

Amplissimo Viro, et longe Clarisssimo
D. D. Equiti Carolo a Linnè
in Historia naturali optime merito
et Regiæ[!] Svecorum Principi Archiatro
Upsaliam.

Linn. Soc., Vol. I: 447—448.

[1] I *Mantissa plantarum altera* 1771 uppställer Linné släktet *Bassia* för en af Koenig under namn af *Illippe malabarorum* till Linné insänd och beskrifven växt.

151.

Viro Eximio
D. D. Aequiti a Linneè Botanicorum Principi
S. P. D.
Ferdinandus Bassi.

Ecce Crassulæ Portullacariæ Flores, quos tibi viro longe clarissimo offero. Arcta est olla, in qua colitur Planta, quamvis illa Planta tres et amplius parisienses pedes obtineat; In Hijeme nunquam, vel pene nunquam est irrigata; apud nos vivit in Frigidario per totam Hijemem, exinde sensim sub dio a mense Majo usque ad initium mensis Octobris. Revera minime ad Crassulæ spetiem pertinet planta nostra, namque non ad pentandriam pentagyniam, sed ad pentandriam monogyniam spectat, quantum novi in hisce minimis floribus, sed Fructus nunquam vidi, decidunt enim Flores e Planta more Capensium nonnullarum; Ergo ad quintam classem nostra Planta certe est enumeranda, novum genus promereretur.

Si unquam haberes proximo autumno Loeflingiæ hispanicæ, Fagoniæ hispanicæ, et arabicæ, Tribuli maximi, et Lanuginosi, nec non Sycios Laciniati Semina, erunt certe mihi pergrata.

Quam primum ibo ad Balnea porretana, ut videam, num dextera Manus mea motum obtineat usu Balneorum, in reliquis adhuc vivo.

Vale vir celeberime, mihique magni tui nominis obsequentissimo fave.
Dabam Bononiæ Idibus Maji An: 1772.

Utanskrift:

Amplissimo Sapientissimoque Viro
D. D. Aequiti Carolo a Linné
Upsaliam.

Linn. Soc., Vol. I: 449—450.

152.

Præstantissimo Illustrissimoque Viro
D. D. Equiti Carolo a Linnè
In Rebus Naturalibus Nemini Secundo

S. P. D.
Ferdinandus Bassi.

Anno elapso ad te viro longe clarissimo flores misi Crassulæ portulacariæ, quam tu ipse cupide exoptasti, sed nescio, an ad te pervenerunt meæ litteræ, namque nullum habui responsum, sed revera non ad Pentandriam pentagyniam, sed ad Pentandriam monogyniam pertinet nostra Planta, quæ ergo ad quintam classem est enumeranda, sed inter monogynias; ita etiam de Psoralea palestina, quam tibi pluribus ab hinc annis tamquam novam plantæ spetiem communicavi, quamque Psoraleam (palestinam) foliis ternatis, pinato-quinatisque petiolatis ovato-acutis inæqualibus, verum nullam obtinui notionem de hac re.

Adhuc vita fruor, et hortulum meum quam libenter excolo, sed omnis labor, et itinera præcipue alpina mihi interdicta sunt, namque et hoc anno e non levi morbo evasi. Vivas diu Felix, vir egregie, et decus reipublicæ litterariæ, idque enixe a Summo Conditore peto, et me, ut sole ama, atque iterum Vale.

Dabam Bononiæ Postridie Idibus Iunii An: 1773.

Utanskrift:

Societati Regiæ Scientiarum
Upsaliam.

Linn. Soc., Vol. I: 451—452.

BASSI. JOH. BAPT.

Släkting till Ferdinando Bassi. »Conseiller intime» hos furstbiskopen af Trier.

Linn. Soc., Vol. I: 453—455 finnes ett latinskt bref från honom dat. Augustæ Vindelicorum den 12. Jan. 1770. Han öfversänder ett bref från Ferd. Bassi och erbjuder sig att till honom förmedla Linnés svar.

BASTER, JOB.

Holländsk läkare och naturforskare. Född 1711 i Zierikzee, död 1775 i Leiden. Han har författat en mängd skrifter i zoologi, botanik och medicin. De flesta ingå som afhandlingar i Acta Acad. nat. curiosorum, Philosophical transactions och Verhandelingen der Holl. Maatschappij i Haarlem.

Några bref från Linné till honom äro f. n. icke kända.

153.

Celeberrimo ac Nobilissimo Viro
Carolo Linnæo
Botanicorum Principi
S. P. D.
Job Baster Medæ Doctor
Acad. Cæs. & Reg. Soc. Lond. Socius.

Jncassum sæpius optavi, ut aliqua cognitio mihi esset cum Celeberrimo Linnæo, vel Litterarum commercium cum eo exercere mihi licitum foret: Sed fortuito cum Nobilissimo Dº Ulrich Emminkson[1] de meritis tuis in Botanicae reformatam & commodiorem doctrinam loquenti, facile hanc occasionem se procurare posse dixit: Arripui avide, diu desideratam hanc fortunam; et ut quam primum, me magni nominis tui cultorem observantissimum tibi recommandare, & paratissimam meam te serviendi cupidinem & desiderium tibi notificare vellet supplex rogavi. Quotannis ex Occidentali, interdum sed rarius ex India Orientali, semina aut novas plantas ad me mittunt amici; si de illis te participem fier, tibi gratum esset, aut, si, aliis in rebus, tibi servitio hisce possem esse regionibus, paratiorem neminem te inventurum velim persuasum habeas. Ut responsione me dignari velis etiam atque etiam obsecro. Vale.

Zirikzæa in Zeelandia
29 Novembris 1751.

Linn. Soc., Vol. I: 458—459.

[1] Troligtvis den svenskfödde holländaren Ulrich Hemmingson, född 1698 i Stockholm, död 1768 som major och befälhafvare öfver militären på Ceylon.

Han vistades denna tid i Middelburg och skrifver den 3 Jan. 1752 till Linné och anhåller att få öfverlämna »dätta inneliggande ifrån en min goda wän», som utan tvifvel var Job Baster. Han hade själf tänkt resa till Sverige och då personligen öfverlämna hans bref, men resan hade blifvit inställd, hvarföre han beder om ursäkt för brefvets »långa uppehållande».

154.

Nobilissimo & Celeberrimo Viro
Carolo Linnæo
Archiatro & Professori Upsaliensi
S. P. D.

humillimus servus
Job Baster.

Ante aliquot dies semina quædam ad te misi, quæ si grata fuerint, hæc non minus fore, spero; heri directe ex Carolina accepi.

Jnopia temporis, hanc breviorem scribere coactus sum, sed ut me ames, et inter benevolentissimos tuos amicos numerare velis etiam atque etiam rogo. Vale.

Zirizææ ipsis calendis aprilis 1752.

Utanskrift:
Regiæ Societati
Upsaliensi
Stokholm.

Linn. Soc., Vol. I: 460—461.

155.

Viro doctissimo, Domino Nobilissimo
Carolo Linnæo
Medicinæ doctori celeberrimo, Archiatro et Professori dignissimo
Omnia fausta ac felicia.

Job Baster.

Annus jam præterlapsus est, quod humanissimis tuis, ad me, 11 februarii 1752 datis, litteris responserim, simulque semina quædam ex Jndia occidentali miserim; exspecto vero usque adhuc rescriptionem

tuam benignissimam, an illa incolume acceperis. et in mea epistola rogavi supplex, ut indicare mihi velles, quo modo qua via ipsas vivas plantas tibi mittere, aut a te quasdam ex solo boreali accipere possem commodius. Mitto rursus jam quædam semina, quæ tibi grata fore spero, & etiam atque etiam a te peto, ut indicare velis, an promissus & diu a me desideratus liber de plantarum speciebus jam sit absolutus, (careo adhuc de plantis hybridis et de 95 novis plantarum generibus) et apud quem bibliopolam in Hollandia, libros tuos, quam primum editi sunt, emere possim.

Precor me responso digneris, & nominis tui celeberrimi devotissimum clientem me esse, persuasum habeas. Vale.

Zirizææ in Zeelandia 9 Aprilis 1753.

Utanskrift:

Viro Celeberrimo
Carolo Linnæo
Archiatro regio, Med. & Botanices Professori,
variarum Academiarum & Societatum ad
promovendas Scientias Socio dignissimo
Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 462—463.

156.

Nobilissimo & Celeberrimo Viro
Carolo Linnæo
Equiti de Stella Polari, Archiatro Regio, Professori
Medicinæ et Botanices, plurimarum Scientiarum
societatum membro dignissimo, &c, &c, &c.
S. P. D.
Job Baster. Med. Doct.
Acad. Cæs., R. S. Lond., et Societ.
Holland. Socius.

Veniam rogo, Vir nobilissime, ut liceat, tibi, quem historiæ naturalis, et Botanicæ Scientiæ verum restauratorem, agnoscunt omnes, has observationes de Corallinis, iisque insidentibus polypis et aliis insectis marinis, legendas offerre.

Mense hujus anni Martio, ad Societatem Scientiarum Regiam Anglicam illas misi, ubi cum approbatione lectæ sunt[1]. Ne vero ad editionem

transactionum tibi exspectandum foret, et ut colore naturali pictas haberes figuras, hæc mea manu scripta tibi offero, ea, qua par est, reverentia, et quam tibi debent omnes, qui historiæ naturali studere cupiunt: Accipias ergo in veræ æstimationis signum, supplex rogo.

Sed et hoc maxime precor, ut ea, qua polles inter Doctos, auctoritate, alios ad mare Balticum degentes, adhorteris, ut in dura illic crescentia, inquirant Corallia, et illis insidentes polypos, ut tandem vera harum plantarum innotescat vegetatio. Ego et ipse pergo, et plura de polyporum natura & generatione observavi, quæ plane evincunt corallinas ab illis non esse fabrefactas:

Si vero, in his Scriptis, aut Vobis, aut illis Academicis, quibus hæc legenda dare libuerit, quædam dubia, aut minus intelligibilia obveniant, supplex peto, ut hæc mihi indicare placeat, ut certius in hæc inquirere possem, et vobis detecta communicare: quam maxime illum, quo superbirem, honorem ambiens, ut mihi liceret, aut Vobiscum, aut cum aliis Academiæ Sociis, de hisce litterarum commercium exercere.

Dabam 25 Julii 1757
Zirkzee in Zelandia.

Linn. Soc., Vol. I: 464—465.

[1] Basters afhandling med titel: *Observationes de Corallinis, iisque insidentibus Polypis, aliisque Animalculis Marinis* föredrogs i Royal Society den 19 Maj 1757 och är tryckt 1758 i dess Philosophical transactions, Vol. 50: P. 1 (1757), s. 258—280, pl. 7—10.

157.

Nobilissimo & Celeberrimo Domino
Carolo Linnæo
Suecorum Regis Archiatro, Equiti de Stella Polari
&c &c &c
Salutem, et omnia fausta precatur
Humillimus Servus
Job Baster.

Tertius jam hic est, Celeberrime Vir, quem tibi mitto opusculorum meorum subsecivorum Liber: Quam desideratissime scire cupiens, an duos priores acceperis, quod adhuc ignoro[1]. Spero, in secundo me ortum et propagationem sertulariarum ad mentem tuam explicasse. Quartus jam sub prælo agit de Astacis et Cancris, in quibus multa observanda.

Accipias vero hunc, ut veræ æstimationis et sincerissimæ amicitiæ pignus, et neminem magni LINNÆI nominis, cultorem esse posse devotiorem, tibi persuasum habeas, etiam atque etiam rogo.

Zirizææ in Zeelandia.
le[!] 5 Junii 1762.

Linn. Soc., Vol. I: 466—467.

[1] Härmed afses Basters arbete: *Opuscula subseciva, observationes miscellaneas de animalculis et plantis quibusdam marinis, eorumque ovariis et seminibus continentia*, som utkom i häften i Haarlem 1759—1765. Liber tertius utkom 1761. En holländsk öfversättning utgafs samtidigt.

158.

MonSieur

La quatrieme partie de mes opuscules venant de paroître, je prends la liberté de Vous en offrir un exemplaire, que j'ai envoyé par la meme route que la troisieme, il y a neuf a dix semaines.

Il m'y feroit un grand honneur & veritable plaisir, si Vous voudriez les accepter comme un marque du veritable estieme avec la quelle je suis

Mon Sieur
Votre tres humble & tres obeissant Serviteur
Job Baster.

ZZee en Zeelande
le 31 Aout 1762.

Nobilissimo & Celeberrimo D° Equiti
CAROLO LINNÆO
S. P. D.
Job Baster.

Postquam anteriora hæc scripseram, accepi humanissimas Vestras ꝑitteras 8 August. ad me datas.

Miror certe, quod duo priora mea opuscula non acceperis, latent certissime vel Holmiæ vel apud nautas; et hoc doleo, quia Ascidium, a me vocatum animal, et novam escharæ speciem a Vobis nondum notatam, in his descripsi, et præsertim, quod curiosus sum, an ea quæ de Sertulariarum origine ac incremento dixi, Vobis placeant.

Duo ergo hæc opuscula pictori dedi coloranda, et cum quarto jam mitto: Verum quam maxime Vos precor, et sincerissimæ hoc mihi amicitiæ et gratitudinis signum erit, ut illa, quæ Vobis minus bene descripta et obscura videntur, aut non satisfaciant, mihi indicare velis, ut vitia hæc in nova editione emendare possem.

Beroë bicaudata etiam octangula est, et caudas suas et lente et celerrime exserere et retrahere potest. Et hæc, et ovata, a sursum, deorsum et in gijrum se movere possunt, ope cirrulorum vel fibrillorum minutissimorum angulis adfixorum, et quam celerrime motorum. Si hæ nondum Vobis visæ sunt, vellem me scire facias, an Holmiæ aut Amsteladami non amicum habeas, cui has, ut et Ascidium et Escharam proximo anno mittere pro Vobis possem. Gratias Vobis ago maximas, quod me adhortaris ad describendam Salicorniam quod libenter agam, et antequam imprimere facio, Vobis legendum mittam. In septimo dissertationum Societatis Harlemensis tomo, descriptionem inveneris Cyprini aurati chinensis, qui in Horti mei piscinis læte viget et se propagat[1].

Vale, Nobilissime Vir, in multos annos et me Ama.

Linn. Soc., Vol. I: 470—471.

[1] *Natuurkundige beschryving van den kin-yu, of goud-vis* (Verhandel. uitg. door de Hollandsche maatsch. d. wetensch. te Haarlem, D. 7: 1, 1763, s. 215—246).

159.

Jllustrissimo & Nobilissimo
Dº Carolo Linnæo
Equiti, Regis Medico Primario, &c, &c, &c.
Salutem et omnia fausta precatur
Humillimus Servus
Job Baster.

Secundo Februarii accepi humanissimas tuas litteras ad me 3º Januarii datas, et maximo gavisus gaudio, parvos meos conatus, ad promovendam historiæ naturalis doctrinam institutos, Magni Linnæi approbationem meruisse. Mense Octobri cum Salicornia floret, in ejus Staminum numerum inquiram et prima occasione hujus plantæ descriptionem, quinto aut sexto meo opusculo[1] inserendam, antequam hoc edam, Vobis mittere liceat: ut videas, an satisfaciat.

Opuscula hæc duo continebunt historiam, quantum mihi scire licuit Medusarum, anibarum Aphroditarum*, Pholadum, Myarum, Cardiorum, Tellinarum, Scolopendræ minoris, Pediculorum quorundam piscium, Oniscorum, Plantæ marinæ spermophoræ, et Gorgoniæ ignotorum animalculorum domiciliorum incrustatæ; quæ duæ ultimæ a Reverendissimo Bergensi Episcopo Ericho Pontoppidan dono mihi missæ sunt.

Sed humanitas vestra, quæ ita me instruit, et varia temata suggerit, ad hanc me perducit audaciam, ut hic veniam rogem, an sextum opusculum nomini Vestro inscribere Vobisque dedicare liceat, pro quo honore ad ultimum vitæ halitum gratus essem[1].

Herbarium vivum quarundam in insula Java crescentium plantarum, et septimum Societatis Hollandiæ dissertationum tomum tibi misi per Cap[t] Casper Blasters gubernator navis, De Hoop et pyxidi lignea quadrata inclusa D[o] Joh. Schildt in Packhusat [!] Stockholmiæ habitanti Vobis tradenda assignavi.

Mille forsan Carpiones auratos in Horti mei piscinis alo, qui hyemem severissimam pertulerunt, et læte vivunt et propagant; facile aliquot Vestræ essent dispositioni, si securus tantum mittendi modus directe hinc Holmiam adesset, ut interdum Gottenburgiam est. Hoc velim scias, Nobilissime Vir, me ad omnia tua servitia esse paratissimum. Vale, et me ama.

Zirizææ in Zeelandia.

Calendis Septembris:

* an squamata apud ullum authorem quidem delineata est?

Utanskrift:

Monsieur
Monsr Charles Linnæus
Chevalier de l'Etoile polaire,
Premier Medecin du Roij du Suede
&c &c &c

a

Stokholm

Linn. Soc. Vol. I: 468—469. Odateradt, men är nog från 1763. På utanskriften står enligt Ährling $^{29}/_{10}$ 1763 (mottagningsdatum?).

[1] Femte och sjätte häftena eller T. 2: Lib. 2—3 af *Opuscula subseciva* utkommo 1765. Det senare är försedt med följande tryckta dedikation till Linné:

Viro vere magno Carolo Linnæo, equiti de stella polari, archiatro Sueciæ regis primario, in academia Upsaliensi, medicinæ et botanices professori. Academiarum Upsaliæ, Holmiæ, Petropolitanæ, Berolinensis, Imperialis, Societatum Londinensis, Monspeliensis, Tolosanæ et Florentinæ socii. etc. etc. etc. In grati animi tesseram ob multa his opusculis suggesta themata sextum hunc librum, ea, qua par est reverentia, inscribit Jobus Baster.

160.

Nobilissimo & Celeberrimo
D^{o} Car. van Linné
Equiti de Stella Polari, Regis Sueciæ
Medico Primario &c &c &c
Salutem & omnia fausta

humillimus servus
Job Baster.

Binas vestras humanissimas litteras justo tempore accepi, et maxime gaudeo missas molluscorum species, Vobis fuisse gratas.

Negotia quædam domestica, et adversa valetudo, Augusto & Septembri mense, me impedierunt Salicorniæ Stamina rite examinare, quod tamen hac æstate certo facere in animo est; nam sexto opusculo, nomini vestro inscripto, unicum hoc tantum caput deest, ut prælo submittam. Sculptor Tab. V, VII, XI, XII, XIII, tantum absolvit, quas cum explicatione hic Vobis mitto, Tabulas VI, VIII, IX, X, mittam quam primum absolutæ erunt, quod ante mensem Septemb. se certo facturum promisit. Ex explicatione leviter videre potes, quæ animalia describo. Ante finem hujus anni quintum et sextum opusculum rite impressum, et coloratis tabulis, tibi mittere spero.

Vale, Vir omnium dignissime, et Vale in multos annos ac me devotissimum nominis tui cultorem semper amare velis.

Zirizææ in Zeelandia
Jdibus junii 1769 [ɔ: 1764?].

Linn. Soc., Vol. I: 478—479.

161.

Nobilissimo & Celeberrimo Domino
CAROLO DE LINNÉE
Equiti de Stella Polari, Regis Medico Primario
&c, &c, &c.
S. P. D.

Humillimus Servus
Job Baster.

Elapsis circiter duobus aut tribus mensibus Tabulas quasdam opusculis meis inserendas, ad Vos mittere placuit; quas jam sequitur Florentis plantæ Salicorniæ delineatio et brevis descriptio.

Quam humanissime peto, ut hanc examines et defecta supplere vitia corrigere, mihique tunc quam primo indicare, Vobis placeat: Si enim Vestram responsionem acceperim, et animadversiones, statim libellum prælo subjiciam.

Inter duo vitra stamina quædam inclusi, ut hæc etiam observare ipse posses.

Vale, Vir nobilissime et in multos annos, et humillimo tuo servo favere perge.

Zirizææ in Zelandia

Jdibus Septbris 1769 [ɔ: 1764?]

His scriptis, humanissimas vestras litteras accepi, pro quibus gratias ago maximas.

Linn. Soc., Vol. I: 480—481.

Detta och föregående bref hafva vid afskrifningen ansetts vara från 1769. En kalkering af årtalen, som Dr. Jackson varit vänlig skicka, tyckes oçkså visa detta. Men brefvens innehåll strider alldeles däremot. De måste vara före bref 162, som är dateradt 1765. Utgifvaren skulle vilja tolka årtalen som 1764. Detta har också Ährling gjort i sin förteckning. Att Baster skrifver 4 så, att det kan läsas som 9, framgår af not 1 under bref 163.

162.

Domino Nobilissimo, Celeberrimo
CAROLO de LINNÉ.
Equiti &c &c &c
Omnia fausta ac felicia precatur

Humillimus servus
Job Baster.

Tandem mihi licet, Nobilissime Vir, quintum sextumque opusculorum meorum Fasciculum Vobis offerre; et publicum grati animi mei pro plurimis quas Vobis debeo, instructionibus et beneficiis testimonium edere.

Benevole hæc accipere, meque amicitia vestra, qua maxime glorior, dignari velis, supplex peto.

Zirizææ 26 Octob. 1765.

Linn. Soc., Vol. I: 472—473.

163.

Nobilissimo & Celeberrimo
Dº CAR. A. LINNÉ
Equiti de Stella Polari, Suecorum Regis Medico
Primario &c &c &c
Salutem & Omnia fausta precatur
Devotissimus Cliens
Job Baster

Gratius aut optabilius nihil mihi evenire posset, quam tam honorificam a Magno Linnæo, verissimo et optimo harum rerum judice, opusculis meis approbationem accipere.

Historiæ Naturalis hujus regionis amatorum ordo, quam flagrantissime undecimam Systematis editionem desiderat, utpote quæ erit absolutissima.

Tellinam quam descripsi vulgatissimam ob fragilitatem his litteris includere non ausus sum; est autem:

Tellina, testa tenui subrotunda, subcompressa striis annotinis, rugosa albida, natibus mucronatis obsoletis ut eam ab aliis speciebus distinxit Gronovius Zoophyl. Fasc. tert. pag. 26 Nº 1113. delineavere
Gualtieri Ind. Test. Tab. 77 fig. O
Lister Animal Angl.[1] pag. 179. Sect. 23. Tab. 9. fig. 23.
—— Hist. Conchyl. Tab. 407. Fig. 253.

Si tamen habere quasdam persistes prima nave mittam, una cum frusto lapidis a Teredinibus exesi.

Turbinum vero Stagnalium sufficiens ut spero copia inter mollis hujus chartæ jndicæ duplicaturam, inclusa est.

Si quæ alia sunt, Vir Nobilissime, quæ ex his regionibus habere cuperes, ad servitia tua neminem, me paratiorem, Te inventurum, volo persuasum habeas.

Vale et Vale in multos annos; longum et optatissimum Otium cum honore Tibi fruendum faxit Deus T. O. M., et me, ut amas, amare perge.

Zirizææ 6 Octob. 1766.

Utanskrift:

Mon Sieur
MonSr Car. a Linné
Chevalier de l'Etoile Polaire
Professeur en Medicine et
Premier Medecin de S. M. le
Roy du Suede &c &c &c
Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 474—475.

[1] Martin Lister, *Historiæ animalium Angliæ tres tractatus* (Lond. 1678). Basters citat är oriktigt, bör i stället vara: . . . pag. 174. Sect. 23. Tab. 4. fig. 23. Jämför under bref 161.

164.

Jllustrissimo & Nobilissimo •
D^{o} CAROLO de LINNÉE
Equiti de Stella Polari, Suecorum
Regis Medico Primario &c &c &c
Salutem ac omnia Fausta precatur
Humillimus Servus
Job Baster.

Te ultimam meam epistolam, cum quibusdam conchulis stagnalibus chartulæ inclusis, ante tres aut quatuor menses accepisse non dubito. Hac vero occasione Vobis mitto, duo frustula lapidis vibrordiensis ad littora nostra a Teredine lapidaria exesi, et semina quædam istius plantæ marinæ Pag. 127 Tomi secundi in opusculis meis subsecivis descriptæ.

Quibus adjungo exemplar Calendarii Hortensis Milleri ex Anglico in Latinum ob maximam utilitatem a me conversi[1].

Hæc tibi non ingrata fore, spero, et me vobis devotissimum, atque ad omnia servitia paratissimum esse, ut persuasum habeas etiam atque etiam precor

Zirizæa in Zeelandia
20^{o} Martii 1767.

Utanskrift:

Mon Sieur
MonS^{r} Joh. Schildt
Inspector in domo Packhusat
Stokholm
Pour expedier a Mon Sieur
Le Chevalier de Linnée, Premier
Medecin du Roy, et Professeur
en Medecine &c &c &c
a
Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 476—477.

[1] Någon latinsk öfversättning har utgifvaren ej kunnat påträffa i litteraturen af Philip Miller, *The gardeners calendar*, som utkom i en mängd editioner. I Linnean Society's bibliotekskatalog 1896, s. 459, finnes under Miller: *Maandelykse Tuin-oeffeningen; vertaald door Job Baster* (Haarlem 1767), som väl är en holländsk öfversättning af Millers arbete.

BATIGNE, PAUL.

Fransk läkare, anställd i Berlin vid franska koloniens sjukhus. Död 1773.

165.

Monsieur.

Le petit ouvrage que je prends la liberté de vous offrir est un tribut que je vous rends avec une satisfaction bien sensible[1]. Elevé dans une ancienne école, dont plusieurs dignes membres ont eté vos plus zelés sectateurs, et attaché à une compagnie savante qui se glorifie depuis longtems de vous avoir pour son illustre associé, tout m'insitoit, Monsieur, à vous presenter ce temoignage sincere de ma respectueuse consideration. c'est a l'ordre et à la précision de votre excellente méthode, dont le celebre m^r de Sauvages avoit fait adopter tous les principes dans ses cours publics, que j'ai eté redivable des progrès que j'avois faits dans l'etude de la botanique; c'est à la clarté et à l'exactitude de ce même systême que mon ami Goüan doit la reputation dont il jouit aujourdhui; j'ai eté forcé depuis plus de quinze ans d'abandonner en grande partie cette branche si satisfaisante de notre art pour me consacrer entierement a la pratique; mais je n'ai point perdu le gout que vos doctes ecrits m'avoient inspiré pour l'histoire Naturelle; appellé depuis deux ans par le Roi dans cette capitale pour y jouir de la liberté de la reformation, et y remplir la poste de Medecin des hopiteaux de la Colonie françoise j'ai profité des moments d'intervalle que mes fonctions très multipliées ont pu me laisser, pour rediger cet essai dont j'avois deja les materiaux; heureux, Monsieur, si vous le jugés digne de votre approbation, et si vous daignés me faire parvenir vos sages conseils sur les points qui vous paroitront susceptibles de quelque changement. Vous devés etre persuadé d'avance, Monsieur, du cas infini que

je ferai toute ma vie de cette preuve de bonté dont vous voudrés bien m'honnorer; la docilité avec laquelle je me conformeroi aux utiles corrections qu'il vous plaira m'indiquer vous prouvera, Monsieur, que j'ai bien senti tout le prix d'une pareille faveur.

J'ai l'honneur d'etre avec la plus respectueuse Consideration
Monsieur,

Votre très humble
et très obeissant serviteur
Batigne D. M.

a Berlin ce 9e fevrier
1768.

Je vous prie, Monsieur, de me faire passer la reponse dont vous m'honnorerés par la voye de Monsieur L'Envoyé de Suede a Berlin qui m'a offert très gracieusement de me la remettre.

Utanskrift:
Pour Monsieur le Chevalier
Linnæus.

Linn. Soc., Vol. I: 482—483.

[1] Titeln på hans arbete är: *Essai sur la digestion, et sur les principales causes de la vigueur, de la durée de la vie, &c.* (Berlin 1768).

BAUDER, JOHANN FRIEDRICH.

Först järnhandlare, sedermera vin- och humlehandlande samt borgmästare i Altorf, född 1713 (enligt annan källa 1711), död 1791. Han intresserade sig mycket för paleontologien och har äfven uppträdt som författare i detta ämne.

166.

Monsieur!

Chaque Naturaliste est obligé, comme il me semble, a communiquer aux Amateurs ses decouvertes, c'est qui m'a aussi determiné, a Vous faire part des miennes. Je sais les profondes connoissances, que Vous avés dans cette partie du savoir humain, et la louable peine, que Vous prennés a recueillir les choses les plus belles avec un choix qui egale votre jugement. Voila la raison pourquoi j'ose ici Vous offrir mes ser-

vices. On trouve dans nos environs du marbre tout plein des Cornes d'Amons et des petrifications, qui meritent l'estime des connoisseurs par leur beauté et rareté. J'ajoute ici le recit, que j'ai fait en imprimer, pour que Vous puissies decider Vous même de leur qualité, en assurant, de n'avoir rien dit aux depenses de la verité. Si Vous les voules agréer, je Vous offre par ci mes services les plus ardens, et la derniere promtitude dans l'execution de vos ordres, que Vous pourrés attendre du zele et de la profonde estime avec laqu'elle j'ai l'honneur d'etre

Monsieur

Votre tres humble et
obeissant serviteur

Altorfe pres de Nuremb. le 10me Juillet 1773.

Jean Frederic Bauder

Utanskrift:

Monsieur
Monsieur le Chevalier De Linné
Professeur en Botanique
Upsale
en Suede.

Linn. Soc., Vol. I: 484—485.

BECKMANN, JOHANN.

Född 1739 i Hoya a. d. Weser. Efter studier i Göttingen och en resa i Holland 1762 antog han plats som lärare vid ett evangeliskt gymnasium i Rysslands hufvudstad. Sedan han tjänstgjort där i två år, reste han 1765 öfver till Sverige dels för att studera bergverken, dels och hufvudsakligen för att åtnjuta Linnés undervisning. Efter 10 månaders vistelse i Sverige återvände han till Tyskland och blef strax därefter professor i Göttingen. Han ägnade sig företrädesvis åt de ekonomiska och teknologiska vetenskaperna och nämnes allmänt som »teknologiens grundläggare». Han dog i Göttingen 1811. Hundraårsdagen af hans död firades af Universitetet i Göttingen. Till denna fest utgaf Th. M. Fries på Upsala Universitets uppdrag *Johann Beckmanns Schwedische Reise in den Jahren 1765—1766.* Manuskriptet, som ägdes af en ättling, saxiske artillerikaptenen Oscar Beckmann (nu död), skänktes af honom till Upsala Universitetsbibliotek (sign. S. 36 b).

Prof. J. Wiesner har i Wiener-tidskriften: Technisch-naturwiss. Zeit för den 24 Maj 1907 skildrat *Die Beziehungen J. Beckmans zu Linné.* Uppsatsen är omtryckt i författarens bok: Natur-Geist-Technik (Lpz. 1910).

167.

Vir Illustris
atque Generosissime,

Ex quo tempore physicæ atque historiæ naturali operam dedi, libros Tuos, e quibus universa Europa veram historiæ naturalis cognitionem hausit, diligentissime rimatus sum, quam ob rem Te quem ad modum præceptorem meum non solum maximi facio, sed nomen Tuum omni, qua par est, observantia colo atque amo. Cupiditas vero Te videndi, audiendi, Tibi pro eo, quod in hac doctrina scio, gratias agendi Tibique me probandi atque ea Te doctore addiscendi, quæ ipse nec summo studio discere potui, in dies magis magisque aucta est.

Veni itaque e Germania Petropolim vocatus a S. R. Buschingio ad scholam Petrinam, eo potissimum consilio, ut possim aliquando occasionem eo facilius inuenire ad Te veniendi. Jam cum per duos annos hic docui physicam, historiam naturalem ac mathesim videor mihi eam pecuniam conquisiuisse, qua possim unum saltem annum Upsaliæ degere.

Quam ob rem neglectis iis, quæ mihi hic atque in patria a fautoribus oblata sunt, beneficiis, constitui Deo volente post tres aut IV. hebdomades hinc in Sueciam abire. Deesse vero mihi nolui, quin Tuo me fauori ante aduentum commendem etiam atque etiam, Teque rogem, ut aditus ad Te mihi pateat, quem nec viro peregrino, qui Te audiendi caussa aduenit, quæ est humanitas Tua, soles negare.

Nolo Tibi offerre litteras commendatitias a viris doctis, confidens fore, ut eum non negligas, qui summo Tui & historiæ naturalis amore incitatus fauorem Tuum implorat.

Persuasum Tibi habeas, Vir Illustris, me summo studio operam esse daturum, ut Tuo me fauore dignum reddam. Quodsi mihi continget, non solum maximi me voti damnatum censebo, sed per totam vitam meam Te grato animo colam atque obseruem.

Faxit Deus, ut ad seros usque annos in emolumentum litterarum, honorem patriæ, immo totius Europæ felix ac incolumis viuas!

Faxit Deus, ut faveas

Illustris nominis Tui
cultori obseruantissimo
Iohanni Beckmanno
Hannouerano

Petropoli
d. 1. Jul. 1765.

Linn. Soc., Vol. I: 487—488.

[1] Anton Friedrich Büsching, född 1724, död 1793, professor i Göttingen, sedan till 1765 predikant vid St. Peterskyrkans lutherska församling i St. Petersburg, slutligen preussiskt öfver-konsistorial-råd i Berlin och gymnasialdirektor därstädes.

168.

C. L.

D^ns Joh. Beckman Hannoveranus, qui nos præcedenti anno adiit, fuit, a primo suo adventu in hunc usque diem, meus inseparabilis socius. Mecum Species Plantarum in Systemate Naturæ propositas, secundum earum Genera, ex Herbariis nostris attente examinavit, Plantasque nostras exoticas et indigenas legit; Amphibia, Lithophyta, Zoophyta, Testacea variaque alia Animalia sibi prælegi audivit; quæ obscuriora ipsi visa aut in Systemate Naturæ aut in Philosophia Botanica rite explicata excepit; verbo die nocteque indefesso studio scientias nostras coluit; Præterea integritate vitæ morumque suavitate sese omnibus maxime amabilem reddidit. Proin' nequeo non hunc D^m Beckman, a nobis discessurum, magnopere commendare omnibus, qui solidiores literas, Naturæ scientiam et virtutem amant et colunt. Dabam Upsaliæ d. 30 Maji. 1766

Car. von Linne Equ.
Archiat. & Prof. Bot. Upsal.
Acad. Reg. Paris. Soc.

[Sigill VIII.]

Detta är det intyg, som af Linné utfärdades för Beckmann vid hans afresa från Sverige.

Originalet, som ägdes af kapten Beckmann, är reproduceradt i den 1911 utgifna, ofvan anförda resebeskrifningen.

169.

Vir illustris
Fautor omni pietate colende,

Tandem aliquando tantum temporis nactus sum, ut Te de reditu meo in patriam certiorem facere possim. Iam vero meum est, Tibi, Vir illustris, qui me favore Tuo & doctrina ornasti, gratias quam maximas agere. Persuasum Tibi habeas velim, me omnem occasionem arrepturum esse, Tibi Tuisque gratum meum animum testificandi. Per totam vitam meam summa cum jucunditate Tui Tuæque doctrinæ memoriam renovabo. Nam ego haud paullo Te vidisse et audivisse docentem malim, quam omnium eorum fortunas, qui in Galliam se oblectandi caussa abeunt.

Dedi omnem operam Hafniæ, ut quæ miserunt viri eruditi ex Arabia viderem, sed frustra[1]. Nam quæ sunt missa ab iis, in manus venerant imperitorum, ita ut iam omnia fere sint dilapidata & corrupta. Neque vel unicam plantam vidi novam in horto botanico, quia semina missa nunquam terræ mandata sunt. Celeb. Oeder[2] non erat Hafniæ, sed in provinciis Germaniæ, quæ sub ditione Danorum sunt, collecturus plantas ad Floram Danicam. Sed celeb. Zöga[3] quæcunque visu erant digna ostendit mihi. In museo Moltkiano[4] unicam speciem Cardii novam ex Arabia vidi, eamque omnium specierum pulcerrimam & artificiosissimam; cuius figuram propediem in opere Regenfusii[5] videbis, in quod opus in posterum non Kratzenstein[6], sed Spengler[7] dabit commentarium.

Cel. Ascanius[8] servabat in museo Academiæ animal, quod prorsus Didelph. marsupialem refert, sed cui mammæ extra abdomen & sine marsupio sunt, cuiusque figuram cel. Ascanius reperire non potuit. Num forte mas? Colligo hoc ex amoenit. academ. 1. p. 279. At nonne tunc character in System. Nat. mutandus?

Cel. Spengler editurus est descriptiones & figuras conchiliorum rariorum collectionis suæ, cui nonnulla insunt nova. Sed quid, quæso, hoc? Erat ibi globus sine rugis & ramis, cuius diameter circiter 8. pollicum, e materia stuposa, qui intus habebat cancrum, cuius tantum chela ex augusto foramine eminebat. Num forte Alcyonium bursa? Ionstonus iam delineavit globum eiusmodi cum cancro.

Lubecæ familiaritate Testorpii mercatoris divitis & eruditi fruitus sum, qui Tibi salutem perscribere iussit[9]. Possidet pennam alarem sive

remigem talem, qualem apud Te in prædio, ni fallor, vidi, quæ habet 18. ocellos pulcerrimos. Longitudo eius spectantes in admirationem traducit, cum avis ipsa ingentis haud dubie erit magnitudinis. Frustra ubique hanc avem inquisivi, nihil nisi figuram hujus pennae inveni apud Olearium[10] in Museo Gottorpiano Tab. 14. Fig. 4. qui vero auctor ne unum quidem verbum de ave protulit. Rogo Te vehementer, & rogat etiam Testorpius, ut me quae sit avis doceas.

Mirum mihi visum est frustum Matris perlarum, in quo erant pholades, quem ad modum in lapidibus esse solent. Ergo non lapides modo, sed testas adeo concharum possunt intrare, nec sunt ergo semper in altitudine superficiei aquae.

Nuper Anglus quidam in diario Anglicano, quod inscribitur Gentlemans Magazine[11], figuram dedit & descriptionem echini cuiusdam petrificati, cui adhaerent etiam nunc spinae tales, quales Lapides judaici sunt, ita ut nullum iam dubium esse videatur, quin isti lapides revera sint spinae echini, qui secundum figuram ad similitudinem echini mammillaris quam maxime accedit.

Alius vir mihi ignotus docuit nuper, animalcula ista in aceto esse vere larvas muscarum minimarum, quae in cellis vinariis frequentes esse dicuntur.

Squali vivipari sunt; at vidi squalum, qui Tibi Achantias vocatur cui e medio corpore inter pinnas pectorales dependet vesica ovalis, tenuis, pellucīda, ponderosa, arcte repleta materiâ luteâ, palpabili. Funiculus, quo haec vesica corpori connexa est, est longitudine unius pollicis. Est certe piscis, quem vidi, Squal. Achantias, nam omnis Artedi descriptio p. 102. convenit. Quae vero diversa sunt, haec sunt tantummodo: piscis mei rostrum non est pellucidum; dentes nullos habet; foramina subtilissima inter oculos non vidi. corpus illud oblongum, quod in pinnis pectoralibus observavit Artedi, non perfecte adest, sed eius rudimentum adesse videtur. Num forte Squalus meus, de quo loquor, iuvenis est? Longitudo quidem huius piscis est 8 pollic. longitudo vesicae $2^1/_4$ pollic. diameter vesicae, ubi maxima 1. pollicis. Grato animo agnoscam, Vir illustris, si me, quid sibi velit haec vesica, vel uno verbo docere velis.

Non nescis Kraschennikovium historiam Kamtschatiae russiae contexuisse. Iam habemus interpretationem Germanicam[12]. Verum nihil novi ibi inveni, nisi quod Harengi per autumnum in lacubus pariunt, unde postea in mare redeunt.

Illustri Michaeli[13] Goettingensi vehementer placuit argumentum botanicum a Te in dissertatione Karamischevi prolatum, quia illud confirmat sententiam quam de Paradisi situ ex argumentis philologicis proposuit

in praefatione ad compendium suum theologiae dogmaticae pag. 50. Descripseram etiam ista verba dissertationis Tuae celeberrimo Schlözero professori historiarum Petropolitano, qui ista repetiit & vehementer collaudavit in historia sua Russiae pag. 45.

Ignoscas mihi, Vir illustris, qui nondum Tibi lectu digna scribere potui. Veni Bremam die XI. Augusti, ubi per aliquod tempus apud sororem meam mansurus sum, non parum sollicitus de incerta & ancipiti rerum mearum fortuna. Nondum enim scio, quid agam. Obtulit quidem iterum Academia Petropolitana adiuncti officium, quod vero in me suscipere nolo ob rationes gravissimas. Tu, Vir illustris, multum sane me poteris iuvare, si, quemadmodum pro humanitate et favore erga me Tuo, pollicitus es, commendare velis Ottoni Munchhusio[14], qui mihi a Te admonitus facile locum inter professores Goettingenses comparabit. Iste vir illustris habet officium tale, quale habent in Suecia Landshöfdinge, vivitque Harburgi prope Hamburgum. Sed non erat ibi, quando eo veniebam, quam ob rem nuper ei scripsi omnia, quae me ei dicere iubebas. Est ille liber Baro Munchhusius non frater sed affinis atque intimus amicus istius Munchhusii, qui in patria mea clavum imperii tenet[15].

Quod reliquum est, Te, Vir illustris, rogo atque oro, ut me commendes illustri uxori totique familiae Tuae, atque ut favere pergas

Illustris nominis Tui
cultori observantissimo
Bremae die XIV. Augusti 1766. Iohanni Beckmanno.

Adresse:

A mons. Beckmann
à
Bremen
Bey H. Kaufmann Herm. Conrad Dwerhagen.

Linn. Soc., Vol. I: 491—492.

[1] Härmed afses väl de samlingar, som gjorts af den danska expeditionen till Egypten och Arabien, och i hvilken Pehr Forsskål deltog.

[2] Georg Christian Oeder, se Afd. I: D. 3, s. 255, not 6.

[3] Johan Zoega, se Afd. I: D. 6, s. 71, not 4.

[4] Grefve Adam Gottlob Moltke, se Afd. I: D. 6, s. 83, not 4. Han ägde stora naturhistoriska samlingar.

[5] Franz Michael Regenfuss, se Afd. I: D. 2, s. 275, not 11.

[6] Christian Gottlieb Kratzenstein, se Afd. I: D. 5, s. 34, not 3 samt under Regenfuss.

[7] Lorenz Spengler, se denna del, s. 106, not 4 och under Regenfuss.

[8] Peder Ascanius, se denna del, s. 94.

[9] Linné stod i korrespondens med Peter Heinrich Tesdorpf, köpman i Lübeck, död 1788. Denne var naturhistoriskt intresserad och har utgifvit *Versuch einer Beschreibung vom allerschönsten und beynahe allerkleinsten Vogel, der unter dem Namen Colibrit bekannt ist* (Lübeck 1753).

[10] Adam Olearius (se Afd. I: D. 6, s. 106, not 3), *Gottorffische Kunst-Kammer* (Schleswig, 2 upplagor 1666 & 1674).

[11] Messrs de Luc, *On a very remarkable English Echinitis* (The Gentleman's Magazine, London, Vol. 36, 1766, s. 207—208, fig. 5—6).

[12] Stephan Krascheninnikow (se Afd. I: D. 4, s. 130, not 2), *Opisanie Zemli Kamtschatkj . . . d. i. Beschreibung des Landes Kamtschatka . . . übers. von J. T. Köhler* (Lemgo 1766).

[13] Joh. Dav. Michaelis (se Afd. I: D. 2, s. 277 not 3), *Compendium theologiæ dogmaticæ* (Goettingae 1762).

[14] Friherre Otto von Münchhausen, se Afd. I: D. 2, s. 290, not 4.

[15] Friherre Gerlach Adolf von Münchhausen, premierminister i Hannover, född 1688, död 1770.

170.

Viro Clarissimo
D^no^ JO. BECKMANNO
Amico candidissimo

s. pl. d.
Car: Linné.

Vix Holmiam attigeras antequam hic in omnium ore erat, quod munus Professoris Botanices in Academia Petropolitana Tibi oblatum fuerat, et quod hoc læto animo suscepisti, qua in re eo citius confirmabar, cum per omne tempus quo hic eras idem fore speraveram. Hæc in causa fuit, quod non miseram literas ad Illustr. Munchhausium. Faciam prout jubes quamprimum. Hodie redii ex aula Drotningholmæ, ubi per mensem hæsi ulterius in ordinem redigens conchilia et Insecta Reginæ.

Cancrum in spongia optime novi, diversissimum a meo cucullo hæmisphærico.

Penna ista Olearii est omnino mea. Phasianus qui eam gerit est in meo Systemate novo, cujus Tomi primi pars prior jam prodiit, descriptus. Edward totam avem pulcherrime delineavit in nondum editis.

Anne Carduus tuus pulcherrimus sit vel Merina vel ut verosimilius videtur Gundelia cum capitulo oblongo foliis dentatis cincto[1].

Didelphidis characterem satis constare ex dentibus in systemate datis liquet. Speciem africanam habeo cui mamæ extra abdomen.

Dolendum quod ita frivole tractent Haffnienses Forskahliana illustri Michelio.

Dicant quidquid velint angli de Lapidibus judaicis, certum erit quod hæc petrificata orta sint e corpore cavo, cum tota constent spatho, quod numquam nisi crystallisando in corpore cavo generatur; plures fuere in eadem opinione, quod ex articulis Echini essent petrificata[2].

Squalum edentulum videbis in systemate meo novo; quid vesica illa erat non intelligo. Habeo Squalos in utero suo hærentes, sed uterus est simile utero Rajæ.

Pholades posse penetrare testam matricis Perlarum non magis mirum, quam quod penetrant Lapides alios calcareos.

Vale Upsaliæ 1766 d. 27 Augusti.

mutavi sententiam et mox Munchhausio scribo. mittas literas vel eum cum literis adeas.

Originalet till detta bref finnes i Universitetsbiblioteket i Leipzig, hvarom Doc. Hj. Lindroth i Lund haft vänligheten att underrätta. Bibliotekets direktion har för redaktionens räkning välvilligt ombesörjt en fotografisk kopia af brefvet.

[1] Märkligt är, att medan Beckmann i föregående bref talar om musslesläktet *Cardium*, kommer Linné här in på växtsläktet *Carduus*.

[2] Sin åsikt om »judestenarnes» ursprung vidhåller Linné i *Syst. nat.*, T. 3, 1768.

171.

Vir illustris atque
generosissime,

Ego vero Tibi pro insigni erga me favore Tuo, pro grata responsione & benevola commendatione verbis profecto gratias agere nequeo. At hoc certissimum est, me per totam vitam meam Te omni pietate & grato animo esse culturum. Permittas, quaeso, ut Tibi fata mea breviter enerrem [!]; Tibi, inquam, cui fortunam meam qualemcunque potissimum debeo. Postquam audiverant Hannoverae me Upsaliae Tua doctrina usum esse, tanta fuit ista mihi commendatio, ut Hannoveram me venire juberent. Ibi omnes me de Te rogabant, etiam ipse excellentissimus

Münchhausius, (premier Minister) qui admirabatur favorem, quo Tu me peregrinum dignum iudicasti. Alter etiam gener. Münchhausius, postquam mihi humanissime rescripserat, me etiam atque etiam affini suo commendaverat, tanquam discipulum magni de Linné. Itaque mihi officium professoris extraordinarii Göttingensis mandabant, etsi cum salario admodum exiguo.

Veni huc tam sero, cum iam omnes professores collegiorum suorum initium fecerant, & nihilo minus plures quam viginti auditores accepi, quibus Tuae doctrinae cupidis Systema Tuum naturae sedulo expono.

Interim epistola Tua mihi afferebatur, quam summo gaudio legebam & relegebam. Mittebam statim generos. Munchhusio epistolam, quam ei scripseras[1], qui ipsam statim Hannoveram affini suo mittebat. Tanto mihi haec Tua commendatio fuit honori, ut mihi omnes de eo gratularentur. Iam omnem operam do, ut intelligant omnes, me Tua commendatione non omnino indignum esse.

Dabo in posterum Oeconomiae operam quantum potero, & accepi veniam per patriam proficiscendi, ut praxin Oeconomiae eo melius possim addiscere. Et ille gen. Münchhusius, quocum commercium litterarium alis, palam dixit, neminem posse felicius Oeconomiam exercere quam qui Te doctore historiae naturali operam dedit.

Docebo etiam botanicam, quam etsi & D. Bütner & D. Murrai docent, tamen confido fore ut auditores & ego accipiam. Fuerunt saltem iam studiosi, qui me rogarunt, ut iis vellem explicare philosophiam botanicam.

Inveni in bibliotheca Academiae nostrae, quae iam 80.000. libros integros continet, herbarium vivum Malabaricum, quod e Malabaria sibi nobilis quidam Hannoveranus per missionarios conquisivit. Quibusdam plantis adscripta sunt nomina Turnefortii, sed plurimae nominibus carent. Iam operam do, ut mihi permittatur, hoc herbario uti, quod reliqui Botanici nostri adhuc intactum reliquerunt. Quod si mihi permittitur, tunc spero, ut Tibi aliquid Tuis oculis dignum mittere possim.

Rumor est, ill. Hallerum huc rediturum esse, ut subiret munus Cancellarii Academiae, quod post mortem Moshemii[2], magni illius Theologi, vacuum fuit. Sed sunt, qui adhuc dubitant. Nam non nescis, Helvetos nisi coactos patriam suam [non] relinquere. Rogavit ill. Hallerus publice omnes Germaniae Botanicos, ut sibi mitterent plantas, quae tantum in Germania, non etiam in Helvetia crescunt. Credo eum in animo habere, Floram Germaniae contexere.

Denique Tibi, Vir illustris & Fautor optime, gratias in primis ago, quod respondendo quaestionibus meis, me & absentem docere voluisti.

Nihil mihi magis in votis est, quam Tibi posse pro insigni favore Tuo gratias referre. Faxit Deus, ut in emolumentum litterarum quam diutissime felix & incolumis vivas!

Fave et in posterum mihi

illustris nominis Tui
cultori observantissimo
Ioh. Beckmann.

Göttingae
die 17. Novem.
1766.

adresse:
Professeur de l'Academie
à
Göttingen.

Linn. Soc., Vol. I: 495–496.

[1] Något sådant bref är f. n. icke kändt. I bref af den 15 April 1767 tackar Linné Münchhausen i följande ordalag: »Devotissimas reddo quod D. Beckman adeo generose promovisti; est certe juvenis diligentissimus.»

[2] Johann Lorenz von Mosheim, se Afd. I: D. 6, s. 113, not 3.

172.

Vir illustris
Fautor omni pietate colende.

Etsi commercio litterario, quod mihi, pro summa humanitate Tua, concessisti, rarius utor; tamen saepissime, certe quotidie, Tui Tuaeque doctrinae & beneficiorum, quae a Te in me profecta sunt, memoriam pia mente renovo. Saepissime etiam publice, gratum erga Te animum meum testificor, quando vel in libris meis, vel in recensionibus diariorum, vel in dissertationibus, quas interdum diariis inserendas curo, occasionem nanciscor, iis objectionibus respondendi, quas vel ignorantia vel invidia fecit. Sed cum me adhuc tempus deficit, partem peculiarem historiae naturalis tali studio, quali noua inveniuntur, colendi; dubitavi vacuas Tibi litteras mittere, quae non possunt non Tibi displicere. Destinavit mihi regimen regium professionem oeconomiae ordinariam, qua ut me dignum reddam, omne studium, & omne tempus meum adhibere debeo. Deinde etiam quotidie per quinque horas doceo Historiam nat., Mathesin, Physicam & Oeconomiam.

Iam vero Tibi mitto compendium meum oeconomicum, quod ut gratioso vultu velis accipere, vehementer rogo[1]. Operam dedi in hoc libello, ut videant cives mei, usum historiae nat. in Oeconomia, quem Tu primus & vidisti & docuisti, maximum omnino esse. Videbis me ubique Tua e doctrina hausisse, sed videbis quoque, me semper grato animo praeceptorem meum, omnium quos habui optimum & fidelissimum, quem fautorem summa pietate colo, collaudasse.

Mittam quoque si licet post aliquot hebdomades, epistolas Laxmanni e Sibiria, quas nuper cum cel. Schlözero, professore quondam Historiar. Petropolit. nunc collega meo edidi.

Neminem majori gaudio nova Syst. nat. editio affecit, quam me, quam quotannis summa cum oblectatione auditoribus meis, quorum numerus in dies crescit, expono. Cum inter Intestina ista animalcula, quae Roedererus[2], professor, dum viveret, anatomiae Göttingensis, primus accurate descripsit & *Trichurides* vocavit, desidero, exemplaria quaedam Tibi mitto. Invenit istos vermes Rödererus in intestinis humanis e. gr. in duodeno, cum annis 1760 & 1761 hic epidemia erat, quae propter verminosum omnium morborum habitum, cum universali muci corruptela, memorabilis erat. Obtulit Roedererus de iis dissertationem Societati Göttingensi, quae vero nondum edita est, sed habes excerpta ex ista in Göttingischen Gelehrten Anzeigen 1761. N. 25. Figuram iam dedit, ni fallor, Vallisnerius[3] in Oper. Tom. 1. Tab. 20. fig. 5—10. itemque Waglerus in libello singulari de morbo mucoso[4]. Göttingae 1762. 4. tab. 3. fig. 4. Da veniam, Vir illustris, si fortasse ista animalcula tibi iam satis nota sunt.

Quid agit Societas Scient. Upsaliensis, cui Tu columen & dulce decus es? Quam vellem favorem istius illustris societatis me dignum reddere! Magno non solum honori, sed emolumento mihi esset, si beneficia Tua erga me, quibus fortunam meam debeo, honore tituli sodalis velis augere. Sed rogare non audeo, ne me inverecundum dicas[5].

Socer meus celeber. prof. Hollman[6], senex venerabilis, & meritorum Tuorum cultor, cuius Tu mentionem fecisti in Syst. nat. tom. 3. pag. 189. se Tibi commendat. Ego vero Tibi, Vir illustris, Praeceptor longe mihi venerande, longam, felicem, iucundam vitam & placidam senectutem ex animi sententia apprecor; rogans, ut illustri familiae Tuae, praesertim celebr. Filio Tuo velis commendare & ut pergas favere

Illustris nominis Tui
cultori
Ioh. Beckmanno

Göttingae
1769. d. 5 Jun.

Doctissimus Mag. Lidén[7], qui iam hinc in Belgium abiit, quemque hic omnes ob magnam eruditionem maximi fecerunt, se favori Tuo commendat. Doleo vehementer, quod nondum novas dissertationes Tuas quae post Agrostographiam prodierunt, accipere potui. Mitte mihi, quaeso, ista iucunda dona, quando se occasio offert. Soleo dissertationes Tuas, uti nuper istam de Sirene & de Lepra in nostram linguam convertere. Vale!

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Chevalier de Linnè
Premier Medecin de la Cour de Sa Maj. Suedoise,
President de l'Academie des Scien. à Upsala
Membre de l'Academie des Sc. à Paris &c.
à
Upsala.

Franco Stockholm
Hvarjämte en liten ask och en bok.

Linn. Soc., Vol. I: 497—498.

[1] Måste väl afse Beckmanns *Anfangsgründe der Naturhistorie* (Gött. u. Bremen 1767).

[2] Johan Georg Roederer, se Afd. I: D. 4, s. 311, not 2.

[3] Antonio Vallisnieri, medicine professor vid universitet i Padua, född 1661, död 1730. Här citeras hans *Opere fisico-mediche*, som utgafs i 3 voll. 1733 i Venedig.

[4] Carl Gottlieb Wagler, prosektor i Göttingen, sedan i Braunschweig, död 1778. Hans här omnämnda arbete var mycket berömdt.

[5] Beckmann blef aldrig medlem af Vetenskaps Societeten i Upsala.

[6] Samuel Christian Hollman, se Afd. I: D. 6, s. 118, not 7.

[7] Johan Henrik Lidén, berömd svensk lärd och donator, född 1741, död 1793. 1768—70 reste han utrikes.

173.

Vir illustris,
Fautor atque Praeceptor
summa pietate colende.

Ante aliquot menses compendium meum oeconomicum obtuli; iam epistolas, quas Laxmannus olim mihi & celeb. Schlözero e Sibiria scripsit, quasque Schlözerus una cum annotatiunculis meis edidit, mitto, easque ut gratioso vultu accipias vehementer rogo[1].

Misi etiam tunc exemplaria quaedam Trichuridum Roedereri, de quibus sententiam Tuam scire aveo.

Nuper a discipulo quondam meo exemplaria nonnulla Sorbi hybridae, quae circa Gotham legerat, accepi, quod propterea scribo, quia dubito, quin iam alius hanc arborem in Germania invenerit. Mirum videtur, quod arbor haec hybrida citius floret & in semen maturescit, quam parentes, a quibus ortum traxit, nimirum Sorbus aucuparia & Crataegus aria.

Denique favori Tuo gratioso, quo me olim discipulum praesentem dignatus es, in posterum etiam atque etiam commendo.

Illustris nominis Tui
cultor
Johannes Beckmann.

Göttingae
die 12. Octob. 69.

Linn. Soc., Vol. I: 499—500.

[1] Erik Laxman (se Afd. I: D. 2, s. 321, not 8), *Sibirische Briefe* (Gött. & Gotha 1769).

174.

Vir perillustris,
Fautor atque Praeceptor
omni pietate colende,

Qua me laetitia epistola Tua, scripta d. 1. Octob. 1769. adfecerit, ea tanta fuit, quantam verbis declarare nequeo[1]. Renouavit ea in memoriam iucundissimos vitae meae dies, in quibus Te Doctore & Fautore praesenti frui licebat. Renouauit ea & auxit gratias, quas Tibi per totam vitam meam pro tot & tantis beneficiis habebo. At, ne vlla laetitia prorsus absoluta sit, quae est sors humana, dolui quam maxime, quod, nescio quo fato infelici, penultimam epistolam, qua me ornare voluisti, non accepi. Da mihi hoc, ut sciam, num forte eam alia epistola incluseris aut cuidam miseris mihi tradendam, vt istum homuncionem nouerim, qui illum mihi honorem praeripuit.

Iam Tibi dissertationem iuuenis, qui Botanicam, Bütnero doctore, magno studio coluit, mitto, quam vt gratioso vultu accipias, auctoris ipsius verbis rogo[2]. Ridebis haud dubie absonam Bütneri observationem de mutatis Fungorum seminibus in insecta. Scilicet Bütnerus zoologia non erat imbutus.

Incidi nuper in Lanium, quem in penultima Systematis editione Senatorem vocaueras, quem vero in vltima desidero. Fortasse eum reiecisti, quod solus Albinus eius figuram exhibuisse videbatur. Verum etiam Fritschius tab. 61. ad aues Germaniae eandem retulit, & quam avem ipsi vidi, ea in Hassia vicina capta erat. Liceat mihi eius descriptionem referre : Frons alba; vertex albus; margo oculorum alba; occiput & nucha fulva; dorsum nigrum; uropygium album; tectrices alarum albae; macula alba in remigibus primoribus; corpus subtus totum album; rectrices primae albae nigromaculatae, secundae ad basin & in apice albae; intermediae nigrae apice albae; rostrum & pedes nigri.

Septimum Amoenitatum volumen, quam primum potui, erui, legi & relegi. In primis placuit diss: Agrostograph: fundamenta, quae necessariam graminum notitiam reddidit facillimam. Quod olim iam praesens rogaui, vt eodem modo etiam fundamenta Conchyliologiae explicare velis, illud nunc etiam atque etiam rogo. Nulla in parte Systematis Tui (bibliorum meorum, vnde Deum rectius agnosco, quam e theologorum, qui vocantur libris) termini technici intellectu difficiliores sunt, quam in testaceorum generibus & speciebus. Optare si licet mihi, cuius votis saepius iam satisfecisti, optabo, vt ista fundamenta Conchyliologiae figuris quibusdam velis explicare, aut si hoc non licet, vt in cuiuscunque termini explicatione figuram talem auctoris cuiusdam velis indicare, qualis terminum declarat.

Huic voto aliud adiungam, quod mihi non minus cordi est. Nouam Systematis editionem cum vix sperare licet, rogo, vt non solum omnes species, quae subinde innotescunt, separatim supplemento velis addere, sed vt quoque synonyma auctorum, qui recentiori tempore quasdam historiae nat. partes separatim dederunt, vti Martini conchyliorum, Gmelini fucorum, Daubanton avium &c ad species tuas referas, quemadmodum ipse in Appendice cum Sebae & Schäfferi libris fecisti.

Denique favori Tuo me commendo, Tibique & Tuis felicissimam longaevitatem, quaevis bona & fausta adprecor ex animi mei, quem nosti quam sit sincerus, sententia, non e sola consuetudine, etsi hanc epistolam primo novi anni diem scripserim. Vale & fave

perillustris nominis
Tui
cultori
Johanni Beckmanno

Göttingae
d. 1. Jan. 1770.

Linn. Soc., Vol. I: 502–503.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Enligt nästa bref hette författaren Weis. Det torde då vara Friedr. Wilhelm Weis[s] (född 1744, docent i Göttingen, läkare), *Plantae cryptogamicae florae Gottingensis.* Spec. inaugurale (Gottingae 1769).

175.

Viro Celeberrimo
DD. JO. BECKMANNO
Professori Goettingensi
Amico suo sincero
S.
Car. v. Linné

Tuas, mihi semper gratissimas, Literas d. 1 januar. rite accepi et lætatus fui.

Agas quæso DD. Weis meis verbis summas gratiarum actiones pro pulcherrimo suo opere, quod mihi perplacuit; utinam me vivo ederet totum opus, quod maxime illustraret obscurissimam hanc familiam. roga Virum optimum ut etiamnum inquirat in *Byssum florem aquæ* dictum, forte non erit e particulis putridis plantarum. De omnibus reliquis ejus assertis persuasissimus sum; forte etiam de hoc ero convictus.

citat DD. Weis sæpius de *Neckers tract. s. Floram Gallico Belgicam*[1], a me inauditam, nec scio qua ratione obtineam opus mihi desideratissimum ex Ejus encomio.

Tu ipse similiter mentionem facis *Martini conchyliorum,* et *Gmelini Fucorum*, quorum neutrum vidi, nec audivi titulos librorum antequam hæc scripseras.

an *d'Aubenton*, a Te in literis excitatus, *de Avibus*, sit alius quam Buffon? me doceas oro. sic remotus ad angulum mundi hæreo obscurus.

Prima data occasione in epistola aut dissertatione explicabo terminos *Testaceorum,* Tuo jussu impulsus[2].

Video etiam *Halleri Historiam pl. Helv.* prodiisse tribus tomis in Folio; tantam poenitere nequeo emere, adeoque cogor ea carere.

Vidi jam fructificationem Cycadis, valde singularem, a qua multa didici.

Te salutat filius perplurimum
vale et me ut facis, porro ama
Upsal. 1770
d. 26 januarii

Utanskrift:

Viro Celeberrimo
Dno Io. Beckman
Professori Goettingensi clarissimo
frijbr. *Göttingen.*
Franco Hannover [annan stil].

Sigill IX (enligt Th. M. Fries ej förut anträffadt på något bref); rödt lack.

På brefvet har Beckmann antecknat:
Accepi d. 24 Febr. 70.

Originalet tillhör Herr J. Bornmüller i Weimar, hvilken haft den stora vänligheten, dels att 1909 låna det till Upsala för afskrift af Th. M. Fries, dels att 1916 för kollationeringen ombesörja en fotografisk kopia af brefvet.

[1] Noel Joseph von Necker (se Afd. I: D. 3, s. 261, not 8), *Deliciae gallo-belgicae sylvestres, seu tractatus generalis plantarum gallo-belgicarum* . . . (Argentorati 1768).

[2] Redan följande år utgaf Linné en dissertation: *Fundamenta testaceologiæ* med Adolf Murray som respondent. Beckmann tryckte om den 1772 med titel: *Terminologia conchyliologiæ.*

BEHNISCH, C. F.

Preussisk legationssekreterare i Stockholm. I bref på latin från Stockholm af den 6 Nov. 1765 anhåller han för en baron Massows räkning om en ny sändning frön af *Linum perenne*, om hvars naturhistoria han äfven utbeder sig närmare upplysningar.

BERGEN, CARL AUGUST von.

Professor först i botanik och anatomi, sedan i patologi och terapi i sin födelsestad Frankfurt an der Oder. Född 1704, död 1759.

176.

Viro Excellentissimo Experientissimo
Domino
CAROLO LINNAEO
Botanices Professori in Vniversitate
Upsaliensi Celeberrimo
S. P. D.
Carolus Augustus à Bergen.

Vix aliquot dies elapsi sunt, cum Vir Celeb. D. D. Gesner[1] Archiater Serenissimae Domus Wurtenbergicae Berolino litteras humanitate plenas ad me dederit, Tuo nomine sciscitans an D. D. Gleditsch[2], systematis Tui contra Siegesbeckium strenuus defensor, hic forsan commoretur? simulque rogans, ut ex horti nostri Academici supellectile plantarum indigenarum semina colligerem, propediem ab Ipso Tibi mittenda. Ego vero veritus, ne posthaec calva sit, quam saepius exoptavi, scribendi occasio, hanc ipsam ex manibus meis eripi non patiar, quin Tibi observantiam meam, inserviendique studium, et quam valdopere commercii Tui sim avidus, praesentibus hisce declararem. Nihil imposterum mihi antiquius, nihil mihi prius erit, quam Te, Vir Celeberrime, quem totus orbis Botanicus ceu incomparabilem heroem suspicit et veneratur, eorum quae nostra tellus, quae et hortus noster profert, modo transmittendi occasionem declares, quam paratissime participem reddere. Accipe ergo pauca quaedam semina, plura, imo stolones et integras plantas opportuniori anni tempestate expecta. Scriptis Tuis doctissimis, ex quibus Hortum Cliffortianum ex liberalitate Illustris Editoris, Systema naturae, Classes, Genera, Criticam et Fundamenta botanica possideo, supra modum delector, iisque legendis horas a professione et praxi mea vacuas consumo, cum hoc scientiae genere nihil inveniam, quod Tuis plus quam ferrea constantia exhaustis laboribus comparandum sit. Methodum sexualem utcunque aeque commodam, ne dicam commodiorem reliquis hactenus notis, nondum doceo, partim quod parvus sit studiosorum numerus, partim etiam quod plerique horum lucro clinico quam ocyssime faciendo inhiantes per compendium ament instrui. Praegnantiorem vero rationem non aliam novi nisi tenuitatem Florae et horti nostri, generum Tuorum divitiis neutiquam respondentis. Interea amicus noster D. D. Gleditsch ejus rei periculum fecit, cui etiam in his fortunam fautricem voveo. Dissertationes meas, aliorum quoque, nec non scripta medica ab aliquot annis hic edita, dum-

modo, quid quaeras, intellexerim, lubenter mittenda promitto. Pro quibus omnibus, si qua data occasione in supplementum mutui adjutorii, quod eruditi e longinquo se salutantes, utcunque ceu honestum admittunt, Musam Cliffortianam, vel quod magis arrideret Floram Lapponicam benevole mihi transmittere velles, ad quaevis officiorum genera me ipso paratiorem habebis neminem. Vale. dab. Francofurti ad Viadrum d. 24 Jun. 1743.

Utanskrift:

A Monsieur
Monsieur Linnaeus
Docteur et Professeur en
Medicine Ordinaire tres
Celebré
à
Upsal.

Linn. Soc., Vol. I: 518—519.

[1] Johann Albrecht Gesner, född 1694, död 1760.
[2] Johann Gottlieb Gleditsch, so Afd. I: D. 2, s. 96, not 6.

177.

Viro Excellentissimo et Experientissimo
Domino
Carolo Linnaeo
S. P. D.
Carolus Augustus à Bergen.

Octo circiter menses elapsi sunt ex quo Tibi, Vir celeberrime, fasciculum Dissertationum aliaque typis impressa transmisi, ex eo tamen tempore non mihi innotuit haec mea ad manus tuas pervenisse, donec paucos ante dies invitus comperi fasciculum per integram hiemem Sedini hibernasse. Spero autem mercatorem accepta reddidisse, et laetabor si quaedam inveneris quae non prorsus displicuerint. Licentiam ut spero non male interpretaberis quod aliquos nuper auctores botanicos ex tenui supellectili mea suggesserim, quos an studio, an forte fortuna in Bibliotheca tua omiseris plane ignoro. Novorum litterariorum supra modum feraces hic non sumus, quare potius novissimas commercii litterarii philyras iterum fasciculo adjeci, ut quidquid in Germania peragatur uno obtutu legere possis, in quo vero an recte faciam nec ne ex Te scire mihi

pergratum erit. In physicis phaenomena electricitatis omnium curiosorum ore perferuntur, aetatis vero erit detegere an res sit merae curiositatis an vero influxum habeat in vitam communem. Viduata propemodum est facultas nostra dum nuper seniorem nostrum D. A. O. Goelicke[1] amisimus, in cujus locum cum ego vi consuetudinis hic receptae succedam, D. D. Cartheuser[2] sine dubio imposterum vices meas in anatomicis & botanicis supplebit, utcunque nondum constet an hortus academicus meae relinquetur curae nec ne? Cui, ne hoc prefiscine dicam, an digne praefuerim Tibi dijudicandum relinquo, quum ante triennium hortus nondum aleret plantam quam primae classi merito inserere possem. Quod reliquum est vicissim de felicissimo Tuae cum mea patria connubio gratulari nobis possumus, quod, quam latissimum in privatorum commoda influxum habeat vel ex praesenti velim occasione discas, qua Tibi hasce litteras secure non tradi solum, sed et toti imposterum nostro commercio litterario prospectum esse novi, dummodo eodem desiderio flagras mea, sicut ego tua exosculari. Tandem quoque accipe Catalogum Horti Academici[3], dudum quidem promissum, sed propter alia et professoralia & clinica negotia hactenus neglectum, quem ut in meis, si erravi, corrigas, pro tua in me amicitia expecto, imo efflagito. Vale. Scrib. Francof. ad Viadr. d. 15 Jul. 1744.

Linn. Soc., Vol: I: 520—521.

[1] Andreas Ottomar Goelicke, professor i praktisk medicin vid universitetet i Frankfurt an der Oder, född 1670, död 1744.

[2] Johann Friedrich Cartheuser, se Afd. I: D. 4, s. 54, not 7.

[3] Titeln på detta von Bergens arbete är: *Catalogus stirpium indigenarum aeque ac exterarum quas hortus medicus Academiae Viadrinae complectitur* . . . (Francof. a/V 1744).

178.

Viro Excellentissimo
Experientissimo Celeberrimo
Domino
Carolo Linnaeo
S.
Carolus Augustus à Bergen.

Improvisam occasionem praesentes has litteras, una cum inclusis scriptis academicis hujus loci ad Te exarandi ambabus manibus lubens arripio, partim ut meae in Te observantiae novum aliquod exstet testi-

monium, partim ut rescirem an meus fasciculus ante biennium jam missus ad manus tuas pervenerit nec ne? nescio enim cujus culpa factum sit quod commercium litterarium vix inter nos institutum protinus adeo abruptum fuerit, ut litteras tuas inspicere rarius longe mihi sit quam Indiae remotissimas belluas videre.

Scias enim velim me his nundinis vidisse rhinocerotem feminam vivam, belluam scil. [?] quae generici characteris intuitu plane non convenit cum elephanto sed quam potius suem lacustrem et scil. [?] masculum, porcum lacustrem sui generis nominarem, adeo enim uliginosa amat loca, ut sint qui hoc animal amphibiis adnumerent[1]. Pro transmissis scriptis expeto mihi tuas Vir doctissime, Dissertationes Academicas quas nuper et ab eo tempore quo cathedram ornas academicas edidisti, his quoque si floram Lapponicam (Suecicam enim possideo) vel Musam Cliffortianam addere digneris rem facies mihi gratissimam, quam omni officiorum genere demereri studebo. Si quædam ergo parata habes quae transmissioni destinasti poteris ea tuto concredere Dom. Iansono civi nostrae urbis, conterraneo tuo, qui mihi promisit se operam daturum, ut quae ipsi pro me concrederentur certo ad manus meas pervenirent. Vale interim Patriae decus, Vir doctissime et me amare perge. dab. Francofurti ad Viadrum d. 9 Aug. 1746.

Linn. Soc., Vol. I: 522—523.

[1] Först i 1748 års uppl. af *Systema naturæ* uppställde Linné noshörningen som särskildt släkte, skildt från elefanten.

179.

Viro Illustri
DD. CAR. AUG. a BERGEN
Professori celeberrimo
S. pl. d.
Car. Linnæus.

Hodie accepi munus tuum e variis curiosis opusculis una cum literis d. 9 augusti exaratis.

Tu mei memor vivis, licet meas nec accipis literas nec munuscula.

Doleo quod non acceperis literas, quas scripsi primo vere.

Hac æstate Historiæ naturalis causa 250 milliaria suecica emensus sum per provinciam Westrogothiæ et littora maris occidentalis.

multa ibi legi curiosa, quæ edam suetice, uti antehac iter Gotlandicum & suecicum [!][1].

Flora Zeylanica propediem prælum subibit[2], quæ continet plantas omnes a Beato Paulo Hermanno in Zeylona lectas, redactas ad certa genera cum varietatibus et veris synonymis, videbis quod non vidisti in Asiaticis plantis. plantas ipsas ab Hermanno lectas ad manus habeo.

Gratissima sunt quæ de Rhinocerote mones, ego animal numquam vidi; si vidissem non ita errassem; qui ante me viderunt non oculatiores in eo fuere; Duglassi descriptionem novam non vidi, raro enim ad nos libri anglici advehuntur.

fac ut per tuos oculos videam hoc genus. des quæso mihi characterem pro nova systematis editione, describas mihi præsertim dentes, mammas &c: tua fide et tuo nomine genus constituam; si Tu non velis, nec miraberis me præstantiorem dare non potuisse.

misi hodie cum nave Holmiam dissertationes de Horto academico, Museo principis, Plantis Burseri, Acrostico, Anandria, Musam cliff. quas cito conedere licuit. Tu æqui bonique consulas; et quæ sunt levidensia amicis oculis intueare, nec succenseas viro ad remotissimas regiones delato, ad quas vix fama eruditorum pervenit, multo minus docta et limata opera, nisi casu et fortuito. deinde scias nimis multa esse quæ me quotidie distrahunt, ut nequeam meas cogitationes limare et polire quemadmodum deceat; dissertationes enim apud nos conscribimus uno die, altero imprimimus, quod et facile videbis me tacente.

Quæso ad D^{um} Gleditschium mittas Dissertationes in quibus ejus nomen adposui; cum mihi vix alia occasio mittendi succurrat.

Valeas et floreas. Dabam Upsaliæ 1746 d. 29 septembris.

Utanskrift:

Viro Experientissimo &
Celeberrimo
D^{n}. D: Carolo Aug: a Bergen
Professori Medico
Francfurt
frijbr. *ad Wiadrum.*

Sigill bortklippt.

Originalet tillhör Kungliga Biblioteket i Berlin, hvarest utg. afskref det 1906. För kollationeringen har Biblioteket benäget öfversändt en fotografisk kopia af brefvet.

[1] suecicum måste vara felskrifning för oelandicum.

[2] *Flora Zeylanica* utkom 1747.

180.

Viro Illustri et Excellentissimo
Domino Carolo Linnaeo
Professori longe celeberrimo
S. P. D.
Carolus Augustus à Bergen.

Eadem occasione qua nuperrimas tuas, mihique gratissimas, die XXIX Sept. a. p. exaratas, accepi, eadem prorsus nunc has mitto responsorias. Et ni sane iniquae petitionis censuram subirem, optarem profecto, bonum istum virum, qui praesentes adfert, suis diutius detineri litibus, modo tuis quotannis suavissimis litteris gaudere possim; quas autem primo vere scriptas mones, nunquam accepi. Itinera tua licet vestro idiomate scripta gratissima mihi forent munera, quod et de Flora Zeylanica intellectum volo, si ita Tibi visum fuerit. Rhinocerotem licet viderim, non eo animo contemplatus sum ut animalis descriptionem publicarem, probe conscius, quam curta mihi in Scientia naturali supellex sit, nihilo minus nuperrima tua mihi stimulo fuere, ut qualiacunque mea observata occasione Sermonis Academici in lucem ederem[1]. Tui nunc erit judicare, an quicquam pro determinando genere eruere valeas. Figuram animalis Berolini factam archetypum accurate representantem adposui ratus hoc ipsum Tibi non ingratum fore. Douglasii scriptum autem nunquam vidi. Selectissimas tuas Dissertationes avide perlegi, pro quibus atque imprimis Musa Cliffortiana grates Tibi persolvo in perpetuum duraturas.

Nunc iterum mitto Dissertationes quasdam nostrae et aliarum Germaniae Academiarum pro quibus si revertente iterum Iansonio Dissert. tuam *de Ficu* nec non adhuc semel *Hortum Upsaliensem*. Dissert. Dn. Groenvald[2] *de argentifodinis Salanae*[!] Upsal. 1725 habitam mihi certo promittere possem, multis nominibus Tibi me obstrictum pollicerer. Imo si forsan Lorizen Wolff, *Norigia illustrata*[3], nec non Christian. Steinkühe (litteris initialibus C. S. K. H. D) *Topographia Norvegiae*, Haffniae impressa[4], apud vos prostaret, quanti constarent Iansonius pro me lubentissime solvet. Tandem si conchyliorum, petrefactorum et mineralium Septentrionalium exemplaria in duplo possides et superfluorum copiam facere digneris, ego, quae nostra fert tellus naturae producta certo certius communicaturus sum. Dn. Gleditschio tuas misi dissertationes sed mihi hactenus nondum respondit.

Vale et fave. dab. Francof. ad Viadrum die XVI. Martii. 1747.

Linn. Soc., Vol. I: 524—525.

[1] *Oratio de Rhinocerote* (Francof. a/V. 1746).

[2] And. Grönwall, *Argentifodinæ et urbis Salanæ succincta delineatio* (Diss. Ups. 1725, 4:o).

[3] Jens Lauritzson Wolff, *Norrigia illustrata* . . . (Khvn 1651).

[4] [Pet. Claussön,] *Topographia Norwegiæ. D. i. Eigentliche Beschreibung des Königreichs Norwegen . . . Aus dem Dänischen übers. von C. S. K. H. D.* [ɔ: Christoph. Steinkuhl] (U. o. 1685). (Enligt Deutsches Anonymen-Lex. 1501—1850. Bd 4.)

181.

Viro Excellentissimo Experientissimo
Domino Carolo Linnaeo
Sacr. Maj. Suec. Archiatro et Professori
Medicinae in Upsaliensi Academia
Primario, Celeberrimo

S. P. D.
Carolus Augustus de Bergen.

Quam a longo tempore et saepius frustra quaesivi occasionem istud nostrum commercium litterarium, quo me quondam beasti, iterum renovandi, hanc forte fortuna inveni, comparata notitia mercatoris cujusdam Sedinensis Toërnicke nomine, qui quotannis naves suas Holmiam mittit, quique, qua est erga me humanitate, se curaturum promisit, ut litterae meae ad manus Tuas pervenirent. Periculum itaque facturus, mitto Tibi Vir Excellentissime nova quaedam litteraria, et ex iis nonnulla, quae me auctorem habent, inter alia diu promissam Floram Francofurtanam[1], quam quidem novi mendis scatere plurimis, sed cujus excusationem a Te ut spero impetravero, si perpendis, libellum Ienae esse impressum, meque propter absentiam ultimam ipsi limam apponere haud potuisse. Parata jam habeo supplementa et emendationes quasdam praelo brevi committendas, quas suo tempore transmittam. Vitio quoque mihi vertitur quod plantas culturae admiserim, quod ipsum tamen in gratiam tyronum feci, qui non solum campos sylvasque sed saepe hortos suburbanos ingrediuntur. Rigidum expertus sum censorem in diario novissimo Lipsiensi, cui nomen est: Commentarii ad historiam naturalem et medicinam[1]. Saepe non tam mea, quam Tua, quae secutus sum impugnat theoremata. Sed nihil magis abhorreo quam controversias inter eruditos, adeoque incassum expectabit defensionem censor. Video praeterea viros in arte summos et

coryphaeos ab istiusmodi cavillationibus immunes haud esse, quod quippe et Tibi Vir celeberrime cum certo quodam Hungero Popovitz qui historiam maris idiomate germanico evulgavit, contigisse recordor[2]. Molem praesentis fasciculi auxi adjectis dissertationibus quibusdam tam meis quam Dn. Cartheuseri, de quibus omnibus ut mihi libere judicium perscribas tuum, est quod enixe rogo. Philosophiae tuae Botanicae si unum a Te impetravero exemplar donum erit gratissimum. Ex diario Dn. Kaëstneri, Hamburgisch: Magazin vidi vestrae Societatis Regiae impensis missos quosdam esse socios in Syriam et Ægyptum excolendae historiae naturalis caussa, quod egregium institutum omnes qui Physicam et Historiam naturae curae cordique habent maximopere laetantur[3]. Responsorias tuas, si quando per continuos labores quibus distraheris, licet, eadem occasione expecto meque veteriori Tuo favori ac amicitiae commendo. Vale. scrib. Francofurti ad Viadrum d. 10 Martii MDCCLII.

Linn. Soc., Vol. I: 526—527.

[1] *Flora Francofurtana methodo facili elaborata* . . . (Francof. a/V 1750). Den är recenserad i Commentarii de rebus in scientia naturali et medicina gestis, Vol. I: 1, Lips. 1752, s. 102—106.

[2] Johann Sigmund Valentin Popowitsch (född i Steiermark 1705, professor i Wien, död 1774), *Untersuchungen vom Meere* . . . (Frankf. u. Leipz. 1750). S. 351—398 kritiserar han skarpt Linnés vetenskapliga metod.

[3] Föranledes väl af, att i Hamburgisches Magazin, Bd 7, 1751, s. 160—202 förekommer en tysk öfversättning af Hasselqvists (här kallad Hasselgeist) bref till Linné angående resan i Egypten och Palestina.

BERNSTORFF, JOHAN HARTVIG ERNST.

Dansk utrikesminister, född 1712 i Hannover, död 1772 i Hamburg. Han och grefve A. G. Moltke voro högsta styresmän hemma i Danmark för den danska vetenskapliga expeditionen till Egypten och Arabien 1761—1763, i hvilken bl. a. äfven Linnés lärjunge svensken Pehr Forsskål (se Afd. I: D. 6, s. 110 och följande) deltog.

182.

Excellentissimo Domino ac Comiti
Dno BERNSTORPHIO
S. R. Mtis Daniæ Primati
S. T.

s. pl. d.
Car. von Linne

Quod gratiosissime indulsisti, Excellentissime Dne Comes, literas Forskahleanas de Opobalsamo ad me mitti devotissima dum vixero mente agnoscam[1].

Ne tam stupendum inventum apud me delitesceret Tineisque certaret istud hic proposui, probe gnarus quam invida sunt fata scientiis[2].

Si quædam in Forskaleanis scripta sunt caracteribus, ut vocant, forte solus sim, qui ea legere possem, si ita jubeas[3].

Servet Te D. T. O. in seculi nostri, Patriæ, scientiarum fulcrum et delicias.

dab. Upsaliæ 1764
d. 24 Decembr.

Originalet, som tillhör det Bernstorffska familiearkivet på slottet Wotersen i Lauenburg, har genom professor Aage Friis i Köbenhavn välvilligt utlånats till Upsala för afskrifning.

[1] Detta Forsskåls bref till Linné om Opobalsamum m. m., hvilket är publiceradt som Nr 1364 i Afd. I: D. 6, s. 168—169, hade liksom andra, som redogjorde för forskningsresultat under resan, måst oförsegladt skickas öfver Danmark. Grefve Bernstorff, under hvilkens adress det hade gått, hade sedan låtit öfversända det till Linné.

[2] Med detta bref följde säkerligen Linnés disputation *Opobalsamum declaratum,* som hade ventilerats den 22 Dec.

[3] Linné trodde väl, att i Forsskåls efterlämnade anteckningar skulle förekomma något af den nummerchiffer, hvarom Forsskål skrifver i ett par af sina bref (se Afd. I: D. 6, s. 139 och 142—143).

183.

Per-Illustri ac Celeberrimo
Domino Carolo von Linné,
Equiti aurato de Stella polari,
S. R. M. Sueciae Archiatro, reliqua,
S. P. D.
Johannes Bernstorfius.

Responsum ad Literas Tuas, voluntatis in me Tuae testes, die XXIV Decembris anni superioris ad me exaratas, mihique longe jucundissimas, non nisi eo consilio per aliquod tempus distuli, quod in dies plura quaedam Forskaliana, abs Te, Per-Illustris Linnaee, jure sane Tuo desiderata, e dissitis Orientis regionibus ad me perventura sperarem, quae, si advenissent, Tecum e vestigio et perquam lubenter communicassem.

Spes ea me, quod impense doleo, fefellit, eandemque atrox illud, nec unquam satis deplorandum fatum, quod viatoribus nostris in Arabia, irreparabili fere rei et sacrae et literariae damno, tantopere fuit exitiale, praescindit, et utinam non plane tollere videretur.

Ut benigniorem sortem in reditu experiatur ille, qui ex eorum numero solus est superstes, idemque supellectilis literariae a reliquis conquisitae custos unicus, id vero nobis quam maxime in votis est.

Gratias Tibi ago, Vir Celeberrime, insignes pro munere Tuo Tentaminis luculenti de Opobalsamo, in quo tam splendide de Rege meo Ejusque in bonas Literas amore censes.

Ne, quaeso, dubites, me omni oblata occasione operam daturum, ut Tibi constet, quanti ego faciam illustre nomen Tuum et merita summa, quibus in Orbe erudito clares et immortali fama clarebis. Si quid unquam erit penes me, quod Tibi acceptum fore judicabo, mihi credas, velim, ejus Te participem reddere mihi tam erit gratum, quam quod gratissimum. Vale.

Dabam Hafniæ die XXV. m. Maji, A. D. MDCCLXV.

Linn. Soc., Vol. I: 550—551.

184.

Per-Illustri ac Generosissimo
Domino Carolo à Linné
Equiti aurato, S. R. M. Sueciae Archiatro
Celeberrimo, reliqua,

S. P. D.
J. H. E. C. de Bernstorf.

Redditae mihi sunt Literae Tuae die XXIIX mensis Januarii proximi ad me perscriptae[1], praeclarum animi Tui in me affectum uberrime significantes, eoque mihi nomine quam acceptissimae. Gratias Tibi ago, Vir Celeberrime, maximas, tot tantisque abs Te benevolentiae testimoniis cumulatus, easque referendi si mihi unquam occasio obtinget, me sane felicem existimabo. Pauca quippe sunt, quae me majore voluptate afficere poterant. Quoties recordabor, meos qualescunque de literis et scientiis bene merendi conatus Tuo calculo probatos et a Te laudibus ornatos fuisse, non potero quin eas Tuae in me Amicitiae soli gratus tribuam. Vehementer autem laetor, Te aliquo in loco posuisse paucula illa, quibus voluntatem in Te meam studiumque desideriis Tuis inserviendi declarare volui potius quam potui; Id quidem est quod magno mihi honori duco. Tibi Tuisque usibus, Vir Clarissime, aliquid impertiri, quod ad amplificandam et illustrandam rerum Naturae, operum Creatoris summi, cognitionem faciat, id vero est ipsum sibi Orbem eruditum per Te devincire.

Aequum et justum est, ut amico Tuo hortatui ac impulsui de maturanda rerum e longinquis terrae partibus his proximis annis nobiscum communicatarum editione, quantum in me est, respondere sat agam. Nec illi curae huc usque defui; Imprimis mihi cordi est Itineris in Arabiam felicem Regis mei jussu suscepti publicatio, cui sedulo opera impenditur, licet tabularum, quae ad id opus pertinent, in aes incidendarum elaboratio plus temporis quam vellem absumat, et has quidem absolvere oporteat antequam descriptio Itineris prelo queat committi. Quam primum autem ad finem perductum erit opus, meum esse judicabo, Te ejus præcipue participem reddere.

Dn. Königium[2] Tranquebariae versantem, quantum potero, sublevare cupidus, operam dabo, ut is aliquando intelligat, quantum apud me valuerit Tua commendatio. Mihi credas velim, Per-Illustris Linnaee, me nec ulla alia in re passurum, ut lateat, quo ego studio Te, tanti nominis tantique ingenii Virum, prosequar, cujus monumenta praestantissima, dum

bonis literis et scientiis suum constabit decus, perennabunt. Vale, Vir Celeberrime, et gloria famae, quam Tibi innumeris et immortalibus in Orbem eruditum meritis peperisti, quam diutissime fruere incolumis.

Dabam Hafniae die III. m. Martii A. D. MDCCLXX.

Linn. Soc., Vol. I: 552—553.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Johan Gerhard König, se Afd. I: D. 2, s. 357, not 5. (Han var född i Livland). Troligen hade Linné rekommenderat honom hos grefve Bernstorff till erhållande af bättre ekonomiska förmåner från danska statens sida.

BERTELLET, PIERRE JEAN de.

Fransk öfverstelöjtnant, fransk och svensk konsul i Livorno, död 1763.

I bref på franska, dat. Livourne den 27 Sept. 1750 (Linn. Soc., Vol. I: 554), säger han sig ha från Alexandria mottagit åtskilliga saker för bl. a. Linnés räkning, hvilka han öfversändt till Hamburg för vidare befordran till Sverige. (Troligen gällde det samlingar från Hasselquist.)

BERTOUCH, ERNST ALBRECHT von.

Född 1745, död 1815. Dansk legationssekreterare i Stockholm 1772—1776, amtman i Tönder 1789; framstående genealog.

185.

Amicus tuus meusque Dominus Fabritius senior[1] Doctor medecinæ Hafniæ a me, cum mense Novembre profectus sum Holmiae [!], petivit literas hic adjunctas, sacculo una cum parvo, tibi remittere.

Erubesco, Domine illustrissime, hactenus hoc negligisse, sed vera cum sinceritate assecuro tibi, maximam et solam causam negligentiæ meæ attribuendam esse desiderio meo flagranti occasione tam favorabili uti potuisse comparandi commodum, spectare te, Vir præclare, cujus ingenium operaque dudum jam excitaverunt admirationem meam maximam.

Videndo impossibilitatem pro tempore satisfaciendi huic desiderio, non credo plus posse tardere et inserviendo medio ordinario, per postas.

literas amici tui remitto, his adjunctis. Quod sacculum attinet, quem, cum occasione simili mittere non volui, interea semper bene conservo, illo, cui me mandas, remittero.

Interea, rogo a te, et iterum rogo, quod mihi permittas primam occasionem eripiendi frui voluptate et gaudio, Upsaliæ te videndi. Vale,

Ernestus à Bertouch
Cubicularius S. M. Regis Daniæ
et Secretarius suæ legationis ad aulam
Suecicam.

Holmiæ
die 27 mens. Decembris 1772.

Linn. Soc., Vol. I: 556. Tryckt i J. C. Schiödte [utförl. titel se s. 98], s. 505—506.

[1] Johan Christian Fabricius, läkare i Köpenhamn, född 1705, död 1775.

186.

Wälborne Herr Archiater!

Den namnkunnige Professor Forskåhl, hvars altförtidiga Förlust, mit Fädernesland städse beklagar, har haft at tilskriva Herr Archiaterns osparda Möda och Godhet de berömliga Egenskaper, som giordt honom så almänt sacknad; Ingen Ting kan derföre wara rättmätigere än att öfwerlämna Herr Archiatern dess posthuma Arbeten. Capitain Niebuhr, afl: Professor Forskåhls Wän och Rese Camerat, som nu låtit komma på Trycket, de efter dess Död fundne fragmenter, har warit af samme Tanka med mig, om Herr Archiaterns rättmätiga Dehl uti dess Skrifter, och har derföre updragit mig, at öfwerlämna till Herr Archiatern desse begge arbeten, det ene *Flora ægyptiaca arabica,* og det andra Descriptio animalium etc:[1], och emedan jag intet trodt mig kunna nog snart efterkomma min Wäns Begäran, har jag den Äran härmed öfwersenda de exemplar, hvilka jag ämnat til min egen Boksammling, glad at hafwa funnit ett så godt tillfälle, at hos Herr Archiatern uplifwa Minnet af en Främling, hwilken städse skall anse for en heder att hafwa warit personligen kiänd af Herr Archiatern, och aldrig undlåter at lefwa med upricktigaste högacktning

Wälborne Herr Archiaterns
ödmiuka Tienare
E. v. Bertouch
Kammarjunckere wid Kongl. Danske
Hofwet och Chargé d'Affaires hos
Kongl. Mayst: af Sverrige.

Stockholm
d. 6. October 1775.

Linn. Soc., Vol. I: 558—559. Tryckt i SCHIÖDTE, s. 506—507.

[1] Forsskåls *Flora ægyptiaco-arabica* och *Descriptiones animalium avium, amphibiorum, piscium, insectorum, vermium* utgåfvos genom CARSTEN NIEBUHR (se denna del, s. 106, not 3) 1775 i Köbenhavn.

187.

Wälborne Herr Archiater!

Twänne mina lärde Venner i Kiöbenhavn, herrerne Statsråder von Berger[1] och Horrebow[2], hwaraf den ena är Kungens min herres första LifMedicus, och den andra Professor Astronomiæ, hafwa hitsändt deras Söner, i det hop, at de fingo Tilfälle, under Deres Wistande wid Upsala Academie, at profitera af Wälborne herr Archiaterns och andra herrar Professorers lärorika Föreläsningar. Jag är af begge dessa ynglingars Föräldrar blifwit anmodat om, at antaga mig de unga Resande på det bästa under deras Werelse här i Swerrige, och jag har i följe herutaf redan här i Stockholm sökt och funnit Tilfälle at skaffa dem bekantskap med en del af härvarande lärde, af hvilka i synnerhet de herrar Wargentin[3], Acrel[4] og Wilke[5] hafva bevist dem särdeles godhet.

Med billighet kunde jag imidlertid anses för at hafva uträttad litet til deras förmon, om jag i detta moment, då de ärna resa härifrån till Upsala, försummade at nämna dem för Wälborne herr Archiatern, som twå unga studerande der i henseende til deras brave Fädre, sowälsom i henseende til deras egen conduite kunna förtiäna herr Archiaterns protection.

Jag har af egen Erfarenhet lärt at kiänna, Herr Archiaterns godhet mot Främmande som söka tilfälle at få den äran at wara honom bekant, och jag tör om destomera hoppas, at De med lika Godhet bemötes af Herr Archiatern, som jag begiär det som et särdeles Prof på den Vänskapen jag smickrar mig med; at kunna personellement räckna uppå. Den ena af de unge Resande Hr von Berger, har, som wåres fälles Ven Hr Capitain Niebuhr har berättat mig, Comission at öfverleverera Hr Archiatern ett present Exemplar af *Icones rerum naturalium* stukne efter Forskåls lemnade Ritningar[6], och utan Tvifvel har Niebuhr, som en stor Ven af Bergerska huset, beledsakat sin bok, med et recommendations bref för Öfverbringaren[7].

Jag har den äran at framherda med största Wördnad

Wälborne herr Archiaterns
ödmiukaste Tiänare
E. A. v. Bertouch.

Stockholm
d. 3 Junij 1776.

Linn. Soc., Vol. I: 560—561.

[1] Johan Chilian Just von Berger, född 1723 i Celle, kallad till Danmark, lifmedikus, död i Köbenhavn 1791.

[2] Christian Horrebow, född 1718, professor i astronomi vid universitetet i Köbenhavn, död 1776 $^{19}/_{9}$.

[3] Pehr Wilhelm Wargentin, se Afd. I: D. 2, s. 135, not 1.

[4] Olof af Acrel, se Afd. I: D. 1, s. 84, not 2.

[5] Johan Carl Wilcke, född i Wismar 1732, flyttade med sina föräldrar till Stockholm 1739, framstående fysiker, ständig sekreterare vid K. Vetenskaps-akademien 1784; död 1796 i Stockholm.

[6] *Icones rerum naturalium, quas in itinere orientali depingi curavit Petrus Forskål, post mortem auctoris ad regis mandatum æri incisas edidit Carsten Niebuhr* (Havniæ 1776).

[7] Ett sådant bref finnes också af den 27 Maj 1776.

BESCHE, JOHAN CARL de.

Apotekare i Bergen, född 1737, död 1787. Efter 1760 aflagd farmaceutisk examen reste han till Sverige, där han en tid studerade under Linné. I Linnean Society finnas två bref från honom (Vol. I: 562 och 564—565), 1770 $^{21}/_{4}$, 1777 $^{28}/_{10}$, hvilka dock äro ställda till den yngre Linné. I det förra af dessa tackar han för ett bref från honom af den 10 Mars 1768. Detta finnes nu i Bergens Museum. Utgifvaren har velat meddela detta, emedan man felaktigt trott, att denna korrespondens skulle röra Linné d. ä.

BICKER, LAMBERTUS.

Holländsk läkare, sekreterare i Bataafsch Genootschap der proefonder-vindelijke wijsbegeerte i Rotterdam. Hans bref, som rör Linnés medlemsskap i detta sällskap, kommer att publiceras tillsammans med bref och skrifvelser till och från lärda sällskap i utlandet. Se närmare företalet till denna del.

BLACKBURNE, ANNA.

Miss Anna Blackburne var dotter till en John Blackburne, som själf var stor naturälskare och hade en utmärkt trädgård på sitt gods, Orford-hall i Lancashire. Hon intresserade sig mycket för naturalhistorien och skaffade sig vackra samlingar. Hon dog vid hög ålder 1794.

188.

Sir,

Having a Bro^{r} who lives near new York in north America, who annually enriches my Cabinet with the productions of that Country, if it it wou'd be agreeable to you I wou'd send you a few Birds & insects, which I believe are not in your Sys. Nat^{ae} & which he kill'd within 50 miles of that place.

From Liverpoole I can send them to stockholm, if you will let me know to whose care there you wou'd have them address'd, if you do not write soon the season for ships sailing for Stockholm, for this summer will be over.

Mr: Ellis[1] telling me he always wrote to you in English, encourage'd me to do it. but if French is more agreeable to you my next shall be in that Language.

from Sir your most Obedient

Humble Servant
Anna Blackburne.

P: S.

please to write to me by the Post, & direct it to Mrs: Blackburne at Orford near warrington Lancashire England. and I shall be sure to get it.

if you favour me with an answer, pray let me know whether I directed my letter properly or not.

Orford, June y^{e} 29th 1771.

Utanskrift:

To
Sir Charles Linnæus
at Upsala in
Sweden.

Linn. Soc., Vol. II: 47—48.

[1] John Ellis, se Afd. I: D. 3, s. 80, not 5.

189.

Sir

By the Ship Good hope the master Peter Larson from London to Stockholm, I have sent a small box containing a few Birds and insects directed as you desire'd to Mr. Carl Linné. Stockholm; which I hope you will receive safe, and wish you may find any thing worthy of your acceptance in it.

I was at Oxford in the year 1769 and remember the incident you mention[1] very well, one of the Gentlemen with us told us that a Foreigner then present was surprized to see a Lady that knew any thing of plants; the person contended with was the Gardener who was a great dunce.

There are many Ladies in this Country that are very fond of plants, one only of my acquaintance that knows them scientifically which is Lady Ann Monson. this knowledge I have taken some pains to acquire, & tho: I have labour'd under many difficultys, not knowing one word of latin when I began to study your Systema Naturæ, which hath employ'd my leasure hours for the last 4 or 5 years, in which time tho I have not been able to acquire a thorough knowledge of it, I have so far suceeded as to be able to find out most things, wch. I assure you I think an ample recompence for all the pains it has cost me.

My Father has one of the best Colections of plants in this country, but at 73 years old, thought it late to begin to learn a new system and therefore I had little help from him.

I wish it was as much in my power, as it is in my inclination to send you a new plant, and shou'd think my self very highly honour'd by Your puting my name to it.

My Colection of dry'd birds is pritty num[erous]. my cabinet is not destitute of shells, Insects, fish, & Fossils, & if my Brother lives will increase fast. I am not so happy as to know Mr. Banks & Dr. Solander, from a freind of theirs this day I received a letter to acquaint me he had been with them & view'd their store & found they have 100 new genera & a 1000 new species of plants, 150 Birds, 200 fish, 50 insects, & 20 quadrupeds: not the variety of shells & corals that one

might have expected, but probably you may have received a better account. With compliments and best wishes

I am Sir Your most Obedient Humble Sert.

Anna Blackburne

Orford Oct. ye 14th 1771

P. S. I shou'd be very glad to hear you receive the Box safe, & to have your opinion of the contents.

Utanskrift:

Societati Regia Scientiarum
Upsaliae
Sweden.

post paid 1: 4.

Linn. Soc., Vol. II: 49—50.

[1] Något bref från Linné till henne är f. n. icke kändt.

BODDAERT, PIETER.

Holländsk läkare och naturforskare, född i Middelburg omkr. 1730, student i Leiden 1751; var en tid rådsherre i Vlissingen, men flyttade sedan till Utrecht, vid hvars universitet han varit »lector» i naturalhistoria, död något af de sista åren af 1700-talet. Han har författat rätt många, särskildt zoologiska skrifter och har dessutom verkat som öfversättare af naturvetenskapliga arbeten.

Af Linnés bref till honom äro f. n. blott tre kända. De i denna brefväxling talrikt förekommande språkfelen har utgifvaren icke ansett sig kunna särskildt utmärka.

190.

Viro clarissimo omnibus titulis eximio
C. Linnæo
S. D. P. Boddaert Med. Doct.

Ad te, Vir celeberrime, litteris accedere, cum te ipsum nosse fata negaverint, diu diuque dubitavi; ne nugis meis te tot tantisque negotiis obrutum impedirem. Multa tamen me tibi hæcce mittere suaserunt. Tibi enim vir eruditissime debeo, quod me relictis aliis negotiis totum historiæ Naturali dedicaverim; Tua tum zoologica tum Phytologica opera legi

perlegi summa voluptate mente devoravi, tantique viri etsi foret unica Epistola condecorari et honorari cupidus, pauca de tuo ultimo edito systemate dubia proponam, deque meis in Zoologicis conatibus consultabo; Ne tamen me in re naturali Tyronem tua magni meriti opera acerbo flagello perstrincturum credas, omnes lites quacunque de re in odio habeo, maximeque dolet magnum Buffonium Gallicam erga te urbanitatem deseruisse, et se nimis durum in te, in Hasselquistum tuum et Sebam ostentasse.

Tuum itaque Systema sextum, decimum, duodecimum attenta mente pervolvi; Vidique te ut et Cl. Brissonium[1] Systemata vestra in quadrupedibus ex odontonomia ut ita dicam, exstruxisse. Sed liceat mihi haecce pauca modeste proponere. Novimus quadrupedia vel ex Speciminibus vivis in theriotrophiis servatis, vel ex iisdem defunctis, infarctis vel liquore conservatis, vel ex eorum sceletis, vel tandem ex accuratissimis eorum iconibus; nec quod scio datur septimum. Ex vivis autem Systema dentium eruere vulgo haud sine discrimine fieri posse et ipse vir celeberrime confiteri velis, ex speciminibus infarctis et sceletis res facilior evadit. sed saepius vidi ea dentibus carere vel ore clauso in infarctis præparata fuisse, et minorum animalium liquore conservatorum, non sine periculo rupturæ genarum, os aperiri posse expertus sum, et iconibus descriptionibusque haud fidi posse ipse monuisti; sed si hæc a me dicta certa forent et facilia, Anomalia tamen regnat in Systemate tuo vir celeberrime in genere, verbi gratia, Vespertilionum quanta sit dentalis ordinis differentia verbo dixit cl. *Pallas* in Specilegiorum zoologicorum fasc. II [ɔ: III][2]. Sic Camelopardalis sui generis animale a te ad cervos collatum dentes habet omnes spathulatos. Erinaceos ab Hystricibus dirimavisti ob molarium discrepantia, plura hisce addere potueram sed ne censoris munere fungar, his desistam, solum addam me miratum esse te totum Anteloparum pulcrum genus omisisse, uti et magna Vespertilionum copia. — Hisce permotus novam ingredi viam ad ordines naturales inveniendas, conatus sum; nempe dividi quadrupeda in *ecaudata*, in *brachyura* et *macroura*. *Brachyura* ea voco, quorum cauda articulum femoris cum tibiâ haud transit, macroura, quorum cauda longior tibiam attingit, super . . .[3] *Genera* sub tribus hisce ordinibus militantia [ex] pelle et pedibus, tum ex capitibus collisque conf[ero]; id mihi 42 genera in totum præbuit; scio vir clarissime me genera tua decerpsisse, scio me hinc et illic animalia incongrua conjunxisse, verbo scio me errasse, meumque Systema variis scatere vitiis, attamen conatibus meis ignoscas quæso; — Tuumque de amphibiis serpentibus systema, ex numeratione squamarum scutarumque difficillimum, et sit venia verbis sibimet inconstans, mutare tentavi, ita ut genera tua

pro ordinibus adsumsi, et genera ipsa ex serpentium capitibus sumsi ea dividendo, in Serpentes sive *Boæ* sive *colubres* sive *viperæ capite squamato*, vel *imbricato, rostro acuto,* vel *obtuso,* species dein ex delineationibus, (non coloribus) conflavi[4]. Præterea Doctiss. Domini Pallas elenchum zoophytorum in Belgiæ idioma transtuli[5], iconibusque zoophytorum ornavi, paucasque adjeci notulas. specilegiorum ejusdem viri cl. primum fasciculum cum pluribus annotationibus edidi belgice, quæ ambo opuscula tibi perventura per Bibliopolam Leidensem Witsteinium curabo, vel per celeberrimum Burmannum.

Ne in malam accipias partem vir celeberrime me hæcce tibi misisse, Vale et vive diu in honorem et incrementum scientiarum et in decus seculi nostri.

Dabam Ultrajecti ad Rhenum
ipsis nonis Febr. 1768.

P. S. Si mihi Vir celeberrime responsis tuis condecorare digneris litteras subscribas rogo

Monsieur P. Boddaert
docteur en Medicine
ancien conseiller de la Ville de Flissingen
a Utrecht.

Utanskrift:

a Monsieur
Monsieur Linnæus
Docteur en Medicine Professeur en
Botanique Chevalier de l'ordre Royal
et militaire de l'Etoile polaire
Membre de l'Academie Royale des
Sciences, et de la Societe Royale de
Londres etc.
a Upsal
franco Hamburg. *en Suede*

Linn. Soc., Vol. II: 79—80.

[1] M. J. Brisson (se Afd. I: D. 6, s. 237, not 6) *Regnum animale in classes IX distributum* . . . (Paris 1756).

[2] Peter Simon Pallas, *Spicilegia zoologica* utkommo i 14 fasciklar i Berlin 1767—80.

[3] Något ord här bortslitet i originalet.

[4] Boddaert har i Nova Acta phys.-med. Acad. nat. cur., T. 7, 1783, publicerat *Specimen novæ methodi distinguendi serpentia.*

[5] *Lyst der plant-dieren* . . . (Utrecht 1768) är öfversättning af Pallas, *Elenchus zoophytorum,* som utkom i Haag 1766.

191.

Viro longe Celeberrimo
C. Linnæo equiti
S. pl. dicit P. Boddaert Med. Doct.

Tuas, quibus me honorare voluisti, vir clarissime bene lætusque accepi, gratiasque tibi ago maximas pro citissimô tuo responso [1].

Quod ad ea quæ scripsisti vir celeberrime attinet, ne in malam accipias partem, me quædam adhuc movere dubia; non quod systema tuum adspernerem vel quod cogitem aliud sine vitiis, et ad ordinem naturalem magis conveniens posse inveniri, nequaquam, semper tibi vir celeberrime ea merito laus habenda, quod omnia hucusque cognita creata, methodice nota dedisti; Sed ego rogo an entia naturalia primo intuitu inter se distinguenda sint, an ego si animal prima vice inspicio, id non ad ordinem et genus suum redigere possim. Video exempli gratia *Oacam;* cauda longa caput rotundum, os vibris satum, ungues etc. mihi declarant id Animal esse felem, sine quod inspectum oris, mihi in discrimen vitæ deducat; Tale enim mihi videtur Naturæ institutum, ut objecta varia variis consignaverit characteribus, unde statim sapientia Creatoris delucidatur, instrumenta vero durationis et propagationis, pro ulteriori, sapientiorum examine reliquisse, præterea, *quis vidit dentes spathulatos camelopardali?* rogas; hos ego vidi, hos viderunt omnes, qui id animal infarctum in Museo academiæ Leidensis inspexerunt. — Quod ad vespertiliones attinet, ex illis exoticis, qui sub tuo Noctiliorum genere militant, si accurate inspicias videbis V. molossum differre ab perspicillatum et illum iterum a *Kiriwoula*, quæ dentibus differt a *Cephalote; molossus* enim habet superne dentes primores binos subulatos infra *quaternos. Kiriwoula* in maxilla inferiore *octonos. Cephalotes* in maxilla superiora 4 primores, in inferiore nulli primores. exemplum tibi placet allegare Vir clarissime de *fructificatione Plantarum;* inde ratiocinor, quod forsitan ordines sive naturales, sive methodicæ in propagatione quærendæ sint; Sed id (ut recte dixisti in imperio Naturæ) abominabile displicet; Quod ad meam methodum pertinet, eam animi gratia, composui, non ea mente ut tuum jam merito per totam Europam, acceptum Systema inde pateretur, sed modo, ut characteres animalium mihi, amicisque dilucidiores redderem, nec illud edidi et forsitan non edam, uti tu vir cl. uti *Brissonius*, *Pallas* aliique historiam zoologicam adornaverunt, orbis meo opere sine jactura carere potest.

una cum hisce litteris, tibi mitto versionem Elenchi Zoophytorum, sed quum mihi amicissimus D. *Pallas* post absolutam impressionem, quædam addenda miserit, et ipse multa invenerim, supplementum nondum paratum, nondum omnes tabulæ incisæ sunt, quas tibi ergo, una cum manuscripto conspectus mei methodici mittam, quum absolutum erit. — Ne in malam quæso accipias partem Vir. Clar. me alicubi in notis dixisse, tabulas in amoenitatibus academicis esse malas; non id manus invida, scripsit, nec mens in odium litesve proclivis dictavit; sed sic mihi videntur et ex chalcographorum pigritia et artis ignorantia hoc fieri ipse expertus sum; in nihil valente icone *antilopis cervicapræ*, quam in fine fasciculi invenies, id ipse accurate ad *Schoumanni*, pictoris egregii prototypon delineaveram; sed chalcographus eam male assecutus est.

Multa de me te tibi promissurum Vir clarissime mihi scripsisti; sed hercle Tyro sum in historia naturali, quidquid scio, *tibi*, ceterisque in arte principibus me debere grata mente fateor; hic perpauca sunt Musea et quamvis amstelodamensia, Leidensia, et superbum illud sereniss. Principis mihi pateant, res domesticæ praxisque mihi hic retinent.

Avide tomum secundum et tertium tui systematis vir celeberr. exspecto.

In tuam mihi honoratissimam commendo amicitiam Vir celeberrime; sique tibi in hisce regionibus aliqua in re utilis esse possem, mihi scribas rogo.

Spero librum, quod Bibliopolæ Röder, ad *forum Lipsiense* profecturum, ut Bibliopolis Suecis ibi venientibus, tibi tradat, tibi bene adventurum. Vale vir celeberrime et me inter tuos adnumeres precor.

Dab. Ultrajecti ad. Rhen. 11 ante Calendas Apriles 1768.

Utanskrift:

a Monsieur
Monsieur Linnæus docteur en Medicine
Professeur en Botanique Chevalier de
l'Ordre Royale et militaire de l'Etoile
polaire, Membre de l'academie royale
de Paris et de la Societé de Londres etc.
a
Upsal.

avec un pacquet ci joint.

Linn. Soc., Vol. II: 81—82.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

192.

Viro Amplissimo Clarissimoque
DD. P. BODDAERT
Medic. Doctori

S. pl. d.
Car: v. Linné
Equ.

Quos ad me misisti liberali manu libros D^{ni} Pallas, versione belgica, una cum literis d. 11 ante calendas aprilis hujus anni datis, heri rite accepi. Pro utrisque grates reddo quas possum maximas devotissimas.

Quod benevole mea qualiacumque tentamina in mitiorem partem interpretari velis, hoc unice candidissimæ Tuæ animæ adscribo; ego omnium remotissimus vivo a museis et consortio eruditorum, ideoque nec ultra præstare valui.

Multum confert ad augmentum Zoologiæ, quod quivis videns rariora animalia, ea describat attente; sic poterit demum scientia verum fulgorem acquirere multorum operibus combinatis. Belgis Anglis & Gallis patet totus orbis, unde et ex vobis possimus fere unice in his proficere.

Sus Hydrochæris, cujus pullum asservo in spiritu vini, nequit esse e Genere Murino, cum pedes sint ungulati, nec unguiculati

Tænia hydatigena Pall. pro Hydræ specie habui, et etiamnum habeo; licet intra corpora animalium in portentosam excrescat magnitudinem, respectu reliquarum.

Audio D. Pallas vidisse *Felem volant. ternateam Seb. 1. t. 58. f. 2, 3.* seu *Vespertilionem admirabilem Bontii.* optarem præ reliquis scire cujus genuina species esset, quem studiose sed frustra quæsivi apud alios.

Si scirem qua ratione ad Te perveniret 2^{dus} et 3^{ius} tomus systematis lubentissime mitterem.

Deest nobis Upsaliæ pictor, et hoc in caussa est quod 30 annis, quibus heic hæsi, ne unicam potui dare veram figuram plantæ aut animalis; non meo vitio, sed academiæ.

His vale et me Tuis semper annumera fidissimis cultoribus dabam Upsaliæ 1768 d. 13 Augusti.

Utanskrift:

Viro amplissimo
DD. P. Boddaert
Med. Doctori
Ultrajecti.

Sigill VIII; rödt lack.

Originalet finnes i Universitetsbiblioteket i Amsterdam, hvarom doc. Hj. Lindroth i Lund benäget lämnat underrättelse. Bibliotekets direktion har haft den vänligheten, dels att 1909 låna brefvet till Upsala för afskrifning, dels att 1916 för kollationeringen ombesörja en fotografisk kopia af detsamma.

193.

Viro celeberrimo C. a Linné equiti aurato S. D. P. Boddaert

Quantum mihi honoris sit Vir celeberrime tecum litteris communicare, dum ingens loci distantia me a te removet, rite persentio, nec est quod mihi gratias debitus sis ullas pro iis, quos te accepisse lætus video libris, et quam diu res publica litteraria te præsens laudabit ornamentum, quæ a me in luce producentur scripta, quamvis pleraque exigui momenti, tibi offerendi, veniam rogo et id non modo, sed cum ipse Lingua Belgica probe gnarus sis, ut qui patriam meam, per longum tempus tua præsentia condecorasti, ut mihi, quartum fasciculum spicilegii Zoologici dedicare, et nomine tuo in fronte ornatum prodire liceat enixe rogo, et te huic meæ petitioni satisfacturum enixe spero. Serenissimo vultu tuam accipio benevolentiam, de tomo secundo tertioque Systematis tui Naturæ, quod si Burmanno, tuo dignissimo alumno[1] mittere velis, mihi cito et tuto perveniet.



Cum mihi abhinc aliquot tempus cancer rarissimus obvenerit, quem in tuo Systemate adnotatum haud inveni, non potui, quin ruditer depictum tibi miserim, vera naturalique magnitudine ubi A eum ex dorso, B ex ventre, C a latere conspectum exhibet[2].

De Cheropotamo, nil certi tibi vir celeberrime dicere possum, cum illud non nisi ex iconibus viderim; sed eum nuper in Cimilio Principis

Auriaci pervenisse, audivi, quod si verum est, eum vivis coloribus depictum tibi sistam.

Te ab omni doctorum consortio exclusum et a Gazophylaciis remotum mihi scripsisti; sed hoc tibi magis gloriosum esse Vir celeb. censeo, hoc tua sæpius sæpiusque recusa systemata testantur ut quæ totam fere Naturam complectantur ubique; quoties lego, quanta et quam acurate vidisti, maxime miror!

Liceat mihi rogare, an *Voetii* coleoptra[3], an *Sespii* Lepidoptera[4] quo usque in lucem edita sunt, tibi Vir Cl. non adveniunt, quodsi non est, tibi eas mittam, maxime mihi honori ducens, aliquid tuis doctis perquisitionibus posse contribuere. Sique quædam hic sunt, quæ delineata vel sculpta velis Vir Celeb. mihi mandes cum nunc jam chalcographum nactus sim rerum naturalium non solum amatorem, sed qui et quadam dexteritate cuique rei naturam suam reddere potest uti ex secundo quod nunc sub prælo sudat fasciculo brevi perspicere possis. hæc quum sint quæ tibi scribenda habui, non amplius morer, et te a melioribus amplius distraham studiis. Vale Vir Celeberrime meisque conatibus faveas meque inter tuos numeres enixe rogo.

Dabam Ultrajecti
postrid. Calend. Octob. 1768.

Utanskrift:

Monsieur
Monsieur C. Linnæus Med. Doct.
Chevalier de l'Ordre Royale et militaire de l'Etoile Polaire Professeur en Botanique, membre de l'academie Royale des sciences, de la Societé Royale de Londres etc.
à
franco Emmerik *Upsal*
in Schweden.

Linn. Soc., Vol. II: 83—84.

[1] Nicolaus Laurentius Burman, se Afd. I: D. 1, s. 81, not 1.

[2] Den på denna teckning framställda krabban (utan ben och antenner) torde föreställa *Leptopodia sagittaria* (Fabr.) Leach. (Jämför Cuvier, *Le règne animal*, T. 8, pl. 36.) Den beskrefs som *Cancer sagittarius* af Fabricius 1793 i hans *Entomol. Syst.*, T. 2 (från Guadeloupe).

[3] Johan Eusebius Voet (holländsk zoolog, död 1778), började 1766 i Haag utge en *Catalogus systematicus Coleopterorum* med planscher, och text på latin, franska och holländska.

[4] Troligen skriffel för Seppius. Christian Sepp, en från Tyskland till Holland inflyttad kopparstickare, började 1762 i Amsterdam utgifva ett plansch-

verk öfver holländska insekter. Dess ursprungliga titel är: *Beschouwing der wonderen Gods in de minstgeachte schepzelen. Of nederlandsche insecten, naar hunne aanmerkelyke huishouding, verwonderlyke gedaantewisseling en andere wetenswaardige byzonderheden* ... Verket fortsattes af Sepps efterkommande och afslutades först på 1860-talet.

194.

Viro Amplissimo
Dno P. BODDAERT

s. pl. d.
Car. Linné

Stupendo me prorsus non meritum beas favore et amicitia; nescio qui umquam mutuis remunerare queam. Vereor quod ecclipsin patiatur splendidum tuum opus meo præfixo obscuro nomine. Viridiorem suspenderas Hederam si alliceres frequentiores Lectores.

Lætor quod queam per D. Burmannum mittere mea opuscula.

Voitii Coleoptrarum tantum 2 tabulas accepi, nec ultra; de Sespii [ɔ: Seppii?] Lepidopteris numquam audivi; quanto me munere beares, si ista mitteres, effari nequeo; haberem tum insigne oblectamentum quo refellerem tædia vacillantis senectutis meæ.

Non possum satis mirari tuum Cancrum cum rostro tam magno pro adeo minuto animalculo, nisi id quod pro rostro habeo sit potius cauda et Monoculo polyphemo affinis. ubinam tradas hujus historiam vel descriptionem, quam avidissime exoptarem.

Nunc didici me male retulisse Isis Hippuris et Is. nobilis ad Isides; deberent enim ambo militare sub Gorgoniæ genere.

Nuper detectum est *Dionææ* genus plantarum[1]; cujus folia sunt sensibilia, adeoque si insectum consedat aut repat supra folium, complicatur s. connivet hoc instar philyræ et incarcerat atque retinet insectum usque dum lassum quiescat, dum folium aperitur et incarceratum dimittit



Calceolariæ novum genus plantæ e Peru quotidie me oblectat, cujus corolla monopetala refert Cypripedii corollam, sed minutam. Diandra est et Utricularіæ forte affinis.

Te perquam felicem gratulor, qui habes et pictorem et chalcographum, quibus destitutus fui per totam viam; adeoque nihil præstare potui, qui varia potuissem edere, si non defecissent.

Si ulterius data oportunitate liceat delectari literis Tuis, quæso eis inscribas

Societati Regiæ Scientiarum Upsaliæ

sic cito et tuto eas recipiam, cum ego omnes Societatis prædictæ literas aperiam; ultimæ hæ Tuæ mihi facile periissent; at si societati inscripta est epistola, debet mihi in manus tradi a certa persona.

Si literas tradas D. Burmanno dicas me responsurum ad Ejus suavissimas, quam primum navis accedat, quæ nondum attigit oras nostras.

Vale et vive felix

Upsaliæ 1768 d. 8 Novembris

Quis jam Professor Botanices Ultrajecti. anne posses ejus amicitiam procurare vel unum alterumve semen rarioris plantæ, nisi abuterer Tua amicitia.

anne ibi ocurrat *Loosa* s. *Ortiga* Feuill. cujus *semina* quæro per totam Europam, ante duos annos fuit in variis hortis, exoptarem præ reliquis eam intueri antequam discederem; siccam habeo.

Utanskrift:

a
Monsieur
Monsr S. D. P. Boddaert
Yttrecht.

Sigill VIII.

Originalet till detta bref påträffades och afskrefs 1909 i Algemeen Rijksarchief i Haag af doc. Lindroth från Lund. För kollationeringen har arkivets direktion ombestyrt en fotografisk kopia af detsamma. Ett faksimil af brefvet var med vid den utställning af Linneana, som 1878 anordnades i Amsterdam af sällskapet »Natura artis magistra«. Brefvet lär också ha blifvit tryckt af en van Heeckeren i De algemeene konst- en letterbode, 1829.

[1] John Ellis (se Afd. I: D. 3, s. 80, not 5) hade i bref till Linné af den 23 Sept. 1768 beskrifvit *Dionaea muscipula*. Enligt Ellis' önskan publicerades detta intressanta rön i Vetenskapssocietetens i Upsala Nova Acta, Vol. 1, 1773.

195.

Viro Celeberrimo C. Linnæo eq. aur.
S. D. P. Boddaert.

ad Tuas Vir Celeberrime amicissimas gratissimasque jam diu respondissem litteras, sed varia varii generis negotia mihi partim impedimenta fuerunt; partim huc usque (sed quod mihi dolet) frustra primas quas edidit Sespius [ɔ: Seppius] icones quæsivi, attamen eas tibi mittere posse apertis aquis, mihi amicus quidam certum fecit; una cum supplemento elenchi Belgici secundoque miscellaneorum zoologicorum fasciculo et Voeti Scarabeis quatenus in lucem prodierunt; Si mihi viam indicare possis V. C. qua citius, et tuto ea mittere possim, gratum mihi feceris. Ortegia abhinc aliquot annis in horto nostro læte floruit, sed semina terræ denuo commissa nihil produxerunt. Professor Botanices hic loci est Clarissimus I. D. *Hahn*[1] Vir in omni scientiarum genere egregius, qui summa cum laude Chemiam, Physicam et Botanicen palam docet et ita quidem, ut sui nominis gratia Angli, Galli, Germani nostram condecorent Academiam; quod ad me adtinet omnia quæ in Botanicis polleo, illi amico suavissimo debeo, mihique mandavit, officia sua tibi offerre, si qua in re tibi, munerique tuo prodesse possit, si quædam plantæ tibi deficiunt. quas noster alit hortus, gratissime tibi mittentur, tribus et quidem gravissimis fungens muneribus, ad historiam naturalem vacare ei tempus negat ut qui et praxin Clinicam exercet.

Miror sane Vir Celeberrime maxime miror Dioneam tuam quæ mihi ad mimosas pertinere videtur, quantus est ille Deus, qui tot tantaque miracula in creatis posuit, et quanta nobis latent, quæ modo post mortem ipse numen in æternitate revelabit.

quem tibi misi depictum Cancrum non est Polyphemi varietas V. C. sed pedes illi deerant, ut ex adjecta icone animalis a latere visi patet.

Maximo flagro desiderio, de tuo tertio Systematis Naturæ tomo. De fossilibus enim parum vel nihil scio. cui libro si nondum in via est, si addere velles papilionem Apollinem, hic non obvium, et in Suecia vulgarem, mihi maxime obligaveris. Curatores Gymnasii Illustris Amstelodamensis Burmanni nostri merita condecoravisse munere Professoris Botanices tibi jam notum erit. Quatuordecim fasciculi Spicilegiorum D[i]. Pallas Berolini sub prælo sudant, vel jam in lucem editi sunt. Sespii [ɔ: Seppii?] opuscula non potui obtinere sed hisce tibi Voetii coleoptera una cum additamento Elenchi Belgici, et miscellaneorum

zoologicorum partem secundam mitto, pro ea qua me V. Cl. tibi obligasti gratia, quartam tibi et Burmanno patri offeram et ita, duas in Scientia Naturali Principes mihi amicos esse, palam profitebor. An Schlosseri[2] Lacertam Pteronuram jam vidisti nescio; sequentibus litteris tibi V. Cl. depictam rarissimam Lacertam ex ordine Salamandrorum mittam. Si quæ sunt alia quorum descriptiones aut figuras desiderares mihi scribas quæso, semper enim id mihi grato erit honori, quod aliquod tuis operibus adjungere, et laterum [ɔ: laterem] ad Templum famæ tuæ adferre possem; Vale Vir Celeberrime, meque tibi semper devinctum crede.

Utanskrift:

a
L academie des sciences d'Upsal
pour Monsieur Linnæus M. D.
Professeur en Botanique
Chevalier de l Etoile Polaire
Medecin de Sa Majesté le Roi
de Suede Membre de plusieurs
Academies
a
Upsal.

Linn. Soc., Vol. II: 100—101. Odateradt, men torde vara från början af år 1769.

[1] Johann David Hahn, se Afd. I: D. 6, s. 87, not 4.
[2] Johann Albert Schlosser, se Afd. I: D. 6, s. 87, not 8.

196.

Viro Celeberrimo
C. a Linné
equiti aurato
S. D. P.

P. Boddaert.

Tuas mihi semper amicissimas accepi litteras[1], una cum Loeflingiæ seminibus, præmatura mors Celeberrimi Schlosseri me tum Amstelodami vocaverat, unde non adeo cito quam vellem terræ committere ea potui. domum rediens tamen Terræ arenosæ injeci et aliqua Hahnio meo communicavi, in horto nostro nihil surgit adhuc, quamvis in terra mediocriter et ad clima hispanicum calida posita sit. in olla tamen mea nudo

jovi exposita surgit plantula quæ primo caulem bifurcatum, superne capsula nigra tectum edebat qualis in adjecta figura decedente capsula dein caules sese ad angulos rectos inclinave runt, sensim ecrevit foliolum lanceolatum et ante hoc cotyledon. paululum surrexerunt caules late rales qualiter nunc se habet; an hæc foret *Loeflingia* clariss. consului Burmannos, qui se eam numquam vidisse, nec in eorum hortum eam crevisse respondebant, ad te ergo Botanicorum Princeps me verto, an hæc sit *Loeflingia* rogans, gratias interim habeo maximas pro missis seminibus, quod si et *Dionnææ* aliqua mittere velis mihi gratum feceris.

Quos tibi Vir celeb. misi libros te jam accepisse spero, vehementer doleo me Sespium [ɔ: Seppium?] addere non potuisse, sed non apud librarios prostant, quamvis quadraginta florenis me emturum dixi; brevi tamen ex libris *Schlosseri* vendentur; — Lacertam Amboinensem tibi certe misissem, sed *Schlosseri* defuncti chartas pervolvens, exemplar tibi Vir Celeb. destinatum inveni; quod ut tibi adveniat curavi. — Totum ejus Museum, ex animalibus, mineralibus, petrefactis constans publica hastâ distrahitur ad diem 26 Julii, præsertim in Piscibus rarissimum, omnia dupla mihi legavit, inter quæ rarissima; et ut describerem, quæ describere in animo habebat, rogavit, et quidem eadem methodo, id est in formam Epistolarum, *Chaetodon Argus* in Systemate tuo p. 464 n. 15 citatum agmen ducet, eumque in litteris ad amicum communem Joh. Burmannum describam, quem sequetur *testudo cartilaginea* naso prominulo, quam Roellio adscribere promisi, Tertius erit *Echeneis Palinurus* striis capitis decem aculeatis, corpore rufo fusco linea laterali nivea, una cum *echeneide marmorato* et *tereti*, quos in epistola ad te Vir Celeb. describere, si mihi concedere velis, maximo mihi ducam honori; dein restant Raiæ duæ rarissimæ *Squalus Rajæformis*, *Chætodon perca*, *Tetrodontes* dua ventre plano, lato argute aculeato, aculeis recumbentibus, quæ ex meo dabo museo, ut et Uranoscopus dipterygius maculatus sparus punctatus, omnium mox cum prodierunt in lucem tibi mittam exemplar. ut et de opello meo de Animalibus et plantis, in Conspectum meum methodicum, de Quadrupedibus et Serpentibus dato; mihi *Schlosserus* meus, Burmanni, Roellius et alii persuaderunt. — Me totum ad Historiam Naturalem dicatum facile Vir Celeberrime percipies, qua in re tibi aliquid adjumenti vel utilitatis esse possim libere scribas rogo, semper enim id mihi id erit honori, magnis in re litteraria Viris haud ignotum non modo, sed et proficuum fuisse. Vale Vir. Celeb.

Dabam ipsis Idibus Maji 1769.

Ultrajecti ad Rhenum.

Utanskrift:

a
L'academie des sciences
d'Upsal pour Monsieur C.
Linnæus Med. Doct. Che-
valier de l'etoile polaire.
Professeur en Botanique etc.
. a
Upsal.

Linn. Soc., Vol. II: 85—86.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

197.

Amplissimo Viro
DD P. Boddaert
s. pl. d.
Car. Linné

Accepi heri Tuas d. idibus maji datas; ultimis meis maximas quas umquam potui et nunc iterum iterumque ago pro egregio et pretioso libro Scarabæorum, quem citavi et in usus meos verto quotidie.

Loeflingia adeo refert Scleranthum, ut primo intuitu vix distingui queat; mitto ramulum inclusum.

includo hisce etiam paniculam Airæ viviparæ, quam tegas lævi humo et humectes, sub dio, ut si viva accedere poterit, videbis naturæ miraculum in Graminibus alpinis viviparis absque flore, dum scilicet loco fructificationum e calyce excrescit vivum gramen, quo e panicula deciduum mox radices agat, ubi brevissima æstas, nec diutius e semine opus habeat germinare.

Hyoscyamus Scopolia rarissima est planta

Fumaria nobilis pulcherrima est.

His vale et fave.

Upsaliæ 1769 d. 5 julii

Utanskrift:

a Monsieur
Monsr. P. Boddaert
Docteur en Medecine
friibr. *Ytrect*

Viro amplissimo
DD. P. Boddaert
Med. Doctori
Ultrajecti.

Original i Universitetsbiblioteket i Amsterdam, hvars direktion benäget ombestyrt en fotografisk kopia däraf.

198.

Viro Celeberrimo
Car. Linnæo equiti aurato etc.
P. Boddaert S. P. D.

Tuas mihi semper gratissimas accepi litteras, una cum inclusis scopoliæ, fumariæ nobilis, atque airæ seminibus, et siccata Loeflingia, gratias tibi ago maximas Vir Celeberrime pro istis grati tui erga me animi speciminibus, quæque mereri semper conabor. læte jam crescit fumaria, quantum differunt folia a speciebus congeneribus, ut quæ non incissa sed ovata lanceolata sunt.

Tertium edidi Spicilegiorum fasciculum, quem tibi una cum Vosmaer iconibus mittam, data occasione; varias animalium novas species, quas in ultima Systematis editione haud annotasti, inveni et vidi, inter quadrupeda, mures brevicaudas, fulvas, varietates illius quam Buffonius *Compagnol* dixit, inter icones Pallantis, videbis Sciurum Petauristum, ille mihi videtur veram felem volantem esse, longe aliena a Sciuro volante. inter *aves Meleagris cristata*, *Alca cristata* (Spic. Zoolog. fascic. V), Vultur fuscus collo niveo, inter Amphibia Testudo testa alba plana compressa, pedibus penniformibus fuscis, Testudo palmipes scuto cartilagineo ovato lanceolato naso elongato, capite et collo maculis albis, scutum haud scutatum, sed lineis granulatis subcarinatum, (hæc duo brevi in lucem edam epistolatim) inter Pisces Uranoscopus monopterygius, dorso fulvo, albo maculato, penna dorsalis unica, albo nigroque varia membrana, Branchiostega radiis IV. Pector. 14. Ventr. 5. analis 16. caudalis 14. dorsalis 16, maculæ albæ in dorso fulvo magnæ, in collo et genis rotundæ ocellatæ, ad oculos confertissimæ pupilla alba, subtus canus. habitat in Indiis.

Gobius megalophthalmus, niger subtus albus, oculis adproximatis magnis exstantibus, dentibus validis, dipterygius. Membrana Branchio. Pennæ pectorales non immediate corpori adnatæ, sed Brachio quodam adnexæ ut in Lophiis. D. 9, 14. P. 14. V. 5. A. 14. C. 18.

Tetrodon, depressus, dorso cano striis lateralibus nigris, capite superius nigro albo maculato subtus albus, aculeis ventralibus, tactu, non oculo visibilis cauda integra. D. 14. P. 15. A. 10. C. 10.

Tetrodon Testudineus. *β.* dorso nigro punctulis albis picto, linea lateralis in medio adscendens. subtus argenteus. cauda bifurca D. 12. P. 16. A. 10. C. 14. optime alioquin cum tua prima specie convenit, rudissimam hic adjicio iconem; Insecta multa rariora jam in depingendo occupatus, proximis litteris tibi Vir Celeberrime, mittam. una cum tertio fasciculo Spicilegiorum, quartus pro mihi data venia, tibi et Burmanno tuo dedicabo.

An in augenda ultima tui Systematis editione adhuc occupatus es Vir Celeberrime mihi notum facias quæso, me in tuam commendo amicitiam. Vale.

Ultraject. dab. 10 Augusti 1769.

Utanskrift:

a
L academie des Sciences d'Upsal
pour Monsieur Ch. Linnæus Med. Doct.
Chevalier de l Etoile Polaire Professeur
en Botanique membre de l academie
Royale des sciences etc.

a

franco Emmerik *Upsal*

Linn. Soc., Vol. II: 87—88.

199.

Viro Celeberrimo C. von Linné eq. aur.
S. D. P. Boddaert.

Te meas quas tibi pro missis seminibus scripsi, litteras gratulatorias accepisse Vir celeberrime spero. Fasciculus quartus Spicilegiorum Zoologicorum quæ belgice verto, nunc demum in lucem emersit. et pro impetrata a te venia, nomine tuo clarissimo una cum nomine Burmanni nostri adscripsi[1]; atque nunc pro eo, quo mihi concedisti, libelli ornamento gratias ago habeoque, simul ac, nunc propter gelu negata, occasio redditur tibi mittam una cum Catalogo Specierum, de novis animalibus, quas non in ultimo Systemate adscripsisti, atque quarundum effigies a me delineatæ. — Cum ὁ μακαριτης Schlosserus a me petierit ut, quæ de animalibus musei sui edenda in animo habebat, ego post obitum

suum ederem, eadem qua edidit Lacertam suam methodo, id est Epistolatim Latine et Belgice, tibi Vir Celeberrime rogatum volo, an mihi liceret et tibi Epistolam de uno aut altero animale dicare; quod mihi si permiseris, maximo ducam honore. *Chaetodon Argus* (Syst. XII. pag. 464.) et *Testudo Cartilaginea* jam sub prælo sudent, hanc *Roellio* illam *Burmanno* patri dicavi. supersunt *Echineis Palinurus* fuscus striis 21 albis, *Rana coerulea Guineensis*. Raia . . .[2] Parne dicta. Siamensis unde corium, nobis *robbevel* dictum. Raja *Boerong*. mirum animal, ob rostrum singulare; *Chaetodon magnus* fasciis 10 coeruleis nigro marginatis, etc.

Commentariis in Systemate tuo Vir Celeberrime occupatus sum, ut et in libro de animalibus et plantis.

Inter 120 animalia, quæ mihi legavit Schlosserus, est Draco Lacerta, singularis, membrana enim pergit sub pedibus anticis, pedes tamen liberi, nec adnati; membrana sub pedibus et ad collum 3 lineas lata, nullus saccus gularis nullum collare ut in congeneribus. color ex albo nigroque varius. Magnitudo ut in aliis. an mihi licet inquirere Vir Celeberrime, an novam paras Systematis editionem, te appendice systema aucturum narrant alii, tanti enim viri ne paginam quidem omittere volo. Moles litteræ meæ major justo, tibi Vir Celeberrime tædium pareret, hinc hic sisto meque tibi commendo, amicitiamque tuam mihi prorsus largiri digneris suppliciter rogo.

Ultrajecti ad Rhen. 16 Nov. 1769.

P. S. Tabulæ Coleoptr. Voetii, nondum comparuerunt sequentes quod si fit tibi mittam. Vale.

Utanskrift:

Monsieur
Monsieur Ch. Linnæus
Chevalier de letoile polaire
premier Medecin du Roi
Professeur en Botanique etc.
a
Upsal.

sous Couvert

Linn. Soc., Vol. II: 89.

[1] Stuk 4 af Boddaerts *Dierkundig mengelwerk* (Utrecht 1769) har följande dedikation: Aan de weledele hooggeleerde heeren Carolus von Linné, M. D. baron, ridder van de noordster, eerste lyfarts van zyn koninglyke majesteit van Zweeden, koninglyk en gewoon hoog leeraar in de genees- en kruidkunde. Lid van de academien der wetenschappen van Upsal, Stokholm, Parys, Petersburg, en Berlin, van de keizerlyke, koninglyke engelsche en zwitzersche maatschappyen, van die van Toulouse, Montpellier, Florence enz. enz., en Ni-

colaus Laurentius Burmannus . . . word dit vierde stukje van het Dierkundig mengelwerk ter dankbaare erkentenis van veele nuttige onderrechtingen en ter betuiging van waare hoogagting en vriendschap opgedragen door hun hoogeerw. hoogel. dw. dienaar P. Boddaert.

[2] Något ord här bortslitet i brefvet.

200.

Viro Celeberrimo
C. Linnæo eq. aur.
S. D. P. P. Boddaert.

Justo longius præteriit tempus ex quo litteris tuis respondere debueram[1], ast me multis variis negotiis implicitum ignoscas peto; ultimas tibi quas misi litteras una cum Burmanni Epistolis te accepisse spero iconem adjeci Ranæ arboreæ indicæ; et descriptionem brevem *Echeneidis* Palinuri a d. *Pallas* exaratam; Sed quum de istis a te acceptis nihil audivi, ne tibi Vir Celeb. advenerint vereor nova in Scientia naturali heic loci perpauca; Societas orientalis enim omnia, quæ non ipsis nautis et sub eorum cura hic veniunt sibi vindicat, atque tum vigesimo denario (vingt per Cent) redimendæ sunt, et sæpius Museo Principis inseruntur. Ego pro viribus adhuc historiam colo naturalem, et mox ubi navium Sueciam versus iter patebit tibi mittam 1º *Chaetodontis Argi* meam descriptionem, ut et si Chalcographo atque pictori convenit *testudinis cartilaginei* descriptionem[2]; 3) Coleopterorum *Voetii* fasciculum alterum ubi rarissima invenies, 4º Spicilegiorum Zoologicorum fasciculos, quintum sextumque. 5. Epistolam quam exaravi, belgice ad animalitatem Zoophytorum tuendam, contra observationes Cl. *Mulleri*[3]: vehementer desiderio afficior acquirendi Mantissam tuam alteram ubi tot nova animalia, mitto tibi hic inclusas icones tres; prima est *Fulgora Candelaria nova species rostro antice plano adscendente, muricato, superciliis corneis erectis cuspidatis, sterno lanceolato*, ex Museo D. Juliaans Pharmacopæi heic loci expertissimi, optimus ille amicus rariora nitidissimi sui musei, mihi in usum cedit, et tanto lubentius ea delineare permittit, cum me tibi icones missurum notificaveram; frigus non sinit colores adjicere delineatis; patria insecti est *India orientalis*. Altera icon sistit *Cicadam Bengalensem cauda setosa convoluta*, alis argute nervosis fuscis, ad veram magnitudinem delineata est. 3º *Curculiones* duæ rostro forcipato, differentiam utriusque ex icone facile percipies, quoad colores, superior nigro-fusca elytris stri-

atis, striis oculo nudo vix conspicuis; inferior, caput atque thoracem habet nigra elytra fusca, sed striæ, quas in elytris Molybdænæ adumbravi coccineæ[4].

[I.]



[II.]



[III.]

Lacertam Crocodilum, quam clariss. mihi amicissimus Gronovius n. 40 Zoophylacii sui descripsit, in ultimo tuo Systemate varietatem esse putasti, sed liceat mihi Vir celeb. rationes meas offerre ob quas eam speciem diversam esse credo, rostrum enim capite duplo longius teres, nares in apice rostri quod rostrum Suillo aliquantum convenit, præterea in utroque latere dorsi tubera decem, quod non in aliis mihi visis, tertio, feminis saccus abdominalis ut in *Didelphi oposso*. tandem numquam major evadit quam quinque pedes ab apice caudæ ad ultimum rostri finem, Esca ejus est herba vel pisciculos. eam Lacertam in belgica Hasselquistii tui versione exsculpi curavi, ego enim in illa versione omnia quæ Zoologicam, Botanicam, atque Mineralogiam spectant, traduxi, multisque animadversionibus tumultuariis auxi, icones omnes propria manu delineavi[5]; Si liber iste qui nunc prælo sudat, brevi absolvitur, cum antea memoratis mittere animus mihi est. —

D^{s} l *Admiral*[6] in maximum scientiæ nostro damnum fato suo occubuit anno ætatis 75, museum in insectis splendidum publica hasta distrahetur. Ex ultimis D^{i} *Pallas* ad Burmannum Sandefortiumque litteris lectu dignissimis vidi maxima cum voluptate eum in imperio asiatico Rutheno, multa nova in tribus invenisse regnis; atque diarium suum pro annis 1768 et 1769 jam Petropoli in lucem prodiisse credo, ast mihi nondum misit *Eulerus*. forsan nondum hoc Hyems sæva permisit. Houttuinii opus de historia naturali sive Commentarii in tuum Systema ad finem pergit, quoad Zoologiam; Vellem eum tibi, Pallas, Bastero atque mihi pepercisse, vel saltem si aliter sentit, id civilius explicuisse. ubi ego a te Vir Celeb. in re naturali discedere ausus fui, id palam quidem et candide dixi, sed tamen nihil umquam de tuis tam bene meritis laudibus detrahere mihimet permisi; sed quæ contra te scripta sint te nihil curare et id jure, vidi. — Mineralogiam tuam sive tomum tertium Systematis XII^{i}, Belgice verto, atque per plagulas in uitgezogte Verhandelingen, insero, nihil enim ea de re in vernacula lingua habemus[7]; et nos nihil melius habere posse confido, otia mea in augendo tuo Systemate tum quoad definitiones generum, tum in adjaciendis novis generibus tero; illud edere tamen mihi non est animus; præsertim cum te ipse tuum infinite auxisse ex litteris ultimis percepi, si quod preces valerent, te id editurum *Vir Celeb.* peterem, sed cum id post obitum tuum fieri decrevisti, maneat tum longe in scrinia clausum. Instructissima nec ulli par, brevi distrahetur bibliotheca de *Historia Naturali*, in qua nullum fere librum ad illam scientiam spectans deesse dicitur. *Burmannus* noster tibi Catalogum mittere rogavi; te Vir Celeb. suo nomine et pater ejus salutatum esse volunt; Senex *Roëllius*[8] tibi omnia fausta precatur, et Veteris Amici Hartecampii atque Klakenhofii Dapium te memorem manere precatur. Sæpius de te inter *Burmannos*, *Roellium*, atque me sermo est. Ago tibi gratias *Vir Celeb.* pro missis seminibus, *Ellisiæ Scopolia* non surrexit, *Fumaria* nobilis flores non dedit, spero tamen eam hac æstate florere, si tibi adhuc *Scopoliæ*, Messerschmidiæ, aut aliarum Mantissæ plantarum supersunt semina, eas mittere mihi gratum erit; præsertim si Dioneæ muscipulæ, aliqua tibi supersint. — Nescio an jam *Drurii nova insectorum genera* vidisti[9]; eas nondum ex Londino accepi, En tibi Vir celeb. litteras, plane miscellaneas, nec forsan pecuniæ transvectoriæ dignas, qualescunque sint accipias *Vir celeb.* atque me tua amicitia condecorare pergas precor. Vale.

Ultrajecti ipsis idibus Martii 1771.

P. S. hasce solitâ viâ mitto, libros cæteraque mittenda D^{o} Ziervogel pharmacopæo mittam.

Utanskrift:

Monsieur
Monsieur C. Linnæus doct. en Med.
Baron, Chevalier de l etoile Polaire Medecin
de Sa Majesté la Reine de Suede, Pro-
fesseur en Botanique a Upsal, Membre
de plusieurs Academies et Societés &c &c
à
franco Emmerich. *Upsal.*

Linn. Soc., Vol. II: 90—91.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] Boddaerts *Epistola de Chætodonte Argo* ... och *Epistola de Testudine cartilaginea* utkommo i Amsterd. 1770.

[3] Philipp Ludwig Statius Müller, född i Holland 1725, professor i naturalhistoria vid univ. i Erlangen, död 1776. Han hade 1770 utgifvit ett akademiskt program: *Dubia Coralliorum origini animali opposita*, hvari han opponerade sig mot den nu af flera författare häfdade meningen, att korallerna voro djur. Boddaert svarade med ett *Brief aan den schryver der bedenkingen over den dierlyken oorsprong der koraalgewassen in welke men de dierlyke natuur dezer plant-dieren tracht te betoogen* (Utrecht 1771).

[4] Professor Yngve Sjöstedt i Stockholm, som godhetsfullt granskat de här upptagna afbildningarna, säger om dem följande: [I.] »Ej *Fulgora candelaria* eller någon närbesläktad. Det är tydligen en *Phrictus*-art, som är afbildad, men dessa arter äro från Central- och Sydamerika. [II.] *Schizodactylus monstrosus* Dru. [III.] En Brenthid».

[5] Den holländska öfversättningen af Hasselquists resa utkom i Amsterdam 1771.

[6] Jacob L'Admiral, född 1694, död 1770, holländsk kopparstickare; har bl. a. utgifvit zoologiska planschverk.

[7] Om någon sådan öfversättning verkligen utkommit, har utgifvaren sig icke bekant.

[8] Wilhelmus Roell, född 1700, medicine professor i Amsterdam, tillbrakte sina sista år i Utrecht, död 1775.

[9] Drew Drury, se Afd. I: D. 2, s. 330, not 2.

201.

Viro Celeberrimo C. Linnæo eq. aur.
S. D. P. Boddaert.

Iam diu Vir celeberrime tuis mihi gratissimis respondissem litteris[1], sed quæ tibi promiseram *Voetii* coleoptera huc usque exspectavi, accepi tandem, tibique mitto una cum coeteris meis opellis; in quibus me

ingenuum videbis, saltem in Epistola Belgica contra *Mullerum*, non est *Danus* ille uti putasti, sed Haganum nunc professor Historiæ Naturalis in Academia Erlangensi. videbis me a te Vir celeb. dissentire in eo quod *Calx* sit productum animale et quod de tua sententia erga *celleporam, corallinam androsacen,* et omnes corallinas, aberrem, et quæ de ea dixi ne in malam excipias partem rogo. Epistola mea obiter scripta est; nec ob sanitatem tum maxime vacillantem eam uti decet corrigere potui; quanti tamen te facio ex ea ipsa, ex omnibus, quæ huc usque edidi quæque prælo parata servo scripta videbis, sed de ea re veniam a te Vir celeb. me impetraturum tanto certius confido, cum meam opinionem haud temere et quasi ex tripodio dictam, deposuerim, et tu ipse non velles quod juram in verba magistri, rogas me *Vir celeb.* meas emendationes, atque augmenta in tuum Systema, sed eæ sunt modo compilationes ex Buffonio, Pallas, *Schaeffer*, *Drury;* ubi modo characteres genericos addidi ex iis auctoribus ampliores, solum modo genus *Antilopum* ex Pallantis miscellanea addidi, camelopardalin, a cervis seposui utens sui generis ob cornua longe a cervorum cornibus distantia, dentes spathulatos, et habitum corporis; quoad *Aves Sagittarium Vosmari*, genus novum addidi, quamvis ex unica constet specie, quem cum nescio an vidisti, hic ruditer depictum adjeci, prout infarctus exstat in Cimelio Principis, ad Falcones vere dictos proxime accedit. Ad genera avium, prorsus id. cum gallis *Buffonio Brissonioque* sentio, quod Aquilæ separandi sunt a Falconibus ob rostrum initio rectum, nec statim a basi incurvum.

Serpentia tua mihi quoad divisiones primarias maxime placent, sed quis est *Crotalus* tuus *mutus*, certe ad Crotalos referri debere credo, cum tu *Vir. celeb.* eum ibi collocare voluisti; sed Crotalophorus absque crotalo tuus et *Gymnotus Notopterus* D. *Pallas* mira videntur, Inter meas quas edo Epistolas, *De piscibus et amphibiis Schlosseri* comparebit. Chaetodon Clypeatus specimen intermedium inter *Labros, Percas*, et *Sparos* atque *Sciaenas*, quæ quatuor genera lubenter in unum coegerem ego. quoad insecta, Characteres Schaefferi, tuis adjuncti definitionem generis dant optimam, cui ob antennarum rostrique figuram Volucellas, Stomoxides, Nimotelos, in propria genera reducerem. quoad species, *Simias* multas addidit *Buffonius* atque operi Buffonii celeberrimus proff. *Allamand* in editione *Amstelodamensi.* Bradypum digitis quinque pulcerrimum Bengalensem edidit *Vosmarius* in Systemate tuo nominandus *Bengalensis Bradypus digitis quinque pollice remoto, corpore pilis brevibus Vosm. mus. princip. quadr.* tab. VI. ad aves Piscesque, præter ea quæ *Pallas* Vosmaar et *d'aubenton* dederunt, mihi litteris mandavit *Gronovius* se 400 novas nosse species. ego addidi in epistola ad Gronov. *Echeneidem* Palinurum

striis capitis decem corpore striis duabus albis longitudinalibus cauda bifurca. *Echeneis longissimus* striis capitis 16. corpore cinereo maculato, *Echeneis crassus*, corpore griseo fusco marmorato, cauda integra, *Chaetodon diacanthus* in Epistola ad cl. *Gaubium*, proximus hic ad Ciliarem tuum accedit, sed fasciatus fasciis quinque nigris, coeruleisque, nondum editus; *Chaetodon clypeatus* cauda bifurca, capite pectoreque clypeatis, corpore rufo fusco, Maculis albidis (20) hinc inde sparsis. quoad insecta cum mihi nondum satis temporis fuit, opus Drurii atque Schaefferi etc. cum tuo Systemate, atque collectionibus, comparandi, nihil possum affirmare certi, quam, *Mantem alis pallide flavis falcatis, macula ferruginea*, quem in tuo Systemate non inveni; Inter Amphibia, mihi est *Draco volans* singularis, quem Draconem vaginatum insignio atque definio: Draco alis junctis sub *pedibus anterioribus liberis*, transeuntibus, abdomen vaginæ instar includentibus; habitat in Molluccis; alæ subtus concavæ, sine radiis, expansæ, separantur quasi in membrana, laxa diaphana, maculis nigris tincta, qua abdomen includitur ad collum sub pedibus anterioribus transit, qui Liberi ea sustinentur, superne alba nigro maculata, crista gularis nulla. — Hæc sunt *Vir. Celeb.* quæ de Zoologia tibi dicenda habui. quoad regnum vegetabile, nihil novi tibi, cui omnia accedunt dare possum, nisi, quod de omnibus, quæ mihi misisti seminibus, præter *fumariam nobilem* nullum pervenit nec ipsa nondum flores dedit *fumaria*.

Maximo desiderio tuam mantissam expecto alteram. Systema tuum ultimum Vindobonæ recusum accepi, nihil nisi vitiis typographicis auctum, et ultimum modo, quod tu annotasti sphalma correctum. Sed an alia et melior prodierit editio dubito cum in tomo secundo *Encyclopediæ* invenerim articulo *Animaux* pag. 695. col. *a. Voici celle qui se trouve dans la 13. edition, que nous avons sous les yeux. la classe des oiseaux renferme 64. genres*, in Systemate XII. et Vindobon. 65. — pag. 696. *les amphibies* sont divisees en quatre ordres, &c. le quatrieme renferme *les Serpens et la classe a 25. genres* in Systemate XII. et *Vindobon.* 24. — *ibid.* la classe des Poissons *contient* 47. genres, ergo et hic unum genus additum; *la classe* des insectes etc. renferme 86. genres, ergo unum genus additum. *la derniere classe Vermes* &c. forment 80 genres, dummodo sunt 78 genera. *on trouve ainsi 342 genres et plus de six milles especes*, dum adsint 354. In otiis meis, tuos ordines naturales post editionem VI. generum plantarum perquirere occupatus sum; definitiones primarias ex tuo Systemate desumens, secundarias uti dantur ex Gouanii horto Monspeliensi, ubi ille mihi deficit ex Sloane, Browne, Pluknetio etc. desumens, relicta tamen radice; sed quidem fateor me eam methodum non intelligere, post quamque classem observationem adjungo, in qua, quæ

mihi de similitudine generum patent, adscribo; omnes quantum possum plantas cum vivis comparo vel cum siccatis, nullam tamen addens, detrahens vel mutans; illotis enim manibus, hæc sacra . . .[2] attingere non auserim. Systema tuum decem volumin[ibus] . . .[2] est; multis annotationibus, delineationibus, picturis, . . .[2] ornatatusque saltem farctus in diis accessit. Pallantis Spicilegia vertere et notulis augmentare pergo, quorum V et VI hic mitto. *Gesnerum de Petrificationibus* Belgice multis auctum animadversionibus et iconis meis sequenti anno (*deo volente*) editurus sum.

Academia Naturæ curiosorum nutu *Burmanni* nostri mota me consortio suo honoravit, ille mihi magnus honos, tanto major est, cum jam te Vir Celeb. nunc collegam dicere possim sed distantia meritorum major adhuc quam loci, perge igitur *Vir Celeb.* mihi tuis semper honorificis litteris calcar addere; et me sinas unam alteramve Epistolam, in qua rarius describetur Animal nomine tuo condecorare rogo. Si tibi sæpius quam duplo est Dionaeæ siccata planta, mihi mittendo eam magis obligabis. Vale.

Dabam Ultrajecti ad Rhenum MDCCLXXI 6 Augusti.

P. S. an jam prodiit tua altera mantissa?

Utanskrift:

à
Monsieur
Monsieur C. von Linné chevalier de letoile polaire
Professeur en Botanique et histoire naturelle
Medecin de Sa Majesté la Reine de Suede
Membre de plusieurs Academies &c.
a
avec un paquet ci joint. *Upsal.*

Linn. Soc., Vol. II: 95—96.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.
[2] Något ord här bortslitet i originalet.

202.

Viro Celeberrimo Carolo Linnæo Eq. aur.
S. D. P. P. Boddaert.

Quæ tibi abhinc trimestre misi opuscula, per bibliopolam te jam accepisse spero; atque tuas litteras vehementer exspecto; interim Vir Celeb. me in tuam revocare memoriam semper mihi gratam, ne in malam ac-

cipias partem quæso huicce inclusum *Diploma*, quo Societas nostra vlissingensis te socium salutat; Gratulor tibi Vir Celeb. de novo isto titulo, tot aliis adeo bene meritis, tibi addicto, gratulor tanto magis Societati nostræ, quæ te Vir celeb. adepta est, quæ de Linnæo gloriari potest, nulla enim cultioris Europæ pars, ubi Societas de re medica vel naturali viget tuo nomine carere nec vult, nec potest, det D. T. O. M. ut per longas annorum series, tuo fruamur consortio, ut Solis instar lumen ingenii in omni lucescat Societate, eamque ornet, gratulor et mihimet Vir Celeb. qui te iterum collegam salutare audeo. dum Germania et Zeelandia me tibi adjunxerunt.

Litteras quibus titulum accipere, (ut spero) digneris, mihi mittas quæso, et tum ut mihi scribas an acceperis opuscula mea de *Chaetodonte*, de *testudine*, de *zoophytis*, de *Coleopteris Voetii* vereor an quidem accepisti cum nondum tuas litteras de iis acceperim. Quæ nova de animalibus habeo, tibi proximo mittere animus, cum nunc tempus vetat, salutes Giseke mihi amicissimum, quæ apud te habitare mihi scripsit Burmannus. Vale
raptim.

Linn. Soc., Vol. II: 99.

Odateradt, men är väl från slutet af 1771. Het zeeuwsche genootschap der wetenschappen i Vlissingen valde Linné till medlem den 20 Sept. 1771.

203.

Celeberrimo Linnæo
S. D. P. Boddaert.

Tres jam elapsi sunt anni ex quibus tibi Vir Celeberrime per Bibliopolam meum misi descriptionem *Ranæ bicoloris*, *Chaetodontis diacanthi*, *Testudinis cartilaginei*, et Chaetodontis *Argi* quas ex defuncti Schlosseri thesauris descripseram, ast negotia tua, et provectior ætas responsionem impedivisse suspicor, an eas descriptiones accepisti, me sive tuis semper gratissimis litteris, sive per dominum *Wadström* certum facias rogo; si non accepisti, denuo mittam atque quatenus Voetii tabulas Scarabaeorum habeas, simul mihi scribere velis rogo. jam in lucem prodiere tabulæ 36.

Systema Vegetabile *Murraei* ex adversariis tuis completum laetus, vidi, legi, erui, quanta tibi Vir Celeberrime debet Botanica, quantum posteritas! Quod ad Zoologiam attinet, an jam vidisti Papiliones exoticos quos edere incepit *P. Cramer*[1], mercator Amstelodamensis, sex tomis

constabit, vivis coloribus depictum, tabulæ jam prodierunt XII, descriptionem quarti fasciculi jam fere absolvi, ego enim descriptionem in ordinem redigere suscepi. Quod edere incepi tuum Systema, lingua Vernacula, adeo vitiose impressum ex prælo prodiit, ut editionem supprimere et novam denuo parare coactus ero.[2] Mammalia et aves, in eo dedi, quadrupedibus injunxi, genus Antilopum, et Caviæ, et circiter 25 novas species addidi, avium vero multo plures, et inter amphibia 50 species, in Systemate tuo non dictas, jam in scriptis habeo, et 200 insecta, quod, si tibi alicui usui esse possit, manuscriptum mittam, mox cum id tibi gratum esse comperuerim.

Historiam Fungorum incepi ex tuo, Halleri et Scopoli scriptis conflatam an vero pergam dubius haereo[3]; Contemplationem Physiologicam animalium, hocce anno edere (favente numine) spero[3], ubi omnia nova observatorum detecta invenies; ubi et tu Linnæé splendide fulges; per annum abhinc ab historia naturali, deliciis meis, fere abreptus aliisque negotiis occupatus, novo vigore ad eam redii, sed quantum non perdidi inopinata morte *Basteri* mei tuique; Burmannus cum docto filio vivunt in honorem Botanices, et in gratiam omnium bonorum, ut et *Roëllius* et te salutari jusserunt. *Vosmaerius* ex thesauris Principis Arausiaci selecta et rariora edere pergit[4], sed Seppii papiliones nostrates, quo nihil pulcrius, desinunt. inter insecta marina oculo armato conspicienda, singulares medusas pergit Slabberus[5] cum descriptione tamen inani. Hæc sunt Vir Celeberrime quæ tibi dicenda tempus permittit, plura habeo, quæ cum delineationibus aliquorum animalium, tibi proxime mittam. Vale, Vir Celeberrime et me, rebus tuis et occasione permittentibus respondeas rogo. dabam Ultrajecti ad Rhenum.

18 Aprilis 1775.

Utanskrift:

Monsieur
Monsieur C. von Linné
Chevalier de l Etoile Polaire
Professeur en Botanique etc.

a

amica manu. *Upsal.*

Linn. Soc., Vol. II: 97—98.

[1] Pieter Cramer. *De uitlandsche kapellen voorkomende in de drie waereld-deelen Asia, Africa en America* . . . [Titel och text äfven på franska.] (T. 1—4. Amsteldam 1775—82).

[2] Förmodligen afses härmed *Kortbegrip van het zamenstel der natuur, van den heer C. Linnaeus, met zeer veele soorten vermeerderd door P.*

Boddaert. I det exemplar, som utgifvaren sett ur K. Vetenskapsakademiens bibliotek, är företalet dateradt den 19 September 1772, men titelbladet bär årtalet 1783.

[3] Något sådant arbete har troligen ej kommit ut.

[4] Arnaut Vosmaer (se sid. 99, not 12) utgaf 1767—87 *Allgemeene natuurkundige en historische Beschryving der zeldsaamste en verwonderenswaardigste schepsel in der natuur*, befintliga i prinsens af Oranien naturaliekabinett.

[5] Martinus Slabber (holländsk naturforskare, född 1741, död 1835), *Natuurkundige verlustigungen, behelzende microscopische waarnemingen van in- en uit-landsche water- en land-dieren* (Haarlem 1769—78).

BOERHAAVE, HERMAN.

Professor i medicin, botanik och kemi vid universitetet i Leiden, en af sin tids mest framstående läkare och naturforskare, född 1668, död 1738. Hans storartade välvilja mot Linné är allmänt bekant.

När Linné första gången fick uppvakta Boerhaave, skref denne i hans stambok (nu i Statens historiska museum i Stockholm):

Simplex veri Sigillum. — Ex voto Clari, Nobilisque, viri, Caroli Linnaei Scripsi, faustissimos Eidem Laborum durissimorum exitus præcatus H. Boerhaave. Leydae 17$\frac{4}{35}$.

204.

Mæcenati Maximo!

Pretiosum hunc D. de Reaumur librum de Insectis, summa veneratione jam restituo[1]. Insecta, quæ continet, accurate admodum et satis prolixe descripsit, quod ut in reliqvis omnibus præstet, vel nimis longum foret, vel vix fieri posset. Mihi vero methodus illa, breviter succincte et nervose scribendi, magis arridet, quippe diffusum genus scribendi et Lectori tædium et autori ipsi molestiam nimiam parit. Post octo dierum spatium catalogum plantarum Lapponicarum desideratum, submisse communicabo, qui sum ad cineres

Summi Viri

17 $\frac{16}{\text{VII.}}$ 35 indefessus cultor

Carl Linnæus.

Utanskrift:

Excellentissimo Professori
DD. Herm. Boerhave.

Originalet tillhör baronessan Carolina Cecilia van Rhemen-Leembrugge i Spankeren. Hennes man Alexander Baron van Rhemen van Rhemenshuyzen, död 1877, härstammade från Boerhaave. I facsimile och aftryck meddeladt af E. C. van Leersum i en artikel: *En souvenir du jour de naissance de* C. *Linné. (23 Mai 1707.)* i tidskriften Janus, T. 12, 1907.

[1] Afser väl den 1734 i Paris utkomna första delen af Réamur's (se Afd. I: D. 1, s. 152, not 2) *Mémoires pour servir à l'histoire des insectes.*

205.

Viro sapientissimo summoque medico
HERMANNO BOERHAAVE

s.

Carolus Linnæus.

Nullum profecto decet quærere aliud patrocinium, quod hosce tueri posset flores quam Tuum, Vir illustris, præclarum Nomen. Tu enim primus, & unicus fuisti, qui in constituendis plantarum generibus, partes omnes fructificationis, reiectis ludicris iconibus, adhibuisti. Quantum promoveris rem Botanicam abunde testatur Hortus Lugduno-Batavus per Te numero plantarum duplo longe auctior. TUA vel in frigidis terris resonantia merita stimulos addidere mihi, ut TUI ad exemplum solis observationibus innitens hosce per decennium haud defatigandus continuaverim labores. Infinitas TIBI jam dudum persolverunt grates vel summi in arte Viri, quod divina Tua cum orbe litterario communicare volueris singulari eruditione & concinna dictione elaborata Scripta. Nonne TIBI quoque debetur summa laus, quod egregia Præclarissimorum Virorum opera jamjam peritura dederis immortalitati, Vaillantii videlicet, Swammerdammii, ut taceam Aliorum? TU igitur qui Aliorum opera tanto Studio prosequeris, nec hocce parvum opusculum tueri dedigneris. Accipias illud, ut me hactenus consuevisti, serena fronte, nec eum, qui TUUS esse studet, favore prosequi desinas. Vale.

Linnés *Genera plantarum* (första upplagan), som utkom i Leiden på nyåret 1737, är försedd med ofvanstående dedikation till Boerhaave, som tackar härför i nästa bref.

206.

Viro claro, & nobili
Carolo Linnaeo, medico,
H. Boerhaave

Gratias ago pro literis[1], et libro. ex prioribus perspexi, quo sis in me, prorsus non meritum, animo. amico certe, benevolo, & humano. Utinam esset in me aliquid, quod hisce dignum, utinam esset, unde provocatus beneficiis vicem possem reddere. Liber ipse inspectus stupenti ostendit infinitae diligentiae, constantiae singularis, et scientiae incomparabilis, opus. Neque utilitatem pulcherrimi instituti satis ipse depraedicare possum. Secula laudabunt, Boni imitabuntur, omnibus proderit. Dum caste, & caute, characteres conficis, eventu felicissimo ubique, nescio, qui acciderit, ut defecisse videaris, ubi meum exprimis! Neque enim meritus sum, neque unquam mereri posse spero, quae liberaliter mihi tribuis encomia, in re herbaria. Novi errores bene multos in opus[2] illapsos, quod edere expressit studium juvandi pubem academicam. festinatio, & per infinita negotia distractus animus, effecit *παροράματα*, heu nimis multa. Tu sapientius, huic totus dum ades, scribis, quae aetatem, & aristarchum ferant. dum vero video, placuisse Tibi, ut mihi inscriberes immortale opus, id effecisti, ut anxia semper mente quaesiturus sim oportunitatem, qua tester, quanti hoc faciam. faxit Deus, diu firmo corpore, mente sana, historiam rerum naturalium conscribas! Leydae 17 $\frac{13}{1}$ 37.

Utanskrift:
A den WelEdele, hooggeleerde, Heere,
den Heere,
Carolus Linnaeus
T. S.
tegenwoordig, op de
Hartecamp
te Rennebroek.

Linn. Soc., Vol. II: 106—108. Engelsk öfvers. tryckt i Smith, Vol. 2, s. 204—205.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] *Index alter plantarum quae in horto academico Lugduno-Batavo aluntur* (Lugd. Bat. 1720).

BOHN, JOHANN CARL.

Född 1712, bokhandlare i Hamburg, ombesörjde K. Vetenskaps Societetens i Upsala prenumeration på vissa tyska tidskrifter.

207.

Viro illustri ac celeberrimo
C. Linnaeo
S. P. D. C. Bohn.

Pecunias, quas mihi Soc. nomine, pro nouis litterariis soluere paras, mercatori cuidam Stokholmiae adsignabo. Attamen, pace TUA, litteris collybisticis, alias nouem marcas pro praesenti anno addam, quo summa paululum maior euadat. Et sic quolibet triennio res peragenda erit, nisi commodior aliquando sese offerat occasio.

Faunam TUAM Suecicam recensendam curaui. In aliis quoque rebus, quibus efficiendis par ero, me habebis paratissimum. Ineuntis anni auspicia TIBI fortunata esse iubeo. Vale in Sueciae orbisque litterati bonum. Dabam Hamburgi die XIV. April. a. DCCXLVII.

Original i Upsala universitets bibliotek (sign. G. 152 a).

BOISSIER DE SAUVAGES DE LA CROIX, FRANÇOIS.

Se SAUVAGES.

BOLTEN, JOACHIM FRIEDRICH.

Medicine doktor, läkare i Hamburg, född 1718, död 1792.

208.

Vir Illustri atque Generosissime.

Descriptionem novi Zoophytorum generis, quam publici juris facere officii mei esse putavi, non nisi Illustri Tuo Nomine ornatam, in lucem edere volui[1].

Accipe itaque hoc qualecunque fuerit existimationis meæ atque reverentiæ testimonium, serena fronte. Quod si feceris, habeo de quo mihi gratulari possim. Vale et fave

Tuo

I. F. Bolten.

Hamburgi d. 12 Oct. 1770.

Linn. Soc., Vol. II: 109.

[1] Titeln på denna broschyr är: *Joachimi Friderici Bolten medicinæ doctoris et physici Hambvrgensis ad illvstrem Systematis natvræ avthorem Carolvm a Linné eqvitem avratvm Epistola de novo qvodam zoophytorvm genere* (Hambvrgi svmptibvs vidvæ C. Heroldi 1770). Den är 11 sidor i 4:o och åtföljes af en plansch.

BOMARE, JACQUES CHRISTOPHE VALMONT DE.

Se VALMONT DE BOMARE.

BON DE ST. HILAIRE, FRANÇOIS XAVIER.

President i Académie des sciences et lettres, Montpellier. Hans bref, som rör Linnés medlemskap i denna akademi, kommer att publiceras tillsammans med bref och skrifvelser till och från lärda sällskap i utlandet.

BORCHGREVINK, JENS FINNE.

Norsk präst, född 1737, död 1819. 1766 åtnjöt han Linnés undervisning i Upsala.

Se närmare om honom i Ove Dahl, *Carl von Linnés Forbindelse med Norge* (Trondhjem 1907), där också Borchgrevinks anteckningar från ett af Linné hållet botaniskt kollegium finnas publicerade.

209.

Velbaarne Herr Archiater
Allerhöijstærede Gunstige Velyndere,

Den uforskyldte store Godhed, Höflighed og Kierlighed, jeg fra min förste Ankomst til Upsala lige til sidste Stund var saa lykkelig at have den Naade at beæres med, giver jeg mig herved den Ære helligen at forsikre har i allerhöijeste maader gjordt mig Deres Velbaarenhed forbunden; önsker nu derfore at Leiligheden og Lykken allene ville secondere mine oprigtige Bestræbelser til at kunde vise min skyldigste Taknemmelighed for saa stort gode, som mig derved vederfartes.

Til et velmeent (skiont ringe) Beviis af min Erkiendtlighed for Velbaarne Herr Archiaterns ufortrödne Fliid og Besvær med at undervise mig i Natural-Historien har jag dristet at hermed tilsende Dem 100 Plaater eller 600 Daler Kobber Myndt, som jeg underdanigst beder maatte tages til gode, i Betragtning af mine ringe Omstændigheder og Uformuenhed til at kunde aflægge Dem efter Fortieniste, hvilket og Velbaarne Herr Archiaterens velbekandte Ædelmodighed forsikrer mig om at paaskiönnes.

Efter Löfte og Skyldighed haver jeg den ære at berette: det min Reise löb lykkelig og vel af, og, endskiöndt jeg maatte udhærde Toe Nætters leje under aaben Himmel paa Skogerne fra Elvdalen, kom jeg dog ved god Hilsen och Helbred Hiem hertil den 16de Januarii, og har til denne Tiid ikke i mindste maader befundet mig lide efter Reisen. — Biskop Guneri[1] Compliment haver jag den Ære at formelde; jeg har allerede havt Brev fra Ham, og tænker med förste efter Ordres at begive mig derhen. — Velbaarne Frue, samt Kiere Frökener beder jeg ydmygst min underdanigste Hilsen maatte forebringes med skyldigst og ydmygst Taksigelse for beviiste Naade, og artige Omgiengelse, som jeg ikke uden tendrés Fölelser erindrer, og ville önske mig saa lykkelig snart igien at kunde nyde. Næst at udbede mig Velbaarne Herr Archiaterens höije Gunst og Bevaagenhed, ville jeg ansee det for en besynderlig Lykke at blive beæret med Deres befalninger, hvilket ville formeere mine Önsker over Dem, med hvilke jeg i störste Veneration henlever

Velbaarne Herr Archiater
Allerhöijstærede Gunstige Velyndere
Deres underdanigste Tiener
Janus Finne Borchgrevink

Röraas d. 20de Febr. 1767.

P. S. Hester er nu her uforskammet dyre, saa jag veed dem aldrig at have været i saa höy Priis; thi for smaae Hester gives nu 100 Plaater Stykket og vel mere. Adjeu.

Linn. Soc., Vol. II: 117—118.

[1] Biskop JOHAN ERNST GUNNERUS, se Afd. I: D. 2, s. 285, not 2.

BORN, IGNAZ von.

Född 1742 i Siebenbürgen, österrikiskt bergsråd, död 1791 i Wien.

210.

Viro Illustriss^mo Carolo a Linné Equiti Aurato de Stella Polari,

Salutem dicit Born

Ubi primum me Historiæ Naturalis studio, quod a prima ætate me delectavit maxime, dederam, scriptaque tua cultissima, quæ semper erant a me expectata vehementer, pervolverem, tantum te ob summum ingenium tuum, doctrinam, industriam et insignem modestiam mirifice amabam ut desiderarim sæpissime animum meum tibi palam facere. Incitabant ad id Viri, quos Patria nostra alit, in Historiæ naturalis studio clarissimi, et ut quædam, quæ in itineribus mineralogiis per Hungariam, Transilvaniam et Bohemiam omnem a me susceptis collegeram, et ad augendum Musæum tuum amplissimum facerent, transmitterem, svadebant. Deterruit me semper pudor pene subrusticus, donec ex litteris, quas ad Ferberum[1] dabas nuperrime, intelligerem, tuis curis me Academiæ vestræ amplissimæ et celeberrimæ adscriptum esse, quod æque, ac ea quæ inde proficiscuntur ornamenta studio tuo, hominem in Historiam naturalem propensum incendendi magis magisque et amicissimi Ferberi diligenti comendationi quæ apud te valet plurimum, debeo. Ingratus forem, si morarer diutius te rogare ut tibi persuadeas, me non his tuis officiis tantum, aut fortuito ad amplitudinem tuam officiis meis amplectendam incidisse, sed ob amplissimum nomen tuum, et quod studerem semper ut tibi possim conjunctissimum et devotissimum animum meum pro viribus

meis explicare. Habes hic annexum Indicem[3] mineralium quorundam, quæ aut Ferberus noster tibi grata fore dixit, aut ego credidi, et quæ nuperrime Ill^mo Hermelin[2] tibi ut redderet misi. Cæterum te obtestor, ut si quid ex regionibus nostris apparatui tuo metallico deesset, id a me postules, et expectes. Vincam certe officiis meis expectationem tuam. Vale.

Ignatius Eques a Born
S. C. R. M. a Consiliis
metallicis.

dabam Pragæ. 15 Sept. 1771.

Linn. Soc., Vol. II: 121—122.

[1] Johan Jakob Ferber, se Afd. I: D. 6, s. 69. Om hans förbindelse med von Born se ibid., s. 72 och följande.

[2] Samuel Gustaf Hermelin, född 1744, svenskt bergsråd, död 1820.

[3] Denna förteckning medtages ej här.

211.

Viro nobilissimo, Illustrissimo et
Celeberrimo Carolo a Liné Equiti, Archiatro
reg. etc. etc.
Salutem plurimam dicit Bornius.

Nil mihi unquam gratius obtigit, quam litteræ tuæ queis me nuper admodum et demum hodie beâsti, meque simul de traditis tibi fossilibus nostratibus certiorem reddidisti[1]. Communicabo post menses aliquot orbi mineralogo Indicem fossilium[2], quæ hucusque collegeram, et opusculum hoc quale quale Academiæ Scientiarum regiæ holmensi dicabo[3]; Ex eo, quæ grata tibi forent adnotabis, mihique referes, certus nil adeo mihi carum fore, quod non tecum communicarem lubentissime. Sunt mihi Antimonii mineræ rarissimæ, aliæque, quæ mineralogis nondum innotuere, quarum partem ex Catalogo meo videbis, et de quibus Ferberus noster plura tibi narrabit. Dedi Ferbero plura quam sexcenta Mineralium specimina, quorum majorem partem ipsus in itineribus meis per Patriæ ditiones metalliferas collegi; Ni fallor, Ferberi tui diligentissimi Lithophylacium omnia reliqua quæ Suecia habet, et ob speciminum elegantiam, et copiam facile antecellet. Vale, meque Clientibus tuis et discipulis addictissimis adnumera.

dabam Pragæ 1 jan. 1772.

Felix tibi sit ineuntis anni auspicium.

Utanskrift:

Societati Regiæ Scientiarum
quæ Upsaliæ est

Upsaliæ
in Svecia.

pr Hamburg
fr.br. Stockholm

Linn. Soc., Vol. II: 123—124.

[1] Detta Linnés bref är f. n. okändt.

[2] *Lithophylacium Bornianum. Index fossilium quæ collegit et in classes ac ordines disposuit* (Pragæ 1772—75).

[3] Born blef medlem af Kungl. Vetenskapsakademien i Stockholm 1771.

BRETEUIL, LOUIS AUGUSTE LE TONNELIER.

Baron, franskt sändebud i Stockholm, slutligen statsminister. Född 1733, död 1807.

212.

Stockholm le 17. 9^{bre} 1766.

Monsieur,

J'ay l'honneur de Vous envoier cy joint une lettre que M. De Jussieu de l'Academie Royale des Sciences de Paris m'a prié de Vous faire passer. Ce savant doit m'adresser pour vous des caisses de différentes plantes de Trianon. J'aurai le plus grand soin de vous les faire parvenir dès qu'elles me seront arrivées, ce qui ne sauroit être avant le Printems prochain à cause de l'Interruption actuelle de la navigation. Vous avez fait espèrer, Monsieur, à M. de Jussieu plusieurs Plantes rares pour le Jardin Bottanique du Roy à Trianon. J'aurai attention de vous marquer l'epoque du départ des premiers vaisseaux de ce Port pour ceux de France, et, si vous voulez bien alors m'envoïer ici ce que vous destinez à Sa Majesté, Je me chargerai de l'expedition.

Je suis trés aise d'avoir une occasion de vous assurer de l'Estime et de la considération distinguée avec laquelle j'ai l'honneur d'être,

Monsieur,

Votre tres humble et trés obéissant serviteur
Le B^{on} De Breteuil.

Linn. Soc., Vol. II: 154.

BREYNE, JOHANN PHILIPP.

Född 1680, naturforskare, läkare i Danzig, död 1764.

213.

Viro Illustri
DD. JOH. PHIL. BREYNIO
Medico et Botanico Celeberrimo
Academiæ Imperialis N. C. Membro
Soc. Reg. Anglic. Sodali
S. pl. d.
Carolus Linnæus M. D.
Societ. Imper. N. C. Reg. Parisinæ &
Reg. Scient. Upsal: nec non Acad. Scient.
Svec. p. t. Præses, Botanicus Regius & Classis
Navalis Medicus Ordinarius.

Opus Magni Tui Parentis[1], Vir Illustris, ad me per D. Cliffortium transmissum heri accepi. In isto opere Te Virum præstitisti. Lætabar quod tam nitide et conjunctim edebatur; quodque tam docte notis illustrasti, quodque demum Tanti Viri (quanti Pater Tuus erat) manes vel faciem coram videre concedebatur.

Quid demum dicam de tam nobili in Te animo, quod consecrare opus voluiris [!] Mæcenati meo, plane consternatus nescio; Obmutui profecto quamprimum vidi, quibus me, prorsus non meritum excipere voluisti encomiis, utinam esset aliquid in me quod hisce dignum; utinam esset aliquid, quibus provocatus beneficiis reddere possem vices. Non moriar ingratus, ni brevi; nec in ingratissimum Te abjecisse beneficia Tua videbis.

Sed missis his et alta apud me mente reconditis ad ipsum opus progrediar.

Ricinus dulcis arborescens prod. sec. 93 est sine dubio omni mea Elatheria; et mea elatheria ad genus, quod Croton dixi in generibus 720, amandari debet.

p. 53. Displicet *Azaleæ* nomen, loco chamærhododendri receptum; cur non solum rhododendri nomen assumsere potius, quam diminutivum? quia Synonymon Nerii; Quid hoc genus cum Nerijs? profecto nil. cur inde diminutivum? an liceat Sciurum, parvum

Vulpem dicere? Nomen dein erat sesquipedale. ultimo character generis chamærhododendri falsas continet species, proin nonnullæ ad Andromedas, aliæ ad Azaleas amandari debent.

p. 96. *Anil s. Indigo.* miraberis et profecto ipse miror me numquam flores veræ indigo vidisse umquam; vidi virentem aliquoties plantam, florentem vero numquam. vidi flores exsiccatos, sed pessime, nec umquam nisi semiputridos. Fac per Te, [ut] in epistola transmissos exsiccatos videam flores, quo eorum possem expiscari characterem. An Flores Daleæ (in Horto Cliffortiano delineatæ) similes sint? quæso transmittas flores & fructus. Ego vicissim mittam alia

p. 12[2]. *Breynia* Plumieri[3] cujus figuram transmisit D. Aubriet[4] delineata est secundum icones manuscriptas ipsius Plumieri. Planta viva, quæ servatur parisiis in herbariis (uti postquam Hortum Cliffortianum absolvi observavi) est longe alia, modo sit vera plumieri, uti ipsi Parisienses statuunt. sed ista eo solum differt, quod nec ferat siliquam seu potius legumen, uti a Plumiero delineatur.

p. 17. Quod *Thea* creverit umquam in Horto Amstelodamensi hæreo: nec tamen tutus nego. Hoc novi *Cassinem* meam etiamnum hodie in Hortis Belgii, præsertim in ipso Horto Amstelodamensi pro vera Thea demonstrari. Academia Scientiarum omni nisu laborabit transmittendi et sibi comparandi hanc arbusculam in Europam.

p. 19. *Santalum.* Quod ego vidi Santalum folia pinnata gerit; Tuum vero simplicia opposita?

p. 28. tab. XVII: f. 1. *Elichrysum Abrotani foeminæ foliis* quæritur 1. an flosculi squamis seu paleis interstincti?

2. an pappus simplex vel compositus ?

p. 28. *Cyani* Tab. XVII f. 2 & 3. cujusnam sint generis certe non capio. an Tarchonanthi? sed folia opposita sunt, quod mirum!

p. 29. *Euphorbium anacanth. squamos. lobis florum tridentatis* Isnard pro distincta specie, non vero varietate habes. forte; ego tamen aliter dudum convictus. Singularis structura foliorum in caulium tuberculis imbricatis plantam distinctissimam reddidere, licet polymorphos sit. Vidi aliam notam, certe essentialem, quamdiu in nulla alia hujus generis demonstretur specie, et huic speciei propriissimam scilicet petala palmata, uti etiam in horto monui; assumsissem et hanc pro differentia, si perennasset et omni die in conspectum prodiisset. Petala in hac nunc tribus, nunc quinque nunc pluribus gaudent petalis. squamosus est caulis. quid prohibet

quo minus pro eadem haberi debeat. præterea vellem potius ignarus species 10 confundere, quam ex unica 10 distincta facere; hoc si fecissem citra rationem et meam experientiam, illud vero non item. principium hoc si assumsissent dudum, non tamdiu hæreremus in specierum diagnosi.

p. 31. t. XXII. f. 2. Quæso examines tuum specimen et dicas quot stylos pistillum gerat?

p. 32. t. XXIV est egregia figura Elephantopi.

p. 52. in additamentis. *umbella globosa* nuda lege involucro polyphyllo instructa.

Vale Fautor optime et me habe ad quævis officia paratissimum.

Dabam Stockholmiæ 1739. d. 12. sept.

Si rescribas mittantur literæ Hamburgum franco, sub couvert ad *Societat: Reg: literariam & Scientiarum Upsaliæ* et eas habebo certissimas.

inclusas literas quæso mittas D. Gleditschio, Amico communi, cum mihi non constet qua via alias adpulat.

Utanskrift:

Viro Inclyto
D. D. Ioanni Philippo
Breynio
Academiæ Natur. Curiosorum &
Reg: Scient. Angliæ Socio
Dantzig.

Sigill II; rödt lack.

På brefvet har Breyne antecknat: dat. d. 12 Sept. 1739
acc. d. 21 Oct.
Rs. 23 Decembr.

Originalen till alla här tryckta brefven från Linné till Breyne finnas i Bibliothek des Herzoglichen Hauses i Gotha (sign. Cod. chart. B. 789), hvarom Doktor A. R. Cedergren i Helsingfors välvilligt lämnat utgifvaren underrättelse. Bibliotekets direktion har benäget utlånat brefven till Upsala för afskrifning.

[1] Jakob Breyne, tysk botanist och läkare, född 1637, död 1697. Det arbete, som Linné här tackar för, bär titeln: *Jacobi Breynii, Gedanensis, Prodromi fasciculi rariorum plantarum primus et secundus ... Accedunt icones rariorum et exoticarum plantarum aeri incisae ... cura et studio Joannis Philippi Breynii ...* (Gedani 1739). Det är dediceradt till Georg Clifford. I dedikationen är Linné också föremål för hyllning: »Servet [Deus] & Tecum Tuum totum Carolum Linnaeum, Lumen oriens & ingens certe Botanicum nostri temporis».

[2] Detta och följande sidcitat gälla *Icones ... plantarum* i Breynes bok.

[3] Charles Plumier, se Afd. I: D. 2, s. 74, not 3.

[4] Claude Aubriet, se Afd. I: D. 4, s. 29, not 9.

214.

Viro Nobilissimo, Clarissimo
Carolo Linnæo,
M. D. Acad. Imper. N. C. et Reg. Paris
et Upsal. nec non Acad. Scient. Svec.
p. t. Præsidi, Botanico Regio
et Classis navalis Sueciæ
Medico Ordin.

S. d.
Ioannes Philippus Breynius
Med. Doct.

Litteræ tuæ, quas nuper ad me dedisti, mihi gratissimæ fuerunt. Non enim tantum a Viro, quem maximi facio, ad illustrandam, dicam potius reformandam Botanicem nato, proficiscuntur; sed simul tanti Viri aperiunt Amicitiam, offerunt officia. Hæc ambabus amplexus manibus, Tibi vicissim, Vir Inclyte, amicitiam et officia qualiacunque mea lubens meritoque dico. Annecto vota, ut Summum Numen vitam Tibi largiatur, sanitatem et otium, quo operibus Tuis Botanicis præclaris plura eiusdem generis superaddere et Systema Botanicum ulterius excolere et ad perfectionis culmen, quousque nempe in hac rerum imperfectione datur, evehere Tibi liceat. Secundum hoc Gronovii Floram Virginicam, cuius pars prima nuper lucem vidit, compositam esse certior factus sum. Clariss. Royenus vero mihi litteris significavit, se ordinem Horti Acad. L. B. plane invertisse et ad methodum Tuam aptasse, quia verebatur, ne si ipse reformationem a Te, Vir oculatissime, inchoatam et adstructam non urgeret, omnia in pristinum chaos ruerent. Addit, numerum Studiosorum, qui Botanicam ex veris firmisque principiis summo ardore et oblectamento addiscunt, Lugduni valde magnum esse; quod inde patet, quod Genera Tua s. characteres Plantarum brevi rursus prelo committi debeant. Edidit idem Vir Clariss. Prodromum Horti brevi secuturi.

Ego sane optassem hanc methodum ante aliquot lustra innotuisse quam enim mihi Seni sexagenario, Nominum imis infixorum medullis mutatio difficilis sit, ipse omnium novi optime. Interim filium habeo unicum[1], qui nunc Lugduni Bat. studiis operam navat, non quidem Medicis, sed, ut fata tulerunt, Juridicis; quo non obstante Historiæ Nat. et Botanicæ Studium, secundum Tuam inprimis Methodum, ipsi commendavi.

Redeo ad Litteras Tuas. Paterna Opuscula Botanica nuper aliquomodo a me illustrata Tibi non ingrata fuisse, calculoque Tuo probari gaudeo et pro additis hinc inde notulis Tuis gratias ago. Iis, quæ de Azaleæ Nomine mones nunc lubens subscribo.

Anil s. Indigo cum floribus et fructibus egregiam iconem vivis coloribus pictam cum specimine sicco, ut et seminibus recentibus proximo Tibi mittam vere. Flos cum flore Daleæ Tuæ nullatenus convenit.

Quæ de Breynia scribis, non satis capio. Meam iconem, quam accuratam esse puto, Jussieo debeo, quæ convenit cum ipsa Plumieri. An non itaque errant Parisienses potius, quod Breyniæ Plumieri, aliam diversam plantam, ut fructus indicat, substituant. Et qua re Breyniam quam in Generibus Plantarum, recte, ut puto, inter Octandrias locas, in Methodo sexuali Polyandriis inseris? Quanta sane metuenda con[fusio] ex facili eiusmodi Mutatione, præsertim sine addita ratione.

Veram Theam in Horto Med. Amstelodamensi conspectam fuisse non est quod dubites. Putasne hunc Botanicum, qui primus Theam luculenter descripsit et depinxit Cassinam pro Thea potuisse habere? Accedit, quod ante sexaginta annos, Cassina plane erat incognita. Nunc credo facile Cassinam, quæ Thea Apolodictarum [?], in Hortis Belgii aliisque in defectu veræ Theæ, pro eadem inperitis demonstrari.

Santalum, quod folia fert pinnata, est Santalum rubrum; album vero et citrinum toto genere a rubro diversum, folia, ut vides, habet opposita.

Quæ occasione Euphorbii de varietatibus mones, eatenus mihi probantur, quatenus Studium Botan. facilitant. Mihi limites specierum et qua ratione a varietatibus differant necdum satis determinati videntur. Sed de hac materia alio tempore forte plura.

Ad cetera alio tempore respondebo. Nunc accipe binas observationes satis curiosas, Tibi, ut suspicor, ignotas, quæ Historiam Botanicæ litterariam concernunt.

In Biblioth. Tua Botan. p. 2. Io. Antonii Bumaldi Bibliothecam Bot. librum vocas rarissimum Tibi non visum. Ego Libellum hunc in forma ut vocant 24. in supellectili mea libraria possideo. Scias vero, velim, verum eius Auctorem esse Ovidium Montalbanum [2], alias satis clarum, qui sub nomine ficto anagrammatice latet. Cur fecerit hoc Montalbanus me fugit; nisi forte, quo liberius et cum excellentiori elogio de se ipso et scriptis suis loqui possit, uti in ipso Tractatulo p. 102 et 103. fecit. Huic Bibliothecæ annectitur omnium Graminum ab Auctoribus eousque observatorum, numerosissima Nomenclatura.

Altera Hortum concernit Farnesianum, cuius cum aliis auctorem facis Tobiam Aldinum, cuius et nomen præ se fert; quamvis re vera

Petrus Castellus sit Auctor eius[3]. Quod Tournefortius iam subolfecisse videtur, in Explicat. Nom. Script. R. H. Institutionibus præmissa; rationem licet non addat. Hanc accipe sequentem. Lege attentus Typographi Præfationem et collige ex ipsa Characteres majores, inveniesque *Ego Petrus Castellus in gratiam Tobiæ Aldini scripsi cuncta.* quæ verba sane clarissime Auctorem produnt. Puto itaque Cardinalis Farnesii olim Medicum, Chemicum et Horti Præfectum Tobiam Aldinum, Chemiæ plus invigilasse, quam Botanicæ; hincque Spartam publicandi Hortum ab Eminentiss. Cardinali sibi demandatam, clam detulisse Amico suo Petro Castello, qui strenue Amici munere quidem defunctus, in eo tamen contra amicitiæ peccavit leges, quod tecto licet modo Amici sui publicaverit infirmitatem.

Sed quorsum excurrit Calamus; restat tantum ut a Te rogem an non apud Vos haberi possit Magni Brommelii Archiatri quondam Regii et Amici mei antiqui et integerrimi Lithographia Svecana, cuius olim primam mecum communicavit partiunculam; et quid denique novi jam a Te expectandum habeamus, ac an Philosophia Botanica Tua quondam promissa, brevi lucem visura sit. Vale, Vir nobilissime et me ama. dabam Gedani a. 1739. d. 23 Decembr.

P. S. Quidam qui Holmiæ per aliquot vixit annos mihi retulit, ibidem in foro hyemali tempore Aves in prodigiosa quantitate venum exponi nigras Cornicibus aliquomodo similes, sed minores, esculentas et sapidas, quæ ex Fionia eo deferuntur. Scire aveo, quænam istæ sint aves: an Monedulæ? an alia species Corvini generis? Tu mihi scrupulum eximes; et si ab Ornithologis hactenus non observata, mihi eius vivis coloribus exhibebis adumbratam figuram. Vale.

Linn. Soc., Vol. II: 157—158.

[1] I universitetets i Leiden *Album studiosorum* finnes under den 5 Okt. 1739 inskrifven: Johannes Henricus Breynius Gedanensis. 23, J.

[2] Ovidio Montalbano, född 1601, professor vid universitetet i Bologna, död 1671. Han begagnade sig af pseudonymen Jo. Ant. Bumaldus. Linné tar hänsyn till upplysningen i sin *Bibliotheca botanica* 1751.

[3] Titeln på detta arbete är: *Exactissima descriptio rariorvm qvarvndam plantarvm, quæ continentur Romæ in Horto Farnesiano: Tobia Aldino Cesenate avctore* (Romae 1625). Författare torde nog Pietro Castelli vara enligt boktryckarens företal, såsom Breyne just påvisar. Pritzel har också denna mening. Castelli var född omkring 1575, professor i botanik i Rom, grundare af botaniska trädgården i Messina, död 1656. Linné upptar boken under Aldinus i *Bibl. bot.* 1751.

215.

Viro Illustri
Carolo Linnæo

S. pl. d.
Ioannes Philippus Breynius.

Ad Litteras Tuas d. 12 Sept. anni 1739. Holmia ad me datas, longe gratissimas, mox d. 21. Octobris eiusdem anni sub tegmine Mercatoris cujusdam Holmiensis fuse respondi, simulque varia curiosa, quæ Scientiam Rei Herbar. concernunt Tecum communicavi. Sed, quod miror, nullas hactenus a Te, Vir Celeberrime, vidi responsorias. Unde an meas receperis, an vero ad palatum non fuerint Tuum ignarus altum quoque ipse pressi silentium. Interim Scripta Tua, quæ sane magni, ut decet, facio, sedulus pervolvi. Sed licet senex, morte unici Filii Aº 1740 in Anglia et subsequente charissimæ Conjugis meæ fractus et valetudinarius litterarum commercium plane ferme seposuerim; nunc tamen occasione seminum recentium, quod pro Te ante menses aliquot ex Anglia misit communis noster Amicus Petrus Collinson, resumto calamo semina hæc litteris hisce comitari constitui. Hæc ante mensem saltem, una cum quibusdam pro me, mihi tradita sunt, naves quia tardius appulerunt.

Per-illustris Sloanius nuperrime emisit *An Account of a most efficacious Medicine for Sore Eyes* &c[1] quem Tractatulum in vernaculam translatum, et hic Gedani impressum hic addidi, eundem Tibi non ingratum fore arbitratus. Hujus Medicamenti Præparationem Pharmacopoliis nostris commendavi, ut etiam quid valeat, apud nos experimenta institui possint.

Procul dubio jam vidisti Jacobi Theodori Kleinii Tractatum, cui Titulus: *Summa dubiorum circa classes Quadrupedum et Amphibiorum in Caroli Linnæi Systemate Naturæ*, ante annum hic impressum[2]. Si ipsi responsionem paras, fac ut eadem quantocyus ad manus meas perveniat. Si vis ut fusius scribam, ad hasce meas prima data occasione respondeas. Vale et me ama.

dabam Gedani 1745 d. 30. Augusti.

Linn. Soc., Vol. II: 159—160.

[1] Sir Hans Sloane, *An account of a most efficacious medicine for soreness, weakness, and several other distempers of the eyes* (Lond. 1745). Den tyska upplagan utkom i Jena 1745.

[2] Kleins arbete är tryckt i Jena 1745.

216.

Viro Illustri
JO: PHIL: BREYNIO

S. pl. d.
Carol. Linnæus

Literas Tuas die 30. aug: datas hodie primum accepi, una cum fasciculo seminum a Dno Collinsono missum;

Et accepi Splendidissimum Donum Tuum, scilicet Prodromus b. m. Patris Tui a Te editus et valde auctus, et literas Tuas d. 23. decembris 1739. Pro his omnibus humillimas egi gratias et responsorias exaravi mense februario 1740, quas ad Tuas manus pervenisse nullus dubitaveram, antequam hasce Tuas acceperam.

De Bromelio respondebam; quæ in actis lit. Upsaliensibus habentur duæ tresve partes, de Coralliis scilicet et Petrificatis prodiere, reliqua non; nisi codex parvus lingua suecica de investigandis lapidibus et earum speciebus[1] qui liber fere idem cum Krautermanni lingua germanica edita[2]. Cornices istas de quibus quærebas, respondebam esse Lagopodes quæ quotannis e provinciis borealibus hyeme Holmiam deferuntur et in foris copiose vendentur.

Tuæ litteræ mihi lacrymas expellebant; video in Te quod meum aliquando si vixero erit; amisisti, bone Deus, et unicum Filium, et charissimam conjugem, et valetudinem, et solus supersis? hæc senectutis commoda?

i nunc et veterum nobis exempla virorum
qui forti tristem mente tulere casum
refer

D. T. O. concedat Tibi tranquillam senectam et suo auxilio avertat a Te mala et infortunia omnia.

fac ut sciam num plantarum semina velis habere, et num habeas hybernacula in quibus plantas exoticas conservare queas, lubenter mittam, quidquid potero.

ab eo tempore quo Upsaliam perveni dies noctesque impendi ut hortus academicus restauraretur; Hybernacula extruxi. in horto habito ipse; plantas conservo circiter 3000.

edidi sequentes dissertationes academicas sub meo præsidio

Klase de Betula nana ups. 1743. fig. 1.

Hegart de Ficu 1744. ubi de caprificatione egi

Rudberg de Peloria. 1744. de planta hybrida e Linaria, corolla infundibuliformi, calcaribus quinque

Fougt de coralliis Balthicis 1745. fig. 27. quam nullus dubito quin Tibi arrideret

Hast de Amphibiis Gyllenborgianis 1745. descriptiones et synonyma serpentum & Larcertarum [!] indicarum.

Nunc volvo et propediem edam sequentes

de Passiflora fig. 26

de Anandria Siegesbeckii tab. 1.

de Horto Acad. Upsaliensi. Tab. 27.

Nuper prodiit Flora Suecica stockh: 1745. octavo. in qua 1140 plantas suecicas enumero.

Animalia Regni Sueciæ; Quadrupedia, Aves, Pisces, Amphibia, Insecta et Vermes. Omnia cum synonymis et descriptionibus secundum certa genera; ut dubiam[!]num simile in hac parte numquam exstiterit; prodibit ad finem anni, qui nunc sudat liber.

Iter oelandicum & Gotlandicum nunc sudat, propediem prodibit refertum observationibus oeconomicis & physicis.

Lubenter Tibi mittam ex his varia quæ adhuc possideo, modo dicas apud quem hæc deponam stockholmiæ, ut ea obtineas; ipse enim habito Upsaliæ per 7 horas Holmia remotus.

si rescribas hoc facias sub couvert ad societatem scientiarum Upsaliæ, cujus literas ego aperio.

si poteris aliquot semina mihi mittere pro horto, scias hæc mea esse oblectamenta summa.

vtinam possem obtinere *Floram quasi modo genitam*[3]. Tu forte posses hanc mihi comparare.

ante mensem a D. Bæck accepi Kleinii dubia, respondebo ad ea in dissertatione academica. potuisset in hisce dubiis varia omisisse.

Gratias ago pro transmissis schedulis; mihi gratissimæ erant, nec de iis antea umquam audivi.

nullus dubito quin Muscus contra canis morsum apud vos reperiatur, qui in suecia vulgatissimus est[4].

Ter felix vivas; et me amare pergas.

dabam Upsaliæ 1745 d: 20 Oct.

si semina habeas Moldavicæ americ: trifol: odore gravi Tournef. 184. quæso aliquot ad me mittas.

Utanskrift:

Viro Illustri
DD: Jo: Phill: Breynio
Medico Clarissimo
frijbr. for wettensk. *Dantzig.*
societeten
om nova litteraria

Sigill IV; rödt lack.

På brefvet har Breyne antecknat:
Resp. 28. Apr. 1746.
per viam Hamburgi
et 5. Maj. misi semina.

[1] Det arbete af Magnus von Bromell (se Afd. I: D. 4, s. 48, not 4), hvilket Breyne efterfrågade, är väl det, som förekommer i Acta literaria Sveciæ, Vol. 2, och bär titeln: *Lithographiæ Svecanæ Spec. 1—2.* (Det utkom separat, Upsala 1726—1727.) Hans på svenska författade arbete är: *Inledning til nödig kundskap at igenkiänna och upfinna allahanda berg-arter, mineralier, metaller, samt fossilier* ... (Stockh. 1730).

[2] Skall väl vara: Valent. Kräutermann (pseudon. för Christoph. Helwig d. y.), *Historisch-medicinisches Regnum minerale oder Metallen- und Mineralien-Reich* (Frankf. 1717).

[3] Se nästa bref, not 2.

[4] *Lichen caninus*, nu *Peltigera canina.* Drogen kallades *Musci canini herba.*

217.

Viro Illustri
Carolo Linnæo

S. d. pl.
Ioannes Philippus Breynius.

Litteræ Tuæ 20 Oct. ann. pr. ad me datæ recte mihi fuere redditæ. doleo summopere responsorias Tuas mense Februar. 1740. exaratas, ad manus, nescio quo fato, non pervenisse meas; omnia namque, quæ a Te proficiscuntur, Vir Sapientiss. magni facio. Interim mihi pergratum fuit nuncium, Te, amice inter paucos dilecte, vivere, vigere mihique favere. Gaudeo pariter Botanicum Studium, meæ a teneris deliciæ, Plantarumque rariorum culturam apud Vos, ut ut in Climate exoticis minus faventem, Te Moderatore, vigere; quod Tractatus quem sub manibus habes de Horto Upsaliensi, brevi ut spero clarius docebit.

Ego ut ut senex amoenissimo Historiæ Natur. studio, imprimis vero Rei Herb. adhuc summopere delector. Hortum colo suburbanum, non

quidem adeo spatiosum; sed satis amoenum plurimisque plantis rarioribus et exoticis refertum et hybernaculis, quorum ante biennium adhuc unum novum et amplum exstruendum curavi, sumtibus sane haud exiguis, utpote qui 600 Imperiales superant, instructum. In quibus inter alia plurimas Arbores Caffeiferas floribus fructibusque quotannis superbientes; et Ananassæ s. Bromeliæ secundum Te plantas ducentas circiter colo, ex quibus anno præt. fructus collegi 40. numero et quidem sapidissimos. Sed quod primarium est Musa nuperrime, quæ calamo Tuo sane multum debet, floribus fructibusque me beavit et exhilaravit. Acceperam nempe A° 1740 ex liberalitate communis nostri Patroni Cliffortii Musam juniorem, una cum elegantissima arbore Camphorifera, neptem credo illius Musæ, quam 1736 tam magnifice celebrasti. Hæc viguit quidem in hybernaculo non multum spatioso per annos aliquot; flores vero fructusque protulit nullos; anno autem præt. m. Septembri octodecim pedes circiter alta inproviso emisit scapum robustissimum, pro munere scilicet novi hybernaculi grata, quam plurimis floribus fructibusque onustum, quorum sexaginta a fine Januarii ad finem Martii usque successive perfectissime maturuere et palato fuere gratæ. Hæc prima fuit quæ nostris in terris et climate adeo boreali flores produxit fructusque; unde non mirum insolitum ejusmodi spectaculi plurimos etiam primi ordinis apud nos allexisse spectatores curiosos. Hæc omnibus partibus major ampliorque fuit Tua Cliffortiana, quæ meæ, ut hariolor, avia.

Per integrum fructificationis tempus omnia diligenter observavi, examinavi et annotavi, figurasque accuratas ad archetypum vivis coloribus fieri feci. Omnes partes essentiales inveni tales, quod gaudeo, quales Tu descripsisti. Interim mihi suasu amicorum permissum fore credo, post largam messem Tuam parvum aliquod colligere spicilegium et Auctoribus Commercii Litterarii imprimendum transmittere. Quare si aliquid circa Musam post editam Musam et Hortum Cliffortianum, observaveris novi, ut mecum quam primum fieri potest communices, quo meo spicilegio etiam inseri possit, obnixe rogo. Opportune mihi incidit Te in Musa Tua Cliff. p. 1. inter alia referre: *Palmarum nullam tulit unquam Europa silvestrem vel spontaneam.* Cui asserto sane mea contradicit experientia; cum ipse Palmam humilem s. Chamæryphen Bauh. Pin. A° 1703 cum oras Hispaniæ ad mediterraneum mare salutarem, fructibus maturis onustam copiose in Regno Vallentiæ non longe a mare reperierim; mihi quoque relatum sit frequentem esse in Regno Siciliæ, ubi scopas ex foliis ejus efficere solent. Te quoque ipsum consentientem habeo in Horto Cliff. ubi p. 482 Chamærops in Italia, Hispania, Sicilia etc. nasci, ais.

Curiosissimas Tuas dissertationes Botanicas, quarum mihi Catalogum exhibes, summo videndi flagro desiderio, quare ut eædem prima data occasione, cum Flora Suecica, quemadmodum et cetera scripta Tua, quæ sub prælo sudant, quam primum prodierint, ad me deferantur dabis operam; Quod commode (durch die H. *Johan Claesson et Söhne*[1], Mercatores Holmiæ habitantes fieri poterit, utpote qui rogati curam omnium rerum, quæ a Te admittentur, curam habebunt. Ad hos quoque primis navibus pro Te mittam fasciculum seminum exoticorum, una cum desiderata Helwingii Flora Quasimodogen.[2] Scire aveo an cetera Helwingii Scripta quæ Hist. Nat. concernunt jam possideas; alias eadem Tibi mittam lubens, quemadmodum et P. Ranzinski Historiæ Naturalis Poloniæ[3] partem alteram s. auctarium, quod rarum est, quia jam ante aliquot annos impressum, tamen a P. P. Jesuitis non publici juris factum est.

Quam primum responsiones Tuas ad dubia Kleiniana, qui sibi soli tantum sapit, lucem viderint, ut earum me participem facere velis rogo.

Vides Vir Ill. moram litter. mearum prolixitate abunde compensatam. Plura adhuc supersunt, sed ea alii occasioni reservo. Interim Vale ex animo, meque Tuo favore dignari perge.

Dabam Gedani d. 28 April 1746.

P. S. Eodem tempore, quo mea floruit Musa, etiam floruit pro prima vice Berolini, sed ut audivi mea longe inferior. Vale iterum.

Utanskrift:

Viro Illustri
D. D. Carolo Linnæo
Medicinæ et Botanices Professori
Regio in Academia Upsaliensi
Upsaliæ.

Linn. Soc., Vol. II: 161—162.

[1] Johan Claësson & Söner, grosshandelsfirma i Stockholm. Firman grundades af Johan (Jan) Claësson d. ä., född 1667, död 1747, som i densamma upptog fyra af sina söner, bland hvilka Johan (Jan) d. y., född 1704, död 1790, var den mest ansedde af släkten. Firman upphörde med dennes son Johan, född 1752, död 1793. (Enligt välvilligt meddelande af Dr. Carl Forsstrand.)

[2] Georg Andreas Helwing (se Afd. I: D. 4, s. 48, not 1), *Flora quasimodo-genita sive enumeratio aliquot plantarum indigenarum in Prussia* (Danzig 1712).

[3] Gabriel Rzaczynski, *Historia naturalis curiosa regni Poloniæ, magniducatus Litvaniæ, annexarumque provinciarum* (Sandomiriæ 1721).

218.

Viro Inclyto
Carolo Linnæo

s. d. pl.
I. P. Breynius

Quæ promisi Tibi semina exotica in litteris d. 28. Aprilis per viam Hamburgi ad Te datis et Regiæ Societati Scientiarum Svecicæ, ut jussisti, inscriptis, nunc demum exhibeo. Non dubito plurima apud Vos, si justa colantur, proditura cum in hortulo meo quædam jam prodierint. Addidi desideratam Floram Quasimodo-Genitam Helwingii, quæ, uti illo tempore vigebat, plures fere varietates, quam species continet. In juventute mea hunc libellum in gratiam potissimum Auctoris, Amici mei ad editionem promovi et præfatiunculam qualemcunque addidi.

Muscus ille, qui contra canis rabidi morsum commendatur pariter in plurimis nostris vicinis sylvis copiose reperitur et a me jam ante 30 annos observatus; Kleinio vero, qui editionem versionis Germanicæ Gedani procuravit, fuit, ut plurimæ aliæ plantæ indigenæ, ut ut vulgares, incognitus; hinc notulam illam pro profunda sua scientia Botanica adjecit.

Promissas Dissertationes Tuas Academicas ceteraque scripta Tua, quorum in ultimis litteris Tuis mentionem facis, prima data occasione expecto; mittes eadem cum litteris ad D^{os} Ioannem Claesson et Filium, Mercatores Holmiæ habitantes, qui eorum, ut ad me deferantur habebit curam.

Vale.
dabam Gedani
d. 5. maj. 1746.

Linn. Soc., Vol. II: 163—164.

219.

Seni Venerabili
JO: PHIL: BREYNIO
Botanico illustri

S. pl. d.
C. Linnæus

Accepi literas d: 28 aprilis exaratas, et gavisus sum.

Dira angina per 6 hebdomadas excruciatus convalesco, qui hanc æstatem numquam videre sperabam ante mensem.

Hodie depingo Limniam, novi generis plantam sinicam, sane cochleariæ, affinis Anacampserotis meæ, floribus Claytoniæ, miram et sine pari plantam, quam actis insero Stockholmensibus[1].

Flora Zeylanica a me absoluta est, intra duos vel tres menses eandem typographo tradam imprimendam; parva est, sed omnes species (exceptis 24) ad certa genera relatæ sunt.

post mensem habebo dissert. Acad. de Museo nobis dato a serenissimo principe, in qua pulchra habeo de serpentibus et earum veris notis ac characteribus et varios pulchellos pisces[2].

Fauna Suecica seu opusculum quod emisi de insectis sveticis ut et animalibus cæteris sueciæ nunc teritur apud nos omnium studiosorum manibus, et plurimos excitavit in desiderium insectorum.

Nullum tractatum Helwingii adhuc possideo, aliquot olim vidi, nullum vero adhuc comparare potui. de Ranzinski Parte posteriore scias eo, eo et tanto fore gratiorem, quo a me minus notus et numquam antea vel verbo aut nomine notus multo minus visus.

Tibi ex animo gratulor de florenti Musa; cum Gallia et Belgio has delicias amisi; nec de his amplius observationes instituere potui.

Accepi semina Musæ e capite b. spei; erant hæc magnitudine seminum Viciæ sativæ, rotunda, et fere orbiculata, parum trifariam compressa, tuberculis undique scabra basi excavata in hæmisphoerum e cujus centro stylus seu filamentum brevissimum, colore cinerea.

Quæ de Musa observari post impressam Musam Cliffortianam inseri Horto Cliffortiano p. 467. et 468.

Difficile respondetur ad Kleynii dubia; meum non est apologias scribere; vellem quod studiosus in dissert. hoc opus susciperet. p. e. negat Erinacem et Armadillos habere pilos; certe om-

nes quos ego vidi eos habent, licet non a tergo; urget quod pedes 4 quadrupedibus assignavi, cum et testudo lacerta, Nepa &c. idem habeant, nescius characterem comprehendere notas omnibus communes, licet non proprias.

p. 10. si Dnus Kleynius fuisset ex mea mente homo numquam hæc scripsisset, sed novisset et alias et se et hominis curtam supellectilem.

scandentes et incedentes pedes adduxi, ut evitarem novos artis terminos, quos ille faciat, usque dum dentium structura in omnibus a me fuerit sufficienter observata, tum omittam et pedes et mammas.

p. 12. Ferarum a me datus character ab eo male torquetur. non deberet ille vocari Kleynius, sed Magnus, si vim vocis intelligo.

p. 25. ludit vocabulo amphibiorum; ego Amphibia mea dico, quod duplicem agunt vitam, et cum et absque respiratione, ut serpentes ranæ &c. hyeme.

p. 30. credit serpentum numerum longe excedere quadrupedum classem, ego vero vix crederem dari in rerum natura 50 species Anguium; vidi Sebæ opus et Museum petropolitanum; sed novi quod seba unum eundemque serpentem vigesies depinxit diversissimis coloribus.

sed non sustineo plura hac vice de hisce nugis loqui.

Misimus Botanices studiosum in China, qui abiit ante dimidium annum [3].

Spero quod hac æstate excurrat alter Dnus Kalm ad Canadam, plantas lecturus pro horto academico; forte per hos ego aliquando accipiam quæ amicis mittere queam.

Quamprimum Holmiam pervenero ad Te mittam dissertationes et quotquot corradere possum tractatulos.

Vale, diu vivas sospes et me amare pergam[!]. dabam Upsaliæ 1746 d. 5. maji.

Utanskrift:

A Monsieur
Mons Io. Phil. Breynius
Docteur en Medecin
frijbref *Dantzig*
om nova litteraria

Sigill IV; rödt lack.

[1] *Limnia, en obekant vext beskrefven* (Stockholm, Vet.-Ak. Handl., 7, 1746, s. 130—134, pl. 5).

[2] *Museum Adolpho-Fridericianum*, resp. L. Balk 1746.

[3] Christopher Ternström, se Afd. I: D. 2, s. 34, not 1.

220.

Viro Illustri
I. P. BREYNIO

S. pl. d.
Carolus Linnæus.

ante dies 14 suavissimas literas Tuas habui d. 5 maji exaratas, una cum missis benevole libris pro quibus grates habeas maximas.

Pulcherrima et numerosa fuere semina, quæ proximo vere sata mihi quotodie Tuam memoriam revocabunt.

in Flora Quasimodogenita pulchra extat figura Pedicularis cujusdam, quæ apud nos Sceptrum Carolinum dicitur, et delineata habetur in Rudbeckii itinere Lapponico[1] Tabula 1. nec non in dissertatione Filii Rudbeckii de Sceptro Carolino[2].

Semen istud rarum quod quæris num e palmæ sit genere, est certissime semen *Huræ*, quod multoties habui.

Mitto ad Claesson fasciculum dissertationum mearum, quem rogo gratiose excipias plura alia vice.

Nunc paro Floram Zeylanicam, quam confeci ex ipsissimo Hermanni Herbario in Zeylona collecto, ad quod Museum Zeylanicum confectum est. omnes species refero ad certa et indubitata genera, hinc nullus dubito, quin Tibi placebit. Quæ enim Burmannus summo studio collegit, pulchra sunt, sed genera non ita indagare licuit, nec ipsi ad manus fuere plantæ ipsius Hermanni.

Vale Vir semper colende.

dabam Upsaliæ 1746. d: 16 Dec.

Utanskrift:

Viro Clarissimo
DD. I. P. Breynio
Medico Celeberrimo
frijbr. *Dantzig*
om botanique

Sigill IV; rödt lack.

[1] Olof Rudbeck d. y., *Nora Samolad sive Laponia illustrata* . . . (Upsalæ 1701).

[2] Johan Olof Rudbeck ventilerade 1731 under L. Robergs præsidium en *Dissertatio botanica de planta Sceptrum Carolinum.* Texten är författad af Linné.

221.

Illustri Viro
Carolo Linnæo
Botanicorum Principi

s. pl. d.
I. P. Breynius.

Litteræ Tuæ 5. Maji anni proxime elapsi ad me datæ et justo tempore mihi redditæ ingens sane mihi excitarunt gaudium. Quid enim gratius mihi nunciari potest, quam Te Vir Celeberrime, gravi et periculoso superato morbo, quæ Dei gratia, bene valere. Valeas itaq. in posterum et vivas felix per longissimam annorum seriem, ut telam tanto molimine et ardore feliciter exorsam, felicissime ad finem perducere possis.

Respondissem mox ad acceptissimas, nisi prius nuncium, Te meas 28. April. 1746. scriptas, cum addito fasciculo accepisse, expectassem. Sed frustra; donec tandem Tuæ d. 16. Decembris anni ejusdem ad me datæ mihi reddebantur. Quæ autem fuerit causa, cur mea tam diu latuerint, ignoro.

Interim gratias Tibi ago maximas pro novis, quæ Rem herbariam cæteramque Naturalem respiciunt et Te auctore potissimum apud Vos aguntur. doleo autem summopere, me pauca quædam hic Scriptorum Tuorum in Svecia editorum obiter inspexisse, pauciorum vero, immo fere nullorum me hic participem fieri potuisse. Quare ut promissum Scriptorum Tuorum fasciculum mihi primis navibus per Mercatores D^{os} Claesson mittas, etiam atque etiam rogo.

Gaudeo Tibi, Vir Illustris, et semina et transmissos Tractatulos non ingrata fuisse. Floram Quasimodo-genitam in gratiam potissimum Auctoris Amici mei, luci publicæ exposui; cujus me ferme jam poenitet; pro Genio enim illius temporis, tot Varietates fere continet, quot species, adeoque tanti non est momenti.

Pudet me semina Huræ me hactenus non novisse. Terræ plus semel commissa semina hæc, ut ut recentia, noluerunt progerminare.

Nunc a Te quantocyus expecto *ἀντίδωρον* Scriptorum Tuorum in Svecia impressorum et inter ea inprimis: Wahlbom Sponsalia plantarum, Naucler Hortus Upsalensis, Balk Musæum Adolpho-Fridericianum, Hol-

man [!] de Passiflora, NB Fougt de Coralliis Balthicis, de Amphibiis Gillenborgianis, de Peloria, de Ficu, de Betula nana, Flor. Zeylanica. &c &c.

Quæ simulac accepero, mittam Tibi promissam Historiæ Natur. Poloniæ Auctarium et desiderata a Te Helwingii Scripta.

Semina exotica hactenus anno labente accepi nulla, alias Te eorum participem facerem.

Vale et me amare perge.

dabam Gedani d. 10 Martii A! 1747.

Utanskrift:

A Monsieur Monsieur le Docteur Linnæus
Professeur en Medecine, et
Secretaire de la Societé Royale
a
Upsal.

Linn. Soc., Vol. II: 165–166.

BROWNE, PATRICK.

Född omkring 1720 på Irland, död därstädes 1790. Efter studier i Paris och i Leiden, där han blef medicine doktor 1743, ägnade han sig åt läkarepraktik och naturforskning i Vestindien. Han vistades först på Jamaica och utgaf som resultat af sina studier öfver denna ös naturhistoria det präktiga verket: *The civil and natural history of Jamaica* (London 1756).

Några bref i original från Linné till Browne äro f. n. icke kända

De i Brownes bref talrikt förekommande språkfelen har utgifvaren ej ansett sig behöfva särskildt utmärka.

222.

Illustri Viro Car. Linneo, Equiti Aurato
S. P. d.
Patr. Browne. M. D.

Vir Celeberrime Epistola quà nuper mihi indulsisti, altero die ad manus pervenit; et pro tantis Blanditiis, Amicorumque officiis quibus tam gratam, tam desideratam assecutus sum Amicitiam gratias reddo.

Iter Jamaicense satis quidem feliciter perfeci; et, ut ad classes vere naturales redigantur producta istius Insulæ, adhuc vel ignota, vel confuse

tantum descripta, Historiam Naturalem suscepi; quá a mineris ad vegetabilia, & inde ad animalia progredior. illas nova quidem methodo digessi, quæ in opere etiam imprimitur; sed vegetabile & animale regnum vestro tota fere disposita sunt. Characteresque, ubi vel novæ, vel imperfecte tantum antea traditæ, more Linneano recitantur; cum synonimis ex Spec. plan. H. Cli. flor. Zey.ª & Lap.ª flo.ª virg. Sloanei; Pet.ⁱ Plum.ⁱ Pluch.ⁱ Burm.ⁱ Catesb.ⁱ Fl. M.º et paucis aliis: hæc latine conscripta sunt; sed usus medici atque Mechanici cum Cultura & aliis variis, anglice impertiuntur; ita ut nostratibus etiam inserviet. impossib[il]e tamen est, ut ante mensem febru. insequentis anni publicè prodeat; et proximâ opportunitate sequenti, tibi exemplaria aliquot remittam; unum, si decet, societati Regiæ Upsaliensi. Plantas quidem multas Jamaicenses, ut et pisces etc., quamvis non optime præparatas, habeo; et nonnullas libenter tibi, data occasione, remittam; nam Museum nullum conficio; Hispaniam forte, Hiberniam patriam, vel alterutram Indiam, adhuc perlustraturus.

Species Plant. anno 1753 Holmiâ, ut et Nova Genera anno præterito impressa, cum omnibus aliis Illust. Lin. operibus quæ adhuc in Angliam importata sunt, habeo; Sed Museum Adolphi Fred. hic nundum innotescit, nam Bibliopolæ nostræ, Sordidissimæ quidem, vix tanti librum important donec mandatur. Puta tamen, omnia quæ vestri sunt, non solum mihi, Lin. Admiratori, sed omnibus Angliæ eruditis, paucis invidiosis immeritisque exceptis, gratissima fore.

Quod ad figuras pertinet, satis quidem est, quod Ehretii sunt fere omnes; qui sub oculis propriis et ad vivum omnia explevit; qualescunque quidem figuras bene delineat; et cum plantis fere omnibus in Anglia, vel sponte nascentibus vel importatis, methodoque vestro, admodum familiaris. Nuper publice dedit figuram Beureriæ — quæ Frutex corni foliis conjugatis &c. Cat. j. t. 46. Sed an satis recte florem olim inaccurate inspiciens, dubito. quidquid vero accurate examinanti occurrit, quam primum indicavero. Si quid de Balsamo, vel Cort. peruviano scribit Loeflingius queso impertias; nam adhuc mihi in dubio est, an non hæc sit Xylopicri species, cujus fructus ut et cortex tam blanda amaritate donatus est.

Permutationibus aliquot queso condonas; Spigeliam sub nomine Anthelmentiæ, tanta gaudet virtute, descripsi; Volkam[eriam] ad Clerodend. amanavi; Tamarindum, si licuit, lubenter ad Diadelphias, pertulerim; Bauhiniam, Hymenæam, Samidam, & Bombacem cum aliis ad proprias classes redegi; et Hirtellam ad Antidesm., inaccurate, retuli; quamvis distinctè inter triandrias collocata sit; plurimas imperfectas characteres absolvi, & plus, LXX, novas addidi.

Ter Vale Botanices Fautor Clarissime, & si quid de me velis, occasionem indices.

Londini 13^{e} Octo: 1755.

Utanskrift:

Celeberrimæ
Societati Regiæ Scientiarum Sueciæ
quæ in Upsaliâ
Upsal
in
Swedland.

Linn. Soc., Vol. II: 190—191.

223.

Illustri Viro
Car. Linneo, Equit. Aurato.
S. P. D.
Patr. Browne M. D.

Epistolæ 23. Decemb. ad manus dudum pervenerunt, sed tanta fuit historiæ naturali Jam.^{æ} finem imponere cura, ut sero tantum hoc gratitudinis testimonium tibi reddere possum: heri tandem divulgata est, et exemplar nomine vestro inscriptum Bibliopolis Osborne & Shipton misi; sed neque pecunias solvere volunt, nec suis inpensis transmittere. dicas cui tradendum est, et curabo ut cum illo Duo Alia eximplaria mittantur, alterum Regi, alterum Societati Upsaliensi; Interea si D. D. Brander, Mercator Svecicus, huc officium reddere vult, inquiram, et si gratum sit, primâ occasione mittentur; interim si exemplar Musei Regis, quod vehementer desiderem, exorandus sit, mittatur Collinsono adscriptum; nundum hic innotuit.

Nux myristica nundum in Americâ reperta fuit, sed Hernandiæ species Capsulis ovatis clausis, illo nomine divulgata fuit. crescit hæc in proventia Mediterranea, Guatimala dicta, non in Jamaica.

Beureriæ nomen ab Ehretio Basteriæ impositum est; carolinæ alumna hic in hortis floret. Stam. filamenta subulata pelvi Calicis inserta. Apicibus glandulosis obtusis. Antheræ laterales oblongæ. quid ultra cito tibi transmittam. An filamenta veri sunt hermaphroditi et Staminum et Styl^{m} officia absolvunt. de Cato-simis nihil in Catalogo Musei Sloanei reperitur; neque in Museo ipso videndus est. Anno præterito quidem

prædiit Ellis[1] opus de sertulariis quod 10. 6 p. venditur. nunc produnt tabæ a Millero promissæ, non admodum accuratæ. Ehretius, a quo Ehretiæ nomen a Trewio impositum fuit, edidit preter 12 tabulas splendidas et acuratas quidem, nuper alteram Beureriæ, satis accurate et pulchre depictam. Ehretia vero planta est americana Jamæ quidem, sed pentandra; specimen cum aliis nonnullis data occasione transmittam.

fructus Volkameriæ idem est, quem in Characteribus Clerodendri describis: Bacca &c.

Hymenææ Stamina distincta sunt, sed filamenta Bauhiniæ Americæ coalita; Bombacis vero tantum quinque & malvacea. &c. &c. &c.

Vale Vir Celeberrime & perge me amare.

Londini 11 Mart. 1756.

Utanskrift:

Celeberrimo Societati Regiæ Scientiarum Sueciæ
quæ Upsalia est
Upsal in
Swedland.

Linn. Soc., Vol. II: 192—193.

[1] John Ellis, se denna del s. 103, not 8.

224.

I never coveted any Book, I know not by what Instinct, with more ardour desire than yours; at length I understood that an English Gentleman residing at Stockholm had got it; I intreated him to lend it me for a fortnight, and obtained it. I spent day and Night in reading it through, I read it over, but never enough and returnd it. Good God how was I transported with desire of a book infinetly to be commended. Two things I particularly observed therein which I have not met with in other Authors. The first was the Authors most honest Candour and human disposition; who is not sharp upon any, severe to non, nor enveighs against others, as now the Custom amongst the vulgar herd of Authors, but condidly inculcates his own observations without taxing others, because the could not see thesse things the wished to inspect, but not in theire power. The other thing I noted was the writers perspicuity, who has set forth his plants so correctly and so exactly to the Life, that I could see as it were the very

plants themselves before me; not did I discern any thing to be wanting which might tend to the Illustration thereof.

I was surprized to see many more new Genera, than any other in this Age has propounded and constructed.

The most evident of which, whereof I was fully satisfied; I have taken out and adopted: as *Camocladea*, *Moniera*, *spathæ*, your *Scurrula*, *Amyris*, *Weinmannia*, your *Volkameria*, *Erythroxylum*, *Xylopicrum*, *Elisia*, *Stemodiacra*, *Zigia*, *Canella*, *Blakea*, *Cedrela*, *Omphalandra*, *Pharus*, *Trophis*, *Batis*, *Iresine*, Calycanthus or the Beureria of Ehret, Gigalobium, etc.

Thosse which seemed more intricate to me because I could not inspect them, were the following.

Cladium, Lygostema, Petesia, Coccocipsilum, Sicelium, Catonia, Crossopetalum; Lisianthius, Psycotrophum, Chiococca, Portlandia, Erithalis, Macrocnemum, Butneria, Metopium, Sarcomphalus, Dodonæa, Hypelate, Melicoccus, Melanium, Barbilus, Cuphæa, Trichogamila etc.

Perhaps if I were to see them, they would become equally perspicous to me.

Some of them I had a notion might be referred to other Genera?

Achimenes — Columnea certain.
Irsiola — — — Cissus?
Coreta — — — Corchorus?
Ireon — — — Sauvagesia certain
Xantoxylum — Aralia
Halesia — — — Guetharda certain,
Acisanthera — — Rhexia?
Melanium, Parsonsia, Cuphæa } Lythrum?
Buceros — — — Rhizophora?
Trichilia — — — Melia
Collicoccus, Ehretia, Bevreria, Gerascanthus, Varronia, Metopium } Cordia arborescens, with alternate leaves, a forted Style — and two cell'd seed.
Portlandia an Rondeletia?

I may perhaps be mistaken in several, but thus I guess at first sight, of Plants I have not seen. I was no less pleased with your Animals, they are all curious and surprising, but my time was not sufficient to analyse them all though I picked out several.

I doubt if any other Reader can peruse this work of your with with greater delight and admiration Every thing you have noted concerning the obscure Characters of the American Plants, and which were never to be learned before but from Plumiers observations; I have corrected in my book, that whenever it is reprinted, you will see I have carefully followed your instructions.

I would give any thing could I one day or other be with you, too see your dried Plants, and to give the all a nice Inspection and therough examination.

But since thesse Wishes of mine are in vain, I earnestly beg the Favour of you to spare me a dried Specimen of those you have in greater plenty.

What you have delivered concerning the spigelia aigainst worms, is very wonderfull, since the like never was met with in the medical art; for which alone you ough to be honoured with a Golden Statue.

C. Linnæus Eq:

Upsal 19: th. 8. br.
1756.

Linn. Soc., Vol. IX: 206 a-b. Originalet är okändt. Öfversättningen möjligen gjord af PHIL. MILLER.

225.

Illustri nobilique Viro
Caro: LINNÆO Equ. Aurato
S. pl. d.
P. Browne.

Sex nunc elapsæ sunt menses, Vir Celeberrime, quo exemplare nomini tuo inscriptum, cum binis aliis, in Holandiam transmisi, ut quam primum tibi tute mitterentur, per D. Rey. Bibliop. Amstelodamens. qui in Suesia sepe commercium agit: Sed nolui, donec Beureriæ Ehretii Characteres tibi mittere potuissem, quid scribere. Exemplare alterum Regi

vestro gratum reddas, & me tibi obstrictum maxime habebis; alterum societati Regiæ Upsal. dicavi.

Plantæ omnes quas in Insula Jamaicæ collegi, cum reliquis vel mineralis vel animalis regni, aput Bibliopolam Millan White-hall nunc venales prostant; priores quatuor vel quinque Guineis; sed sine ordine vel Elegantia sex Volum. et Chartis aliquot non sutis, preservantur; posteriores vero tribus guineis estimantur.

Iterim, Vir Clarissime, Insulas Americanas brevi visiturus sum, et in Mountserat & S^{ti} Croix per menses aliquot morabor: & si quid novum invenire possum, cito tibi observatiuncules communicabo per Daniam vel Holandiam, & si quandoque Epistolâ me forte digneris, adscribantur (in S^{ta} Croix) et mittantur per Copen-hagen.

Beureriæ Characteres
e recenti Specimine desumptæ.

Beureria fruticosa, ramulis teretibus, foliis subrotundis, — subtus subvillosis oppositis. Eh. T.

Basteria Milleri. Act. Ang.

Cal. periant. monophyllum urceolatum squarrosum; foliolis lanceolatis, inferioribus minoribus et rarioribus; inde ad marginem sensim ampliatis; interioribus (si quæ adsunt, quæ tamen e Stam. luxuriantibus fiunt) brevioribus, coloratis, petala mentientibus, calice triplo longioribus. Corolla alia nulla.

Stam. filamenta numerosa, brevia, compressa, latiuscula, centrum versus arcuata, superne attenuata, apicibus oblongis, glandulosis, retroflexis. Antheræ oblongæ majores, lateribus exterioribus Staminum adnatis, et triis paulo latioribus.

Pist. periantium ficiforme, squarrosum, crassum et succulentum, ex ipsa fauce emittit Stylos plurimos, interiores gradatim minores. Stigmata parva glandulosa apicibus staminum similima.

Peri. Calix in Capsulam succulentam consimilem abire videtur.

Semina plura ovata, caudata, subhirsuta, parieti Calicis inserta.

Obs. Seminum rudimenta Stylis majus inferne sita sunt, et caudis teretibus ad faciem porrectis instructa.

Vale Botanices fautor excellentissime, & amicicià, ut facis, perge me favere.

Londini. 23.° Octob. 1756.

Utanskrift:

Cel.æ
Societati Regiæ Scientiarum Suesiæ
quæ Upsaliâ
Upsal in
Swedland.

226.

Illustri nobilique Viro
CAR: LINNÆO Eq. aur.
S. pl. d.
P. Browne.

Gratissimas tuas 19 Oct. & 16 Novemb. datas altero die simul accepi, & pro blanditiis Amiciciaque tua gratam animam reddo.

Antequam de plantis quid dicam, notandum est characteres omnes a me datos, (unico excepto) vel e plantis vivis adhuc in campis, vel intra 24 horas (ubi plura reperta sunt) desumtis oculoque armato observari, etiam in maximis. Et cum nullos hortos siccos unquam videbam; nec vivos, parisino excepto, et quod memoria me sepe fefellit, per totum Generibus tuis me regebam; cumque partes omnes floris satis accurate conveniebant cum characteribus tuis, sub illo nomine plantam devote locavi; ubi differentia ulla visa est, si parva, (?) apposui; si parte quadam vero essentiali differebat, illam novo nomine insignivi.

Nihil nunc dicam de plantis, quibus nullum tibi dubium est, quamvis multa alia addere te posse opinor. queso tamen, sinas Beureriæ nomen remanere Calicantho tuo; Ehretius illam nuper optime delineavit, sculpsitque, et quotidie de re Botanica optime meritus est; fuitque illi Beurerus vere Mecenas in rebus Botanicis. De illis vero quæ ad alia amandari posse putas singulatim. *Achimenes* 1ª Sp. est certe Columna Sp. pl. descripta; sed tubus floris basi hinc gibbus (non ventricosus), Stamina, recta assurgentia equalia & antheræ aglutinatæ horisontaliter supra stigmatem positæ sunt. Labiumque superius floris rectum bifidum. essentia floris in nectario & antherarum Dispositione videtur, unde alteram adjeci speciem figura floris diversissimam. Nulla *Irziolæ* spec. convenit cum Cisso tuo Sp. pl. *Coreta* si hæc ad Corchorum referri potest, dubito. huic deest Calix semper, & Stam. tantum quatuor sunt, nec conveniunt capsulæ. *Ireon* an Sauvagea dubito. non omnimodo conveniunt sp. & nec ullum datur certe nectarium in flore hujus. petala plicata vel leniter sunt fimbriata ad marginem. *Zantoxylum* est certe Species Zantoxyli tui. *Halesia* guetarda est certe. fructum perfectum non vidi: Sed genetalia perfecta (etiam Stigma) hermaphroditum indicare videntur. *Acisantheram* Rhexiam esse opinor. Stamina tamen 10 obseruavi, quod, cum situ eorum declinato huic classi peculiare esse videtur. *Melanium*, *Parsontiam* et *Cuphiam* ad Lytrum amandare potes,

nisi vetant Staminum Numerus, Calicis Striæ & divisuræ capsularumque loculamenta singularia. quomodo Buceram ad Rhizophoros referrri potest non video. centies examinavi; defectus floris, Staminum dispositio, Calicis figura, fructusque vetant; nec corpus illud cornuforme fructus est e Calice germinans, uti in Rhizoporis, Sed Calix ipse elongatus et in hanc figuram monstrosam productus. *Trichelia.* vetatne fructificatio quin ad Meliam referri possit? cetera tamen satis conveniunt. Ad *Cordiam* optime referri possunt et *Collococcus* et *Gerascantus* nisi vetat Stam. numerus quinarius. essentia fructificationis constat in Stylo quadribrachiato, naucoque quadriloculari; quamvis sepe abortit semen unum vel alterum, quandoque tria. Sed an *Varronia* huic amandari potest maxime dubito. Singularis est Structura Stigmatum, a Stylo quidem satis diversa, ideoque illa huic incidere dixi: differt etiam fructificatio, & plura floris partes. *Ehretia* vero & *Beureria* mea, quæ optime ad *Ehretiam* referri potest, nisi vetant Nucleorum numerus vel loculamenta, sui generis esse credo. Stigma leniter bifidum, obtusum, nucleorumque dispositio, characteres sunt satis distinctæ et essentiales, quamvis Stamina inferne tubo adnata sunt. *Metopium* vero, natura, habitus plantæ, characteres distinctissimæ, omnia, peculiare genus indicant. *Portlandiam* ad *Rondeletiam* referri vetant omnia, presertim Stigmatis et Antherarum figura et dispositio, nec tua convenit facies Sp. pl. Campanulis propius accedit quamvis ab his etiam satis distincta est.

Quid de obscurioribus dicam? *Cladium* ad Cyperos foliis accedit, culmus tamen nodosus, ut in graminibus. cetera, ut in flore visa sint descripta invenis. pro flore lege: gluma Corollæ. Lygistum. *Lygostema* in Epistola tua. Lege. Tab. 3. f. 3. lege. etiam calix quadricrenatus. an ad Didynamias referri potest? Ob Stigmata illam in hac classe dedi. *Petesia.* plantam hanc inter Specimina sicca inveni, ideoque a sicca desumuntur characteres. vid. Tab. 2. folia (ni memoria me fallit) in aliis ternata, in aliis opposita sunt. *Coccochipsilum* secundum naturam descriptum invenis. habitu ad Ruellias accedit; pericarp. lege pars infima Calicis pregnans abit in capsulam mollem, succulentam (an bacatam dici debet?) cerulei coloris, laciniis calicis coronatam. vide figuram. De *Crossopetalo* lege Tab. 17. f. 1. ubi ad naturam depingitur. *Sicelium.* hujus plantæ characteres in Silvis scripsi, sed habitum & faciem plantæ ceteraque omnino oblitus sum. *Catonia.* planta fruticosa habitu ad Rhamnum accedens, ad altitudinem 3^{m} vel 4^{r} pedum assurgens. *Lysianthius.* (Lege Carinis subalatis) ad naturam depingitur Tab. 9. (1^{a} & 2^{a}). *Psycotrophum* ad Coffeam proxime accedunt Species fere omnes. Sed arilla differt, ut et pericarpium quod in hac a Calice germine pregnante fit.

Chiococca satis tibi nota est inter Pittonias authorum cum quibus male huc usque confundebatur. Characteres e recenti planta desumptos ad naturam dedi. Corolla cito caduca, ideoque quam raro observatur. radix gustu et virtute *senekam* emulat: folia opposita pars posterior Calicis (germine pregnans) abit in baccam &c dentibus calicis coronatam &c. Nomen anglico, & Structuræ pulpa convenit. 2^{am} Spe. potius variationem sensio. *Eritalis* altera frutex, altera arbusta; sed habitu satis similes. post Cor. lege (Lacinias), basim. Macrochnemum. nihil de habitu plantæ reminiscor. *Butneria* pericarp. lege. Calix pregnans abit &c Laciniis calicis coronatum &c. Cetera accurata sunt. Arbor est mediocris altitudinis et staturæ; cetera ut in Hist. satis communis in parte N. W. Jamaicæ. *Sarcomphalus.* Arbor est satis procera, ligno fusco duro. &c satis accurate descripta sunt, e recenti Specimine desumpta. sub pede arboris. *Dodonea.* an ad Sapindum referri potest. characteres sub pede arboris scripsi, sed nunc cetera oblitus sum. *Hypelate*; arbusta; fructum perfectum non vidi. an Dioica? — *Amyris* Characteres a 1 et 2 specie desumuntur, an tertia conveniunt non satis certus sum. *Melicoccus.* lege. Stigma excavatum &c. cetera ad naturam tradita sunt. fig. hab. aput Pluck. Surinamia locus natalis est, sed in Jamaicam nuper adlatus fuit, ubi nunc crescit, flores fructusque fert. *Barbilus.* sic visa sunt . . .[1] per totam plantam expresse rescisam. flores plus 100 examinavi . . .[1] unam tantum Arborem hujus Speciei visus sum per totam Insulam; ad Trichilias proxime accedere videbatur facie & habitu; sed Stamina distincta fuere. *Trichogamila.* fruticosa esse videtur. surgit, caule indiviso, ad altitudinem 3^{m} vel 4^{r} pedum; folia crassa et subrotunda, fere orbiculata sunt, alterna, et per superiorem caulis partem regulariter posita. nascitur in arena sicca a mare maxime agitata dudum rejecta: Characteres a planta nascente in loco natali desumta sunt. — De characteribus Lauri, 4^{a} Spe.^{ie} non certus sum.

Queritur? an Chrysophyllum ad Achras referri potest? Indicant lactescentia arborum; fructus analogia, seminum sicatrix; et alia. Nonne Classis 21. 22. & 23 majus naturalis si inter ceteras distributa fuissent. Sic. *Monandria Monogynia*, &c *Monandria Monoica; Monandria Dioica* &c; *Monandria* poligamia &c. & sic de ceteris. Roganti impertias oro. Vale, Vir dilectissime, et perge, ut facis me amare. Londini 24. Decemb. 1756.

P. S. nihil ultra de obscurioribus nunc dicere possum; sed cum verbis modoque scribendi meo (latine scribendo non assuetus) paulo assuetus eris; spero omnia tibi majus obvia devenire. Si quæ tamen remanent obscura, indices, et quid. & cum in Americam calidiorem re-

vertor; ubi desunt Specimina perfecta, forte plantas recentes iterum viderem. Quando me Epistolâ donare volueris, mittatur, oro curâ D. Rene Iselin & Socior. Codania mihi in insula S^tæ Crucis superscriptas.

Adivi bibliopolam Millan, qui promisit plantas omnes retinere per tres adhuc menses, et pro 5 guiniis omnes tradere nec minus sed dubito si dimidiam partem valent nam male quidem curatæ fuere fere omnes namque confusas illus habet tribus voluminibus; quotque fuere, non reminiscor. Sed omnes tradere promisit si illas habere animus est.

Exemplare alterum tibi remittam ex Insula S^tæ Crucis, cum notis et emendationibus variis, presertim circa characteres obscuriores, in margine, pro quibus tamen nunc deest tempus, cum navem intra 14 dies ascendere animus est. Si plantas habere vis pecunias remittas Ehretio, rogasque ut illas videret, nam plantis siccis plurimum assuetus est, dicetque candide quanti valent, vel cura Collinsoni illas mandas, omnes rite compactas tradere promisit cuiqunque a te venienti.[2]

Si Museum regis &c mihi obtinere potes, mittatur Copenhagen cura & rogas ut mihi in S^ta Croix quam primum mittatur

Utanskrift:

Celeberrimæ
Societati Regiæ Scientiarum Sueciæ
Upsaliâ
Swedland.

Linn. Soc., Vol. II: 196—197.

[1] Något ställe af brefvet här bortrifvet.

[2] Brownes Jamaikaväxter inköptes af Linné genom Collinson 1758 för en summa af £ 8 8 s. Linnés glädje öfver detta förvärf var mycket stor. Så skrifver Linné till sin vän Abr. Bäck den 18 Juli 1758: »Änteligen har jag fått Dr Brownes Herbarium jamaicense, som jag så länge wäntat, och består af mer än 1000 rare wäxter; kan ej nog undra, at alla Engelsmänner låta en så förträffelig americanisk sambling af de raraste örter gå ur sitt land för 100 plåtar.»

227.

Illustri Viro
CAROLO LINNÆO Eq. Aur.
S. P. D.
P. Browne.

In Americam iterim translatus post paucos dies in Insula (Antiguâ) lapsos hanc Insulam adveni, ubi plurimas quotidie notare licet raras plantas, & nonnullas quidem huc usque non descriptas, quamvis vigesimam Insulæ partem adhuc non videre licuit; Guidonia plum. hic floret,

floretque et altera Species hujus Generis, heri ambas observare licuit. floretque et altera Erotroxyli (mei) species. floret Zanonia Spinosa, triandra, corollis trifidis (An Zano. plum. libri preter Systematem nec quid aliud adhuc hic mihi adlati sunt.) florent plura nova (floret Prockia a Barone von Prock Gubernatore hujus Insulæ amicissimo).

Prockia frutescens ramulis teretibus, foliis cordatis serratis, floribus terminalibus.

Periant. Calix triphyllus, foliolis ovatis acuminatis, in junioribus conniventibus, etate reflectentibus.

Corolla nulla. Stam. filamenta, plurima, erecto-patentia, calice longiora, antheræ rotundo-cordatæ. pist. germen subrotundum subquinquelobum, Stylus simplex longitudine Stam. Stigma obtusiusculum sublobatum.

Peric. Drupa videtur, vel Bacca, Nauco quinqueloculari polyspermo, referto.

N. B. ad Incisuras 2 calicis, lacinulæ totidem lineares aliquando sed raro reperiuntur, tuncque Calix pentaphyllus inequalis dici potest.

floret Verbesina? receptaculo florum hermaphroditorum nudo (femineis distinctis) florent plurima alia non descripta. dicas cujus curæ remittere possim specimina plura quæ tibi preparare volo (a Copenhagen) remittas oro (si potes) Museum regis Adolphi cura Dom^{m} René & Joselin, ut hic mihi mittatur, nihil nunc amplius scribere possum, mihi desunt libri, mea omnia adhuc in Antigua manent; Sed hic mor[ar]i volo donec ultimam plantam videram. Floram S^{tæ} Crucis forte daturus per annos aliquot (si vixero) permansurus. floret planta? floribus aliis femineis aliis masculinis. calix (in utraque) pentaphyllus foliolis oblongis angustis. Corolla (in M. pentapettala calice brevior) in femineis, nulla. Stam. (in M.) 5 erecto-patula, Antheræ cordatæ. germen abort. Stylus brevis Stigma majusculum. pist. (in fem.) germen subrotundum 3lobum Styli tres breves, Stigmata ramosa lacera. per. cap. 3locularis. 3spermis. fruticans tenue, foliis oblongo-ovalibus subhirsutis.

in Ins^{a} S^{ta} Croix
Juni the 26th 1757.

tam rudi Epistolâ queso condones.

Utanskrift:

Illustri
Societati Regiæ Scientiarum Suetiæ
quæ Upsaliâ
Swedland.

228.

Honorable Sir,

The Pleasure I formerly enjoyed in a Correspondence with you has been for a series of years past interrupted, by more wordly views; in a word I maried & the cares of life grew so strong upon me that I could not spare time for any researches in Natural History, in hopes every year of compleating a modicum that would mentain me genteelly & independent then to reassume my favorite task. But alass the best projected scames sometimes abort & a Villain has disconcerted mine. I live'd many years happily at S^{t} Croix in as much business as I could go thro & seldom laid by less than 3, or, 4 thous^{d} ps S. per annum untell one Juhl a Villain under the title of Judge had under the Cloak of friendship gott acquainted with my wife & debauched her, as well as some others of different families. This oblidged me to leave that Country & her together; the Danes there are the most vile wreaches I have ever known & generally combine to keep every foreigner from justice. I am now in Mountserat a neibouring Island in the English government where there is a Sulphureous Mountain constantly discharging its contents thro many springs & crevases by water & fumes; the former some clear & hot depositing a quantity of Sulpher lincked with spar & I think Iron; Sometimes the water is of a black-blue colour & equally hot depo[si]ting a light substance of the same colour; which burns also; having the same or a like c. mort. but this is mixed with a little *Alumen plumosum,* or at least something resembling it appears in the Cracks when the crust dries upon the stones that are taken out of the hot water. The Mountains here are very high & generally moist which makes it the most certain & best bed for vegetables of any I know & indeed it has a number of very curious ones, which I shall take the liberty to trouble you with soon. I have not one book of yours by me, so that I must be at a loss what to write to you till I can gett them. I left many curious Descriptions in S^{t} Croix which if I receive I shall one day send you. In this Island growes the Mathola? One of your imperfects, a weakly shrub or shrubby climber with leave so rough as to polish Ivory, it is a very handsome flowering shrub. Description of the flower is this.

Calix: tubus brevis parvus campanulatus subcoloratus fauce fimbriato subclausus limbus in lacinias 5. lanceolatas patentes longas lete cæruleas ad faucem divisus. Corolla monopetala, tubus brevis angustus stricte germen involvens. Limbus patulus quinquepartitus quasilabiatus, fauce coloratus subhirsutus albidus, laciniis subrotundis subequalibus medio inferiore paulo majori basi colorato prominulo pulchre e purpureo cerulescens. Stam. fi[l]amenta 4^{r} brevia versus faucem floris sub labio superiore porrecta, Antheræ subrotundæ in fauce. Germen obverse conicum. Stilus longitudine tubi floris. Stigma obtusum in fauce floris. pericarp. e germine videtur capsula bilocularis bispermis?

There is another curious little plant here w.^{h} at first sight I took for the countess *Linnea* But on Examination have concluded it otherways. Inc[l]osed I send you a perfect specimen & some of the former flowers not well preserved for I have not yet so much as browen-paper books for this purpose. but least any change should happen in the specimen I send you, I take the liberty of sending the Description whith it. But it some times rises above a foot in height in Shady places & is cheefly found about the Sulphur & at the foot of the mountain.

Sauvagesia foliis oblongis nitidis serrato-dentatis, basi stipulis ciliatis ornatis.

Calix pentaphyllus patens, foliolis lanceolatis basi tumidis post lapsum floris erectis, capsulam complexantibus. Corolla duplex, exterior pentaphilla patens petalis ovatis utrinque acutis. Interior pentaphylla erecta, petalis angustis lanceolatis stricte genetalia involventibus. Nectaria filamenta numerosa parva antheris parvis albidis ornata corollam interiorem singunt undique. Stam. filamenta brevia quinque, antheris longiusculis majoribus erecta intra corollam interiorem. Pist. germen ovatum, stilus brevis simplex longitudine fere antherarum Stigma simplex. pericarp. capsula ovata unilocularis, 3bus striis interne notata, quibus affiguntur semina plura rotunda subrugosa.

I have many other things to send you but as my papers are not yet come up nor meself settled to any satisfaction, I cant write more. Excuse my writing in English, I have reason to think you know it sufficiently & it is vastly more convenient to me now to do so. I would be much oblidged to you for a sett of your Systema, species & genera plant. and some acct of any new or uncommun observations you might have made in the Materia Medica. here we use James powders in smaller doses with great success in the irregular remittants after bleeding, it is the Crocus Metalorum reduced to a calx with a certain quantity

of nitre. the root of the Chiococca is an excell^{t} attenuant & the Bark of the root of the Breinia a faimd diuretic.

I remain D^{r} Sir

Your most obed.^{t} humble servt & admirer
Pattr. Browne

May the 24th 1765
Mountserat

Utanskrift:

Illustri nobiliq^{e} Domino
D^{o}. Carol^{o}. Linnæo
Comiti van Line &c &c
Upsaliis
in Sweadland

To the care of
M^{r} W^{m} Chapingdale
Merch^{t} in Copenhagen.

Linn. Soc., Vol. II: 200—201.

229.

Dear Sir

Just now I received your favor of the 21 Jany for w^{h} I am greatly oblidged. I find I forgot to give you my address, but you have hit on a very good one, every letter or parcell you are pleased to send to M^{r} W^{m} Chippendale merc^{t} in Copenhagen, for me, will be taken great care of & come certainly to hand. When last I wrote to you, I had not one book of yours or my own here. otherways would not have blundered so much & it is but within these 2 hours y^{t} I rec^{d} your Genera & Species from St Croix, the old Editions only have I seen, I am satisfyed of the *Petrea* & you may depend y^{t} the last description I sent you of the Sauvagesia is just & natural I do believe y^{t} in my history of Jam^{a} to be from a dry specimen & not so just, for I remember y^{t} & one or two more to have escaped an examination in the fresh State I can not recolect to have yet seen anything like the Mathiola or Brossea of Plumier, unless a species of my Halesia a small tree with a crimson berry w^{h} by its fine down realy does seem very like velvet. it grows in S^{t} Croix. I have the descriptions of some curious plants y^{t} grow there w^{h} I will get ready to send you with some plants of this island

by the next years ships, please god to allow me health; I wish for your new works much. you think very naturally that my Trophis & the Bucephalon of plumier are the same plants, it is very probable but I have no certainty of it. it is a very kindly wholesome plant the berry^{s} are sweet and pleasant, & the leaves much coveted by horses & most kind of cattle. As to Insect we have but very few here & not above 4 or 5 kinds of birds. but I do think I shall send you yet from here some very rare plants. here we have a sulphur & iron mine w^{h} supplyes with hot waters every where at the source the water is boyling hot & very black, charged with a light black substance w^{h} sticks to the stones in the strome w^{h} examined is nothing but sulphur & particles of iron, & exposed for some time under cover shorts out salts of steel; in other holes nothing exhales but sulphur in hot steams & the air, every where about is charged with these & the vitriolic acid here every thing is bare, but the woods about very green & produce in particular two plants w^{h} I have not seen before. te shrub seldom rises above 3 feet & the flower spikes are commonly double.

Calix parvus quadriphyllus coloratus. Corolla 4dripetala calice triplo major. Stam. filamenta 8to corolla duplo longiora, erecta, antheris rotundis germen oblongum bisulcatum, stili duo breviores. stigmata obtusiuscula simplicia, capsula bilocularis oblonga polisperma. and another plant that grows perfectly like a small Iris but I cant make the flowers out. I send you but little of this for fear of spoiling the specimen which I intend for you next year, viz. the small rootleef & a small sprig of the flowertop. — There is a small reclining plant also common here w^{h} I cant make out among your genera, it is of the Angiospermata. Stam. filamenta 4^{r} quorum duo longiora e macula in fauce labii inferioris oriuntur, recurvantur in arcum divaricatum, & resurgunt sub labio superiori, ubi Antheræ oblongæ adnascuntur. duo vero breviora. Stam. lateraliter oriuntur e parti superiore tubi, ulterius surgunt & antheras sub labio superiori jungunt. pericarp. capsula oblongo-acuminata unilocularis, Sem^{a} plurima.

I must conclude. & remain D^{r} Sir

Your very obed^{t} serv^{t}

Mountserrat Juni 1. 1766. Pattr Browne

P. S. Petrea. Semen unicum amigdalinæ substantiæ cute tenui tectum fundo calicis inclusum.

Utanskrift:

Illustri Nobilique Domino
Dº Carolo Linné
Comiti van Line

Upsalio
Svecia.

Linn. Soc., Vol. II: 203—204.

[1] yt = that.

230.

Dublin
Ireland Septr 7th 1770.

Dr Sir

It is now some years since I had the pleasure of hearing from you; I have been of late years much afflicted with the Gout & since then I have been bussy in making some provision for the latter part of life, untill then unthought of, & some other incidents have also helpt to engage my attension. I am now however returned to this Kingdom, my native country, where I hope to pass the remainder of my days, & what gives me the more pleasure, is, that I am so much nearer, which gives me hopes of hearing the oftener from you. I have been already a considerable distance thro the country, & have seen only 2 plants that I could not recolect any thing of, & one a species of Anthericum, growing frequent in our bogs. the other intirely unknown to me, five petals, laping somewhat like the mallows with a calix; the Stam. five & having the germen globose, simple Stile & Stigma, & many small seeds. the plant grows thick in patches, & bears many flowers, but the stalks seldom exceed 3 Inches, bear small roundish leaves, & opposite from whose alæ towards the top they emit single flowers. —

I do intend this winter to write a small tract on the venereal Disease & new model the practice in that disorder in most cases. I have on repeated tryals found that crude mercury mixes with rubarb perfectly (the true belost's pill) & many other vegitable substances, with the admixture only of a little water which laid me to some discoveries that may be very usefull to mankind. & therefore intend give them to the public while I cant with a short acc. of the Yaws. The last edition

of your works is not to be had in this Kingdom & if you could find mains to send me a sett of your Systema Genera & Species by any vessell from Stockholm I would be greatly oblidged to you, To the care of Anth^{y} Dermot Esq^{r} merch^{t} in Dublin, as you may direct for meself, untill I am a little better settled, to give you more particular directions. I have not mixt among the learned here yet, not being long enough in the country, but I am afraid they are very few in number. I shall make it my business soon to inquire for some of the merchants that trade from here to Stockholm, so as to be in a way of communicating more freely with you. Adieu.

I remain D^{r} Sir
Your most oblidged & obed^{t}
humble serv^{t}
Pattr Browne

Utanskrift:
Illustri Viro
D. D. Carolo Linnæo, Equiti Aurato
Upsaliis
Suedia.

Linn. Soc., Vol. II: 205—206.

231.

Dublin Feb. 24th 1771.

Illustrious Sir

It is now some years since I heared from you, your last favour I rec^{d} at Mountserat, but I returned to this my nation country. Some months gone I made it my business to write to you very soon after. I do suppose my letter has miscarried. I have drawn this winter the outlines of a *flora hibernica* w^{h} if I can get some person to assist in colecting from the remots parts, w^{h} however I intend to visite in person, may some day see the light. I was surprised to see your last Lysimachia so placed; the filaments are pairy & the capsule opens horisontally. I have not had any glasses to examine the inward form of the capsule & from what I had observed I ranged it amoung the Anagallis: I proceed first to range what I have seen in a long journey I have taken thro the country & all the plants that are mentioned by

our little authors & Ray^{s} according to your System. In my last I think I mentioned to you something of a new method of treating the pox, I have used the method with extra succes & I do think it bids fair for extirpating y^{t} disease from the number of our miseries. I have found that crude mercury joyns perfectly with rubarb by trituration & a little water, this undoubtedly was belost^{s} genuin pills. I have also tryed it with other vegetable substances & amoung others with sarsaparilla in powder mercur pars 1. pulv. partes tres which triturated with a little water extinguishes the mercury admirably & this given in a moderate dose *bis die* soon roots out every symptom of that disease without salivation or purgation, the patient in mild weather walking the street. however I think it necessary to assist it where there are local complaints, obstructions of the uretra with bugies chankres by warm water to every ounce of w^{h} I order 7, to 10 drops of a solution of one drachme of corrosive sublimate in an ounce of *Spir. vini rectific.* & a little lint dipt in this clainses them in 3 or 4 days & soon after hails them. the same used as a lotion & injection after suspitious commerce often prevents infection. & the least touch of aqua fortis in w^{h} mercury is disolved *ad saturationem* wastes or carries of warts & ficus's.

The same method cures the yaws effectually, but no other mercurial course does the same.

During my absence last to America the plates of the civil & natural H^{y} of Jamaica were lost in the large fire of London at M^{r} Kirwans & there is not another copy to be had if there be not a few in the hands of Hildiard of York. If I can get one I will send you my owne in w^{h} I have made some emendations as to the imperfects and a few additions, but the titlepage is lost by toping so often from one place to another. I would request a set of yours, those I have had are lost in America & some left with young mr van Rohen in S^{ta} Croix. So that I want almost all especially as you mention to me in your last that you gave another edition of the species & genera mine are the old edition. & if you could ad the *museum fredericanum* I would be infinitely oblidged to you. there are frequent opportunities from Stockholm hither in the summer & any commands for me, you may put into the hands of *M^{r} Patrick* at *Robert Finleys* Esqr in Stockholm, whose mother lives in business in this city; or otherways direct it for me, to the care of Anthony Dermot Esqr merch^{t} Dublin, for fear I should be in the country, when you write. The plants of Europe at present are strange to me I am oblidged to examin the flowers of every one before I know the most common. I do not know if our arbutus be the unedo. the flower

bunch reflects downwords from amoung the leaves in this as if willing to make a more conspicuous figuire. is it so in the unedo? what passes here for the filago or gnaphalium ans^{rs} the characters of the Chrisocoma perfectly, but it is full of cotton & white. when I have an opportunity of writing you by some ship I will send you what specimens I may be doubtfull in & hope for your friendly assistance. I have not yet seen what they call the malva arborea, have you examined it?

Smith in his country of waterford mentions a marine sensitive plant. it is surely a Zoophite. in Mountserat we have one frequent like the animal flower of Hughs. there are small slender flexile tubes raising from the rocks in the water, at the end of w^{h} you see a pencell of rays of different colours in the form of a funnell in various motion. if you put the hand or stick near them they retract & if you take the stem, you find it empty. by braking of fragments of the rockes I found it was an animale like a common earth worm all to the end that is divided into a number of tentaculæ. sharp pointed of the other end & flatish. we have large ones. there without such tubes that hold to the rocks by suction & perfectly resemble a granadilla blossom by the uper end.

I have observed both in Mountserat & in Jamaica a kind of earth or clay that petrifys when it falls into the salt water, I do suppose from an admixture of Iron ore, but indeed I have not examined altho . . .[1] think now that it is well worth examination, as such . . .[1] would make the noblest cement for all buildings in the . . .[1] as moles, docks, locks, light houses &c.

I have just now finished a Dissertation on the yellow fever of America . . .[1] or the Siam fever; one on the nervous fevers of America. another on worm fevers. another on the veneral malady. & 2 short tracts on the yaws & inoculation alltogether. will make but a small volum 8vo but I do not yet know when they will be printed. My D^{r} friend I long to hear from you believe me the expectation of a correspondance with you is what gave me the greatest satisfaction on my coming here. do you use the seneka root with you? in Mountserat we have the Ekmi tree but I was not able to get into the woods, I wish I could, I offered a pistole for a little sprig with the flowers & one or two of the fruit, but I could not get one to bringe it. it bears a berry with one, or more *nuclei* oblong, oval & a little compressed a little of the Germ. frish cures in veterate coughs the best of anything I ever

seen sometimes one dose is suff^{t} but I do not see y^{t} what we have in the shops here ans^{rs}.

Your most Obed^{t} & oblidged
humble serv^{t}
Pattr Browne

Utanskrift:

Illustriss^{o} Viro
D. D. Carolo Linnæo, Equiti Aurato etc.
Upsaliis
Suecia
Sweden.

Linn. Soc., Vol. II: 207—208.

[1] Ett stycke af brefvet här bortrifvet.

232.

D^{r} Sir

Yesterday I rec^{d} your favour of the 15th aprill 1771, the other you mention never came to hand. I am sory the dissertations are not printed yet to send you a copy of them, you may be assured on one so soon as they are. In the interim I shall give you what satisfaction I can in the treatment of the venereal disease. — When there is only some remains of the virus after a salivation, or other ineffectual course the following pills given twice a week is oftentimes suff^{t} viz. take of best rubarb in powder ℈i. of good & pure quicksilver ℈s. put them into a marble or glass morter & ad as much water gradually as will bring the rubarb to the consistinces of pills rubing then very well with a pestil. the mercury will be soon incorporated & extinguished very perfectly very soon & then it may be given in pills or a bolus. The quantity of mercury here may be varied as well as the quantity of Rubarb, & the dose made smaller or larger as you please. likeways, when you chose to purge, some more actieve purgative may be interposed, or joyned in the pills (after incorporating the mercury) this sir you see is only an occasional Medecine & I do realy believe the real composition of Bilosts pills, for it has much better effects thus than when mixt with any other compositions, but for the cure of the rooted Disorder my method was as follows. After useing a few warm baths for 3 or 4 days perhaps a week, I ordered the following pills, w^{h} cure with out

much confinement in fine weather and requires only to be regular & moderate in the Diet. but observe that the drinking of Lignum vitæ Decoctions or using the gums of it prevent all the effects of mercury for a considerable time so that giving these medecines to such for a considerable time after the use of Lignum vitæ will be ineffectual. & to such as have been lately salivated they must be given with the greatest caution, for in such any preparation of mercury is apt to renew the spiting. The Medecine is this. viz. Take Nine, 9, drachm. of Sarsaparilla reduced to a fine powder, four drachms of the purest crud mercury, put them into a marble morter & ad as much water gradually as will brink the powder into the consistance of pills, bolus^{s}, or Electuary, rubing it at the same time very well. In this like the other the mercury will be soon incorporated & perfectly extinguished & then it may be given to one scruple one a day or half a scruple twice a day for 3 or four days, then you augment the dose to half a drachm pr Diem for 4 Days after w^{h} you may augment it to, 50, gr. or one drachm to be used for a continuance, with a little light Decoction of Sarsaparilla, untill the cure is perfect. Observe, dureing this course it is not uncommon to feel a soreness in the mouth & troath. then you are to drop the Medecine for one, 2, or, 3 days & the Symptom will vanish without purge or any other medecine after which you proceed again with the mercurial medecine & so (*toties quoties*) untill the cure is perfect, w^{h} is generally performed in about, 5, or, 6, weeks often in one month. but in this also, the quantity of the Dose may be varied. some require larger doses; tender persons, & those used to the taking of mercury or such as have been salivated must not have the proportion of mercury, they must have smaller doses & those more seldom & always used with the Decoction of Sarsaparilla, w^{h} other ways is not always, no, nor often necessary. Would you, sir, expect the Sarsaparilla could have so powerfull an effect of carriing mercury by the skin, I confess I only hoped some assistance from it in the cure of the *Yaws* but the effects of the composition have been so extraordinary, that I have afterwards ordered it for some hundreds with perfect success, both in that disease, for w^{h} before there was no perfect cure & in all appearances of the venereal Disease. N. B. in incipient Buboes I have intermixt the use of the first pills with rubarb, & chankres are made perfectly easy by the following wash viz. R. Mercurii corrosivi sublim. ʒ i. sp. vini rectificati ℥ i. fiat solutio perfecta in mortario vitreo: 8, or 10 drops of this in 2 table spoonfulls of warm water, serves not only as a wash but but dipt in the water also & layed to those burning sores *bis die* soon clears

them, takes away the inflam[ma]tion, & leaves them ready for healing. caruncles in the passage must be assisted by bugies, in w^h I always ordered a small admixture of Calomel with success & a sleight touch with aqua fortis in w^h you disolve mercury ad saturationem with carry off soft venerial warts, often so as not to leaver a trace behind in 24 hours. As to the Inward use of the common solution of corrosive sublimate a dose once or twice a week wonderfully promotes the Cure of Gonorrhæas where no other medicine is given besides mucilaginous Infusions with nitre & manna. —

I had clared up what doubts I had about the plants. I mentioned to you before I rec^ed your kind letter. I am much in doubt about the Trophis being the Bucephalon, as to the other I cant say anything as I can't find any mention of the Pterocarpon in the Edition of your works published at that time the last Edition I have sent for to London & if there I shall have them in a few Days. I rec^d the letter you mention to have wrote to me last to the West Indies and are right as to the plants mentioned the doubt was occasioned by my not having my books there up to Mountserat. — The royal palm has a large thin membrane within the scabbard formed by the leaves & immediatly almost inveloping the core in the centre of them, on w^h you may write as on Velum. is the Papyrus anything of this sort, or has Haselquist given any light into this matter. I think all the palmes may be divided into those whose ribs vaginate at the bottom, those that protrude them without any such vagination & the flabelliformed, nor do think there is any mater[i]al Difference in the parts of generation, such as I examind were much the same, al tho some had more female flowers some less, but I never seen any without an admixture of both. Our Marine productions in America are very various. I have often taken the Keratophita from the rocks, but never could find any incrustations upon them while in a growing state, there they have a beautifull lusture in the water, something of a blueish Cast. —

I do not know what to make of the specimen I send you, this is a young & imperfect little branch it creeps & the common footstalk is commonly about 3 inches, the bunch is dichotomous with single flowers from the Division, at first I thought it some common plant, but cant now make it out when I saw it, I had neither backes nor glasses, it was down in the country where I do intend to retire also this season: the flower an intermediate single one had 8. Stam. & 3 or I thought [4] smalls Stiles, at first I took it for your 2^d. Elatine but in Examination it did not ans^r

In the little pieces I intend for the press there will be the following Dissertations viz. 1. on the yellow fever or fever of syam, one on the remittent fevers of America with a short act of the Dry belly ach & a worm fever that reiged there in 1748. a small one on the yaws, one on inoculation for the benefit of the poor & probably I may ad an acct of the sulphur of mountserat as at that place all the operations of nature in the production of sulphurious & vitreolish water becomes evident to our senses. & also a little on the petrifications of Antigua, where you find whole trees almost couverted into flintes rocks. in al the clayey lands & nothing but Sparry petrifications in the marly part of the island. adieu & believe me your most devoted humble servt

Patt Browne

Utanskrift:

Illustrissimo Viro
Carolo Linnæo Equiti Aurato
Upsaliis
Suecia

at Upsal
in Sweden

Linn. Soc., Vol. II: 202—202c. Odateradt, men är från 1771, troligen i Maj.

BRÜCKMANN, FRANCISCUS ERNST.

Tysk naturforskare och läkare, född 1697, död 1753. Han har författat en mängd skrifter i medicin, botanik, zoologi, bergsvetenskap, geografi, numismatik m. m. Några bref från Linné till honom äro f. n. icke kända.

233.

Viro Nobilissimo, clarissimo atque doctissimo
Carolo Linnæo
Med. Doct: et Soc: Acad: Imp: N. C.
præstantissimo
Resalut: et off. mutua dicit
Brückmannus. D.

Plurima cum submissione, certe superflua, Tuas, Vir Nob: ad me datas literas recte accepi; non sum tam superbus, ut vel minimam honoris mihi immerito tributi et gloriæ titillantis partem arrogem; cum in rebus physicis et medicis inscitiam meam optime cognoscam. Interim

Tecum literas commutandi occasionem ambabus exosculor. Gratiam certe præstare mihi poteris maximam in transmittendis vegetabilibus rarioribus (quæ non minoris quam mineralia et animalia, æstimo) præcipue, seminibus consideratu dignis, fructibus exoticis corticibus, lignis et radicibus, reliquisque plantarum partibus veteris et novi orbis. Hæc vegetabilia magni facio, et eorum quoque perplura, spatio XXX annorum, collegi. In specie vero a me desiderantur theca orleanæ cum inclusis seminibus, fructus Ahovai venerati, Nuces Areck cum Betel, phaseoli varii, impr: majores marini dicti, ex quibus Japanenses pro ☉e[1] Tabacino nasali capsulas parant; Arundo saccharifera, ejusque fructus et semen; Nux s. Strobilus Cedri; theca granorum paradisi s. Cardamomi mxi; Nuces pistaceorum; conus pinearum c. nucibus: glandes exoticæ cum cupulis, in specie Bethlehemitica et Ligni suberis; plantæ marinæ retiformes et coralloideæ, Alga saccharifera Islandica Bartholini; pennæ marinæ, quas nunquam in naturâ vidi, figuras vero istarum admiratione dignas consideravi apud Barrelierium in Hist: Plantarum Galliæ, sub finem libri. fructus Théæ maturus, phaseolus Divi Thomæ; Coral arboris fructus, it: argyrodendr8 conus scolymum referens; phaseolus in theca s. capsula lanuginosa deurente, Mucuna; fructus Tamarindorum siccus; Papyrus Nilotica; Lazaroli; lobus echinatus clusii; muscus catarcticus Islandicus; Rad: Acori veri palustris seu Saulax Sinensis; Placenta Catagamber integra; rad: Salap; cortex Cascali, Jubaba, et plura alia; ex marinis quæro Echinos, stellas, quarum copiam mare Batavorum apud Te porrigit.

Catalogum meorum editorum vide, si placet, in Magnalium Dei in locis subterraneis Tom: I et II, statim ab initio, in duobus peculiaribus additis foliis[2]; it: in Dom: Goettens Europæ eruditæ[3] Part: 1. quæ bibliotheca Clifortiana ex ibi allegatis et inventis speciminibus desiderabit, ex nostra regione cum ista perlibenter et ad nutum prompte communicare potero, habebit me ad omnia officia debita præstanda vigilantissimum.

Musam Clifortianam, quam anxie exspecto, et pro quâ debitas Tibi, Vir præstant: offero grates, dubio procul proxime cum aliis rarioribus à celeberrimo Gronovio, communi nostro amico, ut gratissimum munusculum accipiam.

Quæ ad me mittere lubet, v. g. genera plantarum et Floram Lapponicam à Te in literis benevole oblata, haud gravatim, sub involucro ad me, vel Dom: Gronovio traduntur, vel, data occasione, Osnabrugam Westphaliæ ad Dom: Doct: Meuschen, qui omnia cito ad me curat, mittuntur. Pro omnibus et singulis nullo non tempore gratissimus ero debitor, et, si mineralium familia nec non lapidum figuratorum quantitas

harum et aliarum Germanicarum terrarum aliqualem Tibi dare poterunt satisfactionem, plurimarum minerarum Te participem reddere jussus curabo.

Bibliotheca Tua Botanica, in ephemeridibus eruditorum cum encomiis laudata, quam perlibenter perlustrassem (cum et ipse catalogum scriptorum Botanicorum, continentem ad minimum numerum 2000 scriptorum; inclusive istorum qui peculiares plantas pro cathedra in dissertationibus ventilarunt, v. g. Wedelii[4] de Cuscuta, Hyoscyamo, Plantagine, Polypodio, Slevogtii[5] de Acmella Ceylanica, Theâ Romana, Hungarica, Hoffm:[6] de Millefolio, China etc., Vateri[7] de Coralliis, Richteri[8] de planta, in quâ Coccionella; Spies[9] de Vainiglia etc. jam à duodecim et aliquot retro annis compilaverim) nondum apud nos in tabernis librariis venalis prostat; si perplacet unum s. alterum istius exemplar ad me mittere, pretium Tibi debitum cum gratiarum actione sine mora et prompte restituam.

Dom: ConR. Frisch[10], qui de insectis indigenis aliquot orbi literato tradidit specimina, aura adhuc Berolini in Marchia fruitur vitali.

Borussi mihi noti, qui historiam naturalem in deliciis habent, sunt Dom: Rappolt[11], Prof. Regiomont: qui binis abhinc annis oolithum; Doct: Med. Breynius[12], Gedanensis qui conchas polythalamias; Dom: Kleinius[13], secret: ejusd: loci, qui tubulos marinos, nunc terrestres, Gothlandicos, illustrarunt; Pat: Soc: Jesu Razinsky, qui Histor: natural: Poloniæ edidit; sunt forsan plures, sed me latent.

Bibliothecæ meæ numismaticæ supplementum IIdum sub prælo est, quo derelicto statim Tecum inter primos unum et alterum gratis communicabo exemplar. Meditor quoque continuationem primam bibliothecæ metallicæ, nec non epistolarum itinerariarum, quarum LX. cum mult: fig: apud bibliopolas prostant.

Vale reliquum, Vir nobiliss: atque Doctiss: et commercium litterarum nuper inchoatum, quod mihi valde expeto, quam primum res Tuæ id permittent, cum responsoriis, nullo non temporis momento mihi dilectissimis, ad me propelle.

Dabam Wolfenbüttelæ d. 18. Septemb: 1737.

Linn. Soc., Vol. II: 218—219.

[1] tecken för pulver.

[2] *Magnalia Dei in locis svbterraneis oder Unterirdische Schatz-Kammer aller Königreiche und Länder, in ausführlicher Beschreibung aller, mehr als 1600. Bergwercke* ... (Braunschw. 1727).

[3] Gabriel Wilhelm Goetten (tysk prästman, född 1708, död 1781) utgaf 1735—40 i tre delar *Das jetzt lebende gelehrte Europa oder Nachrichten*

von den vornehmsten Lebens-Umständen und Schriften jetzt lebender europäischer Gelehrten.

[4] Georg Wolfgang Wedel (professor i Jena, född 1645, död 1721) utgaf i Jena bland andra dissertationer *De Cuscuta* och *De Hyoscyamo* 1715, *De Plantagine* 1712 och *De Polypodio* 1721.

[5] Johann Hadrian Slevogt (professor i Jena, född 1653, död 1726) utgaf som program i Jena *De Acmella ceylanica, novo fluoris albi remedio* 1703 och *De Thea romana et hungarica sive silesiaca, aliisque ejus succedaneis* 1721.

[6] Friedrich Hoffmann (se Afd. I: D. 3, s. 281, not 3) utgaf i Halle dissertationer *De Millefolio* 1719, och *De recto Corticis Chinæ vsv in febribvs* 1728.

[7] Christian Vater (läkare och professor i Wittenberg, född 1651, död 1732) utgaf en *Dissert. de coralliorvm natvra, praeparatis et vsibvs* (Witteb. 1720).

[8] Christoph. Friedrich Richter utgaf 1701 i Leipzig en *Dissertatio physica de Cochinilla.*

[9] Johann Carl Spies (läkare, professor i Helmstädt, född 1663, död 1729), utgaf 1721 *Programma de siliquis Convolvuli americani vulgo vanigliis.*

[10] Johann Leonhard Frisch (se Afd. I: D. 2, s. 275, not 7) utgaf 1720—1738 *Beschreibung von allerley Insecten in Teutsch-Land . . .*

[11] Karl Heinrich Rappolt (professor vid universitetet i Königsberg, född 1702, död 1753) utgaf en dissertation *Quaestio naturalis prussiaca de oolitho regimontano, an caviarium petrefactum* (Regiom. 1733).

[12] Johann Philipp Breyne (se denna del, s. 322) utgaf 1732 *De Polythalamiis, nova Testaceorum classe.*

[13] Jacob Theodor Klein (se Afd. I: D. 4, s. 39, not 3) utgaf 1731 *Descriptiones tubulorum marinorum.*

234.

Viro doctissimo atque expertissimo
D. Carolo Linnæo
M. Doct: Clariss:
S. et O.
Franc: Ernest: Brückmannus D.

Epistolam die XVIII. Sept. a. p. ad Te, Vir Præstantissime, scriptam quin recte acceperis nullus dubito. Continuatio epistolarum mearum itinerariarum, quarum Num: LX. typis evulgatæ[1], adhuc in typographeo latet, circa autem diem resurrectionis Christi Tecum istam certe communicabo. Pronunc novam oryctographiæ Goslariensis editionem haud gravatim accipe; noli despernere munusculum hocce parvum et charta-

ceum! Bibliothecam Tuam botanicam anno 1736 à Te editam in Actis eruditorum non sine encomiis debitis laudatam, hic vero nullibi in officinis librariis obviam, anxie desidero, cum et ipse aliquot millia scriptorum de rebus ad regnum vegetabile pertinentibus per viginti et plures annos in unum volumen sedulo collegerim. Nec reliqua Tua scripta botanica perpolita mihi ingrata erunt. Modus omnis generis plantas sola manu, absque ulla machina, soloque colore ex fuligine et $_{0}{}^{0}{}_{0}$ Lini[2] parato nigro, ad vivum, ut dicitur, cum omnibus foliorum, florum et petalorum vasis, nervis ac costis momento citius in chartam conjiciendi, Tibi, dubio procul, jam erit notissimus? si non habeas laudatas encheireses, libenter Tibi describi curabo. Responsum Tuum cum petitis sub involucro D. Doct: Gronovii, communis nostri amici suavissimi, vel, si alia occasione mavis, mox mox ad me haud gravatim cures, summopere rogo. Fructus sequentes, nempe Arundinis sacchariferæ, Cacao integrum cum singulis nucleis, Ahovai veneratum, Cedri conum, glandes exoticas, præcipue Bethlehemiticas, Fabas marinas variæ magnitudinis, Betel et Areck, thecam granorum Paradisi, nuces Pistaceorum, inprimis quæro, forsan apud Te istorum unus vel alter superfluus cum amico communicandus? Vale, Vir Doctissime atque Expertissime, et perge favore Tuo ulterius prosequi

Tibi deditissimum
Brückmannum D.

scrib.
Wolffenbüttelæ
d. 29 Jan: 1738.

Linn. Soc., Vol. II: 220.

[1] Brückmann utgaf 1728—1750 *Epistolarum itinerariarum cent. I—III.*
[2] tecken för linolja.

235.

Prænobilissimo Dom: D. Carolo LINNÆO
S. et Off: dicit
Brückmannus, Med: Doct:

Floram Tuam Lapponicam nondum hic loci vidi, interim gratissimum mihi fuit, catalogum plantarum istius regionis in Actis Scient: Sveciæ Anni 1735. perlustrandi; peramarem quædam ex istis vegetabilia,

partim mihi plane ignota, partim curiositatis ergo in mea rerum naturalium collectione asservanda, oculis meis videre, et quidem *Gale fruticis odorati* Septentrionalium portionem, cum parva relatione, quænam fruticis pars sit odorata? an folia, cortex vel lignum? 2) Ulvam marinam tubulosam, intestinorum figuram referentem. 3) Fucum, chordam referentem, teretem, prælongum 4) Fucum spiralem maritimum majorem et alias Fuci marini species. 5) Charam vulgarem foetidam. 6.) Agaricorum species, quæ exsiccatæ asservari possunt. 7) Erinacei species. 8) Byssi species. 9) Spongiam ramosam fluviatilem et in specie 10) aliquot exemplaria *Isidis nucleorum* juglandis figura, de quibus peculiarem mihi concipio ideam.

Si Byssus Tua Germanica, aurea, Violæ Martiæ odore, forsan sit noster lichen violaceus lapidibus accretus, quem in Historia naturali lapidis violacei delineavei? istam Byssum jam possideo, sed notum facio, me nunquam vel alium Botanicum filamenta in ista observasse, quibus tamen præcipue a lichenibus distingueretur.

porro quæritur, an Byssus alba, seminibus rotundis, sit forsan fungus seminifer Menzelii? quorum seminum figuram elegantem jam chalcographo ære exprimendam tradidi.

In deliciis quoque nunquam non habui mineralia, metallica, fossilia figurata, quorum quoque satis copiosam feci collectionem, (quam nudius tertius nec non heri Dom: Olavus Kalmeter[1], natione Dalekarlus, curiose perlustravit, qui quoque has ad Te ulterius procurabit literas); pergratum mihi foret, si Tuâ, Vir Præclarissime, operâ et varia specimina mineralium ac fossilium Svecicorum accipere possem. Pro omnibus et singulis, remunerationis loco, non tantum varias plantas, semina sed et fossilia metallica et figurata terrarum Germanicarum ad nutum jussus procurare possum. Si quoque dissertationes Upsalienses medicæ, physicæ, metallurgicæ, botanicæ, inpr: diss: de Sceptro Carolino, de Astaco[2] ad manus essent, munusculum mihi forent quam maxime gratum, in quarum locum Helmstadienses et alias academiarum Germanicarum debite offerre potero. Quamprimum per negotia Tua cumulata fieri poterit, responsorias à Te mihi expeto.

Vale reliquum, vive et fave

Tibi deditissimo.

Wolffenbuttelæ
d. 16 Dec: 1741.

Addresse

A Monsieur Brückmann
Docteur en Medecine

â

par Lübeck — Wolffenbüttel
franco Lübeck

Linn. Soc., Vol. II: 221—222.

[1] Olof Kalmeter, se Afd. I: D. 4, s. 42, not 6.

[2] Under L. Robergs præsidium utkommo den förra (se denna del, s. 337, not 2) 1731 och den senare 1715.

236.

Prænobilissimo, Excellentissimo atque Doctissimo Dom:
Dom: Carolo Linnæo, Prof: Botan:
Upsal: Regio et Ord:
S. et O. dicit
Brückmannus, M. D.

Literas Tuas carissimas d. 20 Febr. ad me datas, recte accepi. Catalogum plantarum Lapponicarum tantum vidi, Floram ipsam, quæ hic non prostat in officinis librariis, nunquam adspicere potui, perlibenter autem Exemplar quoddam istius, si ex Tuo favore accipere possem, solito monetæ pretio persolverem.

Gale plantam exsiccatam nec non semina matura ex istâ decerpta, juxta ac Ulvas, Agaricos, Erinaceos, Byssos, apud Te vulgares, proxima occasione, si absque Tuo peculiari incommodo fieri poterit, transmittas est quod unice rogo. Plantæ omnes et singulæ Lapponicæ et aliæ exoticæ, harumque partes et semina, munusculum mihi erunt exoptatissimum.

Muscum catharcticum Islandicum, de quo Schelhammeri epistolæ evolvendæ, nunquam vidi, nec muscum Lapponicum, qui Rangipheris in pabulum cedit.

Isidis nucleorum juglandis figura gratiose oblatum unicum specimen proxime exspecto, his visis mentem meam de istis Tecum communicabo.

Mineralium Svecicorum et Lapponicorum collectionem grato acciperem animo; capsula istis repleta, sive sit major sive sit minor, transmittenda vel Lubecam ad Dom: consulem Münter, vel Hamburgum ad Dom: de Sprechelsen, Juris Licentiatum, Holmiæ enim pronunc neminem

nosco, apud nominatos autem viros omnia pro me, sub involucro et Addresse ad me, deponenda erunt munuscula.

Dissertationes Upsalienses de Astaco, de Sceptro Carolino, de itinerum intra patriam necessitate etc. gratissimæ mihi certe erunt.

D. Heisteri scripta à me desiderata hic accipe, si plura s. alia desiderabis, ad nutum jussus transmittam.

Catalogum omnium meorum scriptorum videbis in T. I et II Magnalium Dei in locis subterraneis.

Epistola mea de plantis quibusdam Hercynicæ sylvæ, quæ inter itinerarias est LXXXVIta, quæque sub prelo sudat, mox cum reliquis epistolis itinerariis, ad numerum centenarium extensis, iter ad Te Upsaliam parabit.

Reliquum, si res Tuæ id permittunt, citius rescribas rogo et petita Svecica et Lapponica addas, munera omnium mihi gratissima! Vale et amore ac favore Tuo prosequi perge

Tibi deditissimum.

scrib.
Wolffenbüttelæ
d. 4 Maji 1742.

Linn. Soc., Vol. II: 223—224.

237.

Prænobilissimo atque Doctissimo Domino
Carolo LINNÆO

S. pl. d.
Brückmannus. D

Responsoriæ Tuæ, nunquam non mihi exoptatissimæ, ad literas meas de die IV. Maji a. c. cum fasciculo dissertationum Heisterianarum à me desideratarum transmissas, diu à me desiderantur; si dignaberis, rogo, rescribas proxime. Sub involucro hujus epistolæ invenies partem primam (reliquæ tres, quæ nondum prelum typographicum subierunt, suo tempore quoque insequentur) catalogi bibliothecæ nitidissimæ ac pretiosissimæ, quam beat: Dom: D. Burckarti[1], Ducum Brunsv: et Lüneb: archiater, magnis sumtibus dum in vivis fuit comparavit sedulo, nunc publice ab hæredibus auctionis ritu distribuendam. Invenies et videbis in hac librorum nota opera perplura certe, in aliis bibliothecis perraro

obvia; si Tu forsan, vel alius quis Tuorum honoratiss: collegarum, quædam ex ista desiderabit, ad jussum perlibenter, denominato prius pretio, petita comparabo, et, data occasione, Upsaliam, per Lubecam et Christianiam, ulterius ad Te curabo.

Gratiose oblata, nempe Gale planta, fucus chordam referens, fucus spiralis, specimen Isidis nucleorum juglandis figura ac reliqua, mox cum responsoriis Tuis carissimis, quas iterum atque iterum mihi expeto, cum anxietate valde desiderantur.

Vale reliquum diutissime et fave.

Dabam Wolffenbüttelæ d. XVI. Sept: 1743.

Utanskrift:

Prænobilissimo atque Doctissimo
Domino, Domino Carolo Linnæo,
Professori Publ. Ord: Botan: Regio etc.
præstantissimo.
Fr: Christianstadt *Upsaliam*

Hæc epistola, alligato prius exemplari quodam catalogi, sub involucro Christianiam transmittenda.

Linn. Soc., Vol. II: 225—226.

[1] Johann Heinrich Burckhard, född omkr. 1676, död 1738. Han hade 1702 på trycket utgifvit *Epistola ad Leibnitium de charactere plantarum* hvilken Heister, Linnés motståndare, lät omtrycka 1750 för att visa, att Burckhard redan långt före Linné hade sökt ordna växterna efter befruktningsdelarna.

238.

Prænobilissimo Domino C. Linnæo
S. pl. d.
F. E. Brückmannus,
Med. Doct:

Literas meas d. 4 Maji 1742 per Lubecam cum desideratis dissertat: Heisterianis botanicis missas, nec non alias superiori anno ad Te datas, quin recte acceperis, minime dubito; alio tempore et partem 1mam Catalogi præstantissimæ bibliothecæ beati nostri Archiatri Burckhardi transmisi, hujus Catalogi hic secundam aspicies partem. Gratiose promissa mineralia ac petrifacta Suecica, Floram Lapponicam, Gale plantam, Dissertationes Upsalienses, in specie de Sceptro Carolino et aliis

rebus, historiam naturalem illustrantibus, ex peculiari Tuo favore mox exspecto, anxieque per Lubecam transmittenda desidero. Quæ gratiose ad me dantur, Lubecæ Domino Carstens, Juris Licentiato et Archivario urbis, tradenda.

Catalogum omnium meorum tractatuum, quem videre exoptas, videre et legere, si placet, poteris in Tom: I et II Magnalium Dei in locis subterraneis.

Reliquum Vale diutissime,

scrib. Wolffenbüttelæ d. III April: 1744.

Linn. Soc., Vol. I: 227—228.

239.

Vir excellentissime!

Literas meas plus una vice ad Te datas quin recte acceperis, nullus dubito, et responsorias Tuas, nunquam non mihi exoptatissimas anxius exspecto. Hocce temporis puncto Vir quidam, Duci nostro a servitiis metallicis, me convenit, dicitque, se iter in Sveciam meditari. hac occasione transmitto novam, quam ad manus habeo, diss. de Simarouba; alia vice alia litteraria, semina ac fossilia ad Te curabo. Desideratas Dissertationes Dom: Heisteri, ad regnum vegetabile pertinentes, ad Te jam ante duos curavi annos et quidem per Lubecam. Exhilara me proxime responsione Tua suavissima et per amicum hunc si lubet placetque, fossilibus, mineralibus petrifactis, testaceis etc. regnorum Borealium.

Vale et fave porro,

Vir excellentissime,

Tibi omni studio
additissimo
Brückmanno D.

Wolffenbüttelæ
d. 10 Mart: 1747.

Linn. Soc., Vol. II: 229.

240.

Viro Celeberrimo atque Experientissimo
Dom. Domino
Carolo Linnæo
Archiatro Regio etc.
S. et O. D.
Brückmannus. Med. Doctor.

Responsorias Tuas, Vir excellentissime, et jam ante aliquot annos gratiose oblatas mineras et lapides figuratos provinciarum Suecicarum pro collectione mea rerum naturalium ac curiosarum anxie desidero.

Dom: Kähleri specimen academicum[1] sub Tuo præsidio: de crystallorum generatione: exhibitum, cum peculiari perlegi animi jucunditate. perplacet divisio in crystallos quartzicas et spatosas. occurrunt in laudata dissertatione quædam crystallorum specimina, nunquam à me visa, horum ut me participem reddas, est quod officiosissime a Te peto. sunt autem p. 24. num. 11. *Cr. nitriformis spatosa* acaulis, utrinque pyramidata, *pyramide superiore subulata*, fig. 9. num. 12. *Cr. nitriformis pyramide subulata* obliqua, quæ *dentium suillorum* nomine notatur. pag: 27. Cr. subnitriformis acaulis pyramidibus æqualibus *c. et sine Asbesto.* p. 29. *Granatus dodecaëdros*, ex planis pentagonis, variæ magnitudinis. pro hisce speciminibus alia Crystallorum genera in laudata dissert: nondum notata, v. g. hisce cuspidibus M in monte Rammelio inventa, instructa, et plura alia debite offeram; quorundam peculiarium Crystallorum specimina vide in Magnalibus nostris in locis subterraneis et in Epistolis itinerariis, Epist: de Drusis; Scripta Tua minora, in specie Dissertationes acad: ut et Robergii, hic nunquam in officinis librariis obvias, pro paratâ mihi expeto pecuniâ; remunerationem debitam pro omnibus et singulis sine omni transmittam mora. Reliquum vale ex asse et fave!

Wolffenbüttelæ d. 31. Mart: 1749.

Addresse

A Monsieur Brückmann,
Docteur en Medecine
â
Wolffenbüttel

In Lübeck an Hr Licentiat Carstens zu recommandiren.

Linn. Soc., Vol. I: 230—231.

[1] Linnés dissertation *De crystallorum generatione* med Martin Kähler som respondent ventilerades 1747.

241.

Prænobilissimo atque Doctissimo
Dom. Dom:
Carolo Linnæo
S. et O. dicit
Brückmannus, D.

Quin meas ad Te, Vir excell: datas epistolas nullo non tempore recte acceperis, nullus dubito, et licet nullas à Te interea temporis viderim et exosculatus responsorias, pro certo tamen habe, me scientiam Tuam peculiarem botanicam et studium historiæ naturalis maxime in deliciis habere; fuerunt hæc mihi incitamento, novissimam mearum epistolarum itinerar: collectionem transmittendi et judicio Tuo sublimato quandam ex istis devote inscribendi, quam dedicationem non in malam capies partem, est, quod enixe rogo! Sequentes ac futuras hujus itinerarii epistolas, si Deus vitam! nunquam non per Lubecam à me gratis accipies. Desidero maxime scripta Tua minora et fossilia Svetica, pro omnibus et singulis libenter harum regionum fructus et mineras transmittam.

Reliquum favori Tuo inæstimabili ex asse me commendo, qui nullo non tempore ero Tibi deditissimus.

Scrib. Wolffenbüttelæ d. 25 Jul: 1749.

Addresse
A Monsieur Brückmann
Docteur en Medecine
à
francò Lübeck Wolffenbüttel.

Linn. Soc., Vol. II: 232—233.

242.

Viro Excellentissimo
Carol. Linnæo
S. et O. d.
Brückmannus. M. Doct.

Responsorias Tuas ad varias meas et generi mei, qui vitam Tuam edidit[1], epistolas de mense in mensem exspecto, simul cum novis litterariis Svecicis, lapidibus figuratis, marmoribus ac mineris, quarum copiam transmittere jam diu gratiose promisisti.

Mitto hac occasione duo nova scripta et Achatem in Principatu Blanckenburgensi noviter detectum.

Vale reliquum et favore Tuo prosequi perge Tibi deditissimum.

Scrib. Wolffenbüttelæ d. 10 Aug: 1750.

Linn. Soc., Vol. II: 234.

[1] Denna Linnébiografi är för utgifvaren obekant.

BRÜNNICH, MORTEN THRANE.

Född 1737, professor i naturhistoria vid universitetet i Köpenhamn, sedermera chef för silfververket i Kongsberg, död 1823. Han intresserade sig mest för zoologien och har författat en mängd skrifter i detta ämne.

243.

Domino Perillustri
Experientissimo Celeberrimo.

Progressum meum, si quem fecerim, in historia naturali scriptis Tuis, per orbem terrarum nunquam satis laudandis, maxime debeo, adeò ut Te, Vir Perillustris, licet absentem, meum gratô animô agnoscam Ductorem: Permitte itaque, ut huncce Prodromum insectologiæ Siællandicæ[1], tanquam primitias laborum meorum, Tibi offeram; accipe propitius hoc qualecunque deuotæ mentis munus. Exempla exstant euidentissima

fauoris Tui etiam in exteros, inprimis septentrionis filios, insignis, hinc Te potissimum, Vir Perillustris, humillime rogo, ut me in eorum adsciscere velis numerum, quos pateris ad Te tanquam optimum Mæcenatem accedere.

Tanti Nominis
Cultor observantissimus
Martinus Thrane Brünniche

Hafniæ
d. 25 Aprilis Anno 1761.

Utanskrift:

a Monsieur Mons^r Charles Linnæus Chevalier de Nordstierne Archiatre de Sa Majesté le Roi de Suède etc.; Professeur à l'Academie d'Upsal, Membre des Societes des Sciences d'Upsal, de Stockholm, de Petersbourg, de Berlin, de Vienne, de Londres, de Montpellier, de Thoulouse, de Florence.

Linn. Soc., Vol. II: 237—238. Tryckt i J. C. Schiödte, *Av Linnés Brevvexling* (Naturhist. Tidsskr., Khvn, 3. Række, Bd 7, 1870—71), s. 408.

[1] Brünnichs dissertation *Prodromus insectologiæ Siællandicæ* hade ventilerats den 23 April 1761.

244.

Perillustri et Generoso Viro
S:l

Duos abhinc annos oculis Tuis subjicere sustinui ea, quæ imperfecte de Insectis Siællandicis tunc ex meis proferre valui, quæ benignis et faventibus oculis Te excepisse, saltem accepisse mihi gratulor. Eodem Tuo fretus favore novum offero specimen, tractans historiam Anatis mollissimæ[1]. Appendix[2] addita continet Objectiones viri cujusdam Reverendi, historiæ naturalis patriæ peritissimi, quas, utpote manuscripto divulgatas, instinctu fautorum publice una cum meis responsionibus edere curavi; hac eadem occasione ea quæ in appendice pag. 32. subsequuntur, à viro Illustri et Historiæ Naturalis cultore felicissimo ex Cimbria transmissa, nec non propria errata addidi. Restat jam, ut tam ipse Tractatus quam hæc Appendix Tuo æquo benignoque subjiciantur judicio. Errores, quos libenter confiteor bene multos, facile condonabis, si me autodidactum interpretibus destitutum consideraveris. Si vero quædam forsan Tibi arrideant, sufficiat hoc pro magno incitamento in ejusmodi studiis, quæ ad cognitionem naturæ et ejus gazas perscrutandas ducunt.

Museum avium quod hisce ansam dedit, et cujus descriptio intra breve tempus prodibit, continet, inter alias aves ignotas vel dubias, veram Skuam Høyeri, Catarractem nempe Willughbeji, Raji & Sibbaldi, simulac Catarractam Aldrovandi: ex hisce avibus novum genus sub nomine Catarractis conficere tento, et ob rostri et unguium convenientiam Larum parasiticum ex genere larino in genus Catarractis transferre, si non satis audacter, meditatus sum. Observationes ex Vespertilione Vampyro oculari inspectione desumtæ heic Tuis sistuntur oculis. Hæc cum reliquis, si placent, plura amplius aggrediar, ut tali modo via ad Te Tuosque Lares semel aliquando mihi facilius pateat.

Hisce meis conatibus fave et Fautorem mihi, si votis respondeant fata, quondam præsenti, Te præsta, sic promoventur studia mea et me habebis semper

Tanti Nominis
cultorem observantissimum
M. Th. Brünniche

Hafniæ
in Colleg. Elersiano
d. 1. Junii A° 1763.

Linn. Soc., Vol. II: 239—240. Tryckt i Schiödte, s. 408—409.

[1] *Eder-Fuglens Beskrivelse* (Khvn 1763).

[2] *Tillæg til Ederfuglens Beskrivelse, bestaaende af nogle indkomne Anmerkninger og fornödne Besvarelser, samt een og anden nærmere erholden Oplysning* (Khvn 1763).

245.

Viro Generoso et Illustrissimo
Equiti Aurato
S.

Occasionem hanc nactus optimam, Generosiss: Comitis de Moltke iter ingredientis gratiosum officium in transportandis, quæ Tibi mittenda haberem, offero jam Tibi Vir Generose! meum in cognitione insectorum specimen, Entomologiam nuperrime editam, quæ si Tibi arrideat, multum gaudebo. Insectis simul paucis, quæ nova puto, Tuum donatur museum, ut et avibus Feroensibus binis, Catharacta nempe sive Skua Høyeri et Puffino, Rev. Dno. Ström Liire vel Skraap dicto, quoad colores à Puffinis

Brissonii diverso. Si hæc mea leviuscula accepta habeas, Vir Generose! magnum erit studiorum incitamentum

Generosi et Illustrissimi Nominis Tui

E domo Elersiana
d. 4. Maji 1764.

Cultori devotissimo
M. T. Brünnich

Utanskrift:

a Monsieur Monsr Charles de Linné, Chevalier de l'ordre Nordstiernen, Médecin premier du Roi de Suède, Professeur de la Médicine et Botanique, Membre de l'Acad: d'Upsal, Stockholme etc. etc. à Upsale
Avec une casse marquée C. de L.

Linn. Soc., Vol. II: 241—242. Tryckt i Schiödte, s. 409—410.

246.

Viro et Generoso et Perillustri
Equiti Carolo de Linné
M. Th. Brünnichius
S. P. D.

Entomologiam[1], tabulas insectorum systematicas sistentem, una cum ave *Catharacta Skua* et *Puffino*, nec non paucis mihi in duplo *insectis* ex Africa allatis, et quantum tunc temporis judicabam, nunquam descriptis per Generosissimum Comitem *Adamum de Moltke*[2] iter navale ante binos menses ingredientem cum nave Regia, Petropolin, Rigam et denique Holmiam aditura, Tibi Vir Generose! obtuli. En aliud, Vir Generose! in historia naturali specimen[3], vena frigida, quippe media hyeme in vasto avium museo elaboratum, quod si Tibi vel tantum ex parte arrideat, gaudebo, sin minus, ignoscas Vir Generose! me studium hoc propriis viribus et nullius consultis hactenus excoluisse. Ignotæ aves, quarum icones addere ob ingentes sumtus mihi haud fuit possibile, una cum aliis rarioribus a Per-illustri Possessore D^no^ Pennant[4] Esqr. sunt oblatæ. Nuperrimæ e Groenlandia Tringam fulicariam et anatem acutam e Cimbria accepimus. Haud pauca mihi sunt hujus et aliarum regionum insecta hactenus nunquam descripta e. g. Cimices, Cerambyces, Lepturæ, Necydalis et Dermestes Africani, si itaque descriptiones eorum, quæ plus unica vice nondum possideo, Tibi sufficiant, maxima cum industria ejusmodi, de quorum novitate certissimus sum, transmittam, iconemque, ubi

tempus affuerit, pro viribus elaboratum, addam. Papilionem Heliconium, cum Comite transmissum, in Systemate Tuo postea vidi descriptum. Ceterum de me meisque studiis bene sentire perge, me autem semper invenies

Dabam Hafniæ
in Collegio Elersiano
d. 23. Julij 1764.

Tanti Nominis
cultorem observantissimum
M. Th. Brünnichius.

Linn. Soc., Vol. II: 243—244. Tryckt i SCHIÖDTE, s. 410—411.

[1] *Entomologia, sistens insectorum tabulas systematicas, cum introductione et iconibus* (Hafniæ 1764. Titel och text äfven på danska).

[2] ADAM FERDINAND GOTTLOB MOLTKE, grefve, dansk sjöofficer, född 1748, död 1820.

[3] Härmed afses Brünnichs *Ornithologia borealis, sistens collectionem avium ex omnibus, imperio danico subjectis, provinciis insulisqve borealibus Hafniæ factam* ... (Hafniæ 1764).

[4] THOMAS PENNANT, se Afd. I: D. 5, s. 203, not 5.

247.

Doctissimo acutissimoque
Dⁿᵒ M. Th. Brunnichio
s. pl. d.
Car. von Linne

Accepi et literas Tuas ac Librum ac Avem et Insecta, dona singula gratissima, pro quibus omnibus ac singulis gratissimam persolvo mentem.

Ornithologia tua perplacuit; egregium certe argumentum. Hanc non dum rite perlegi, perlegam attente intra breve tempus

Quomodo differt tua 122 ab 120? anne eadem? an certus sis quod 121 non sit femina istius 120?

anne Skua 125 & 126 sexu solo non differant? certior sum quod 127 & 128 sint solo sexu diversæ.

Columbi tui numerosi me plane confundunt, uti 129, 130, 131, 132, 133, 134. numquam tot sint species, sed vel sexus vel ætatis differentiæ multæ. quis hæc expediat.

Papilio iste heliconius nº 6 erat pulcherrimum specimen; unde hunc habuisti? ego ex indiis reportavi et in mss. habeo; Sloane delineavit hunc in america

Chrysomelam istam nº. 1 an ipse legisti, vel aliunde habuisti? ego non possum eam enumerare. 3 & 4 erant pulchri; hos antea non observavi.

2 & 5 difficile determinantur

8 Acaro Ricino nimis affinis.

7 unde accepisti? si ex Algirio vix videtur differre.

Generosissimus juvenis de Molke[!] mihi perplacuit. gerebat faciem purissimam, animam candidissimam, ingenium acre, moresque gratissimos; potui ex ejus facie divinare imaginem Summi ejus Parentis, cui debet naturæ Scientia quam alii ulli magnatum plura. Felices, imo ter felices vos qui sub tanto Mæcenate naturæ colitis scientiam.

vale et fave addictissimo Tuo.

Upsaliæ 1764 d. 20 Augusti.

Fere oblitus fuissem gratiarum actiones reddere pro Tua Entomologia, quæ etiam rite mihi tradita est.

Utanskrift:

a Monsieur
Monsr M. Th. Brünniche
frijbr. *Kopenhagen*

Sigill bortskuret.

Originalet till detta liksom till öfriga bref från Linné till Brünnich finnes i Universitetsbiblioteket i Köpenhamn. Tryckt i Schiödte, s. 510—511. I utdrag i Rasmus Nyerup, *Morten Thrane Brünnich, Naturvidenskabens Senior i Danmark. Et biographisk Omrids som Program til Jubileet 1819*, s. 19—20.

248.

Generoso et Perillustri
Equiti
Dno. Carolo von Linné
S. pl. d.
Martinus Thrane Brünnichius.

Literas quas dedisti haud exigui favoris documentum habeo; gratias maximas et debitas quam humillime offero; majores, si possem, deberem Tibi, Vir Generose! qui tam multis occupatissimus et tam vasta eruditione præclarus me tyronem in arte, Tuo perdocto et gratioso commercio lite-

rario dignari velles. Excepi maxima cum æstumatione dubia ea, quæ contra ornithologiam habes, eaque ita explicare tentatus sum: Pelecanus 120 et 122 differunt gula et macula insigni ante femora albis. Putarem hos esse diversos, carbo enim satis frequens, è contra phalacrocorax una cum cristato Rev. Dno Ström nequaquam visus, famâ autem tantum modo notus. Phalacrocoracem et cristatum possideo, quos Tibi offerrem, si occasio sese ostenderet.

Pelec. 120 et 121 forsan variatio sexus? vix ætatis, hujus enim notam pono in pectore cinerascente vel nigro. Skuam 125 et 126 quod attinet, certior sum de earum differentia specifica, nam Feroæ satis frequens est 125 et sæpius vidi plura ejus specimina, variis temporibus Hafniam missa, nunquam vero Skua 126 visa fuit antequam per amicum Dn. *Hansen* è Cimbria, ut avis Cimbris ignota, innotuit. Viva capiebatur manibus itinere quasi fessa. Prædium ubi capiebatur ad mare germanicum jacet, hinc puto eam forte ex Anglia advenam fuisse. Character distinctivus hujus, magnitudinem si exceperis, difficillime determinabatur.

Colymbus *arcticus* et *torquatus* magnitudine corporis et dorso rostri arcuato conveniunt, ætatis vix differentiæ, potius varietates sexus, nisi foeminam ab omnibus mihi visis differentem describeret Fauna Svecica. Colymbi 129—132 dorso rostri recto conveniunt, ex his *Imber* nunquam in Dania vel ad insulam Christiansöe visus fuit, sed et è Feroa et è Norvegia aliquoties missus; nec ubique in Norvegia obvius, sed maxime in parte boreali, ubi tamen haud frequens est. Magnitudine *arcticum* et *torquatum* superat: Hi omnibus vero minores sunt. *Lumme* avis arctica frequentissima, ad Hafniam semel tempore hiemali occisa; ad insulam Christiansöe nunquam visa (: nec arcticus, torquatus et Immer). Ibi verò frequens satis occurrit *Stellatus,* circa insulam nostram quoque interdum obvius. Forsan ætate hic differt à *Lumme* qui, ætate magis provecta, plagam forte amet septentrionalem et sic nostra deserat littora? *Borealem* heic unica vice occisum, ob vestigia rufi coloris in prona colli parte varietatem habeo *Colymbi Lumme.* Certiora heic forent optanda, antequam rite determinarentur species. Si quem horum colymborum possidere cupias, operam dabo eum acquirere. Appendicem ornithologiæ simul offero. Nuperrime è Groenlandia mittebatur colymbi grylle varietas, tota alba exceptis marginibus alarum nigris.

Omnia Tibi cum Comite oblata Insecta è littoribus Africanis Hispaniam spectantibus allata fuisse perhibuit vir quidam nobilis, qui ipse circa ista littora eis fuit donatus, interim ferè omnia vidi huc transmissa etiam ex America. Acarus solus patriam agnoscebat insulam Christiansøe. Ex meis collectionibus pauca specimina heic offero, plura, quæ in duplo

mihi non sunt, delineata et descripta mitto, quæ si Tibi arrideant, reliqua cum tempore dabo. Vidi hesterno die insecta ex America Dno. *Spenglero*[1] oblata, inter quæ nonnulla haud antea descripta observavi, quæ selegi a reliquis, ut Tibi offerret possessor una cum conchis quibusdam rarioribus e: g: Donacem apertura inter nates transversa, semilunari, Bullam Lignariæ persimilem. Quæ omnia hac occasione spero fore, ut Tibi offerat. Conaminibus meis fave; me semper deprehendes

Tanti Nominis

observantissimum cultorem.

Dabam in Collegio Elersiano
d. 25. Octobris 1764.

P. S. Ignoscas Vir Generose! quæ ob angustiam temporis hac vice in scribendo irrepserint vitia. Entomologiam meam valde castigatam invenies in actis Lipsiensibus[2], errores autem veri ibi sunt præteriti, falsi suscepti. Prodiit heic Fauna Friderichsdalina continens insecta ibi lecta una cum convenientia Systematum Tui et Dni. Geofroi. Insecta nova ibi descripta sunt 117, sed de plurimis dubitandum, citationes deprehendi falsas circa nova, nec convenientia Systematum accurata.

Linn. Soc., Vol. II: 245—246. Tryckt i Schiödte, s. 411—413.

[1] Lorenz Spengler, se Afd. I: D. 2, s. 275, not 11 och denna del, s. 106, not 4.

[2] Brünnichs *Entomologia* hade blifvit kritiserad i Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, Leipzig, No. 75, 1764. Han bemötte kritiken i Kiöbenhavnske Nye Tidender om lærde Sager 1764: No 41, Anhang, s. 413—420. Ett ex. af denna tidning är bifogadt originalbrefvet (Linn. Soc., Vol. II: 247—250).

Till brefvet höra (Linn. Soc., Vol. I: 259—264) en del »Observationes» öfver fåglar, mollusker och insekter. Af innehållet medtages blott följande, som beröres i nästa bref.

— — — — — — — — — — — — — — —

. *Curculio* . . . . . longirostris femoribus muticis, angustus obscurus, thorace linea excavata longitudinali elytris postice bidentatis.

Fig. 5. Ex Guinea.

Descr. Magnitudo C. paraplectici sed valde angustior. Rostrum longum tenue instructum antennis extrorsum crassioribus, articulis æqualibus. Thorax conicus teres linea longitudinali supra excavatus. Elytra lævia, sulco longitudinali unico utrinque juxta suturam; elytrorum apices bidentati; dentium exterior utrinque validior. Femora mutica. Color totius corporis obscurus v. coffeatus (ut ita me exprimam).

Curculio amphisilis, longirostris, muticus, thorace linea excavata longitudinali, elytris postice caudatis.

Fig. 6. Ex Guinea.

Descr. Præcedenti longior, crassitie æqualis. Rostrum longissimum apice latius, antennæ ut in præcedenti cui simillima excepto rostro et apice elytrorum in caudam producto. Femora mutica. Color ut in præcedenti.

Obs. Nomen *amphisilis* desumo ex Kleinii pisce utrimque rostrato.

— — — — — — — — — — — — — — —

Carabus 10-maculatus niger elytris sulcatis maculis 10-albis.

Fig. 13. Habitat in Cap. b. spei.

E majoribus. Totus niger. caput grande, thorax angulato-cordatus gibbus immaculatus, linea longitudinali per medium excavatus. Elytra profunde sulcata sulcis IX. maculisque 10 albis sparsis notata.

Varietas alia præcedenti simillima macula alba utrinque ad angulum thoracis anticum. Fig. 13.

— — — — — — — — — — — — — — —

Formica omnivora habitat cum cæspitosa.

249.

Viro clarissimo
Dno Mart. Thrane Brunnichio
s. pl. d.
Car. von Linne
Equ.

Tuas d. 25 octobris datas rite accepi, nec pulchriores gratioresque excepi; ditatæ enim erant illæ tam pulchris Naturæ speculis, ut nescio num pulchriores viderim. Insecta enim erant omnium rarissima et egregie conservata; reliqua delineata tamque affabre proposita ut defectum subjecti vividissime ponebant ante oculos.

Singula videbis proximo anno v. D. in Systemate Naturæ proposita cum Tuo nomine adposita ac si ea ipse edidisses in publicum

Carabum tab. tua 13 ante accepi e cap. b. spei

Curculiones Tui f. 5 & 6; ut dubius hæream num vere differant a meo Curculione anchorago 48

Tuæ amicitiæ debeo unica Insecta pulcherrima *Spengleriana* et *conchas* istas rarissimas.

Utinam scirem qua ratione possem Tibi gratissimum reddere officium, quæ me cumulasti tot tamque splendidis beneficiis.

Accepi nuper stupendam collectionem plantarum non tantum ex Capite bonæ spei, sed et e java ac Japonia, quæ me mancipabunt per aliquot menses, antequam potero omnes extricare[1].

Prævideo quod in Te obtinebit Daniam[!] brevi lumen fulgentissimum. Fausta anni ingruentis auspicia Tibi exopto. vale

dabam Upsaliæ 1764 d. 20 Decembris.

Me doceas oro quid sperandum sit de Forskåleanis mss et collectionibus, num accessere in Daniam? num brevi publicentur. utinam non diu laterent et exponerentur ulterius invidis fatis.

Cantharidem lucidam antea habeo; ut et *Gryllum* istum ex Africa, licet majorem.

Formica omnivora etiam hic nuper observata et copiosissima. sub initium Augusti examina instituit nebulæ instar per aera volitantia, solemque sæpe occultantia, e quibus depluunt binæ binæque junctæ, miro spectaculo

vale.

Utanskrift:

a Monsieur
Mons^r Mart. Trane Brunniche
frijbr. *Kopenhafn*

Sigill VIII; rödt lack.

Tryckt i Schiödte, s. 511—512. I utdrag i Nyerups program (se under bref 247), s. 20.

[1] Detta afser troligen växtsändningar från professorerna Burman i Amsterdam.

250.

Viro Perillustri et Generoso
Equiti Dno Carolo von Linné
S. pl. d.
Mart: Thrane Brünnichius.

Literas Tuas favoris maximi insigne documentum rite accepi, pro quibus et omni Tanti Maecenatis favore atque honore devotissimas, quas possum, exsolvo gratias. Semper enitar, ut mea exigua conamina nec prorsus indigna, quæ Tuis subjicientur oculis, judicentur. Hactenus in historia naturali citra ullum præmium occupatus fui discipulus tanti magistri. Præmium jam, Te nempe Fautorem, retuli. Faustum atque felicem annum jam inchoatum et omnes secuturos reddat Tibi Deus T. O. M! Augeat ille dies Tuos! qui semper ejus magis magisque manifestam reddidisti et amplius reddes gloriam, sic perficitur ista scientia, quæ tantis, Te Autore, incrementis flore jam gaudet ætatis. Mihi autem, ut in posterum faveas, obnixe rogo.

Literas Dno. Spenglero datas tradidi, ejus quoque felicia anni ineuntis vota Tibi refero, grates simulque maximas, pro omni, quo eum condecorasti, honore.

Curculionem anchorago nunquam vidi, meos itaque huc retulissem, si femora illis fuissent dentata. Clavata quidem sunt in his ut in reliquis hujus generis plurimis speciebus, nullum autem ne minimum quidem dentis in ullo femorum observatur vestigium. Quod certissimum esse convincere potest nuperrime reiterata inspectio speciminum. Color quoque differt nec flavedinis quid in meis observatur. Invicem sunt simillima fig. 5 et 6 nec nisi rostri longitudine ejusque et elytrorum apicibus differunt, ideoque forsan sexûs tantum sunt varietates.

Bullæ istius à Dno Spenglero missæ plura restant exemplaria huic simillima, ideoque nova me judice debet esse species. Nunquam antea bullam hanc ut et cardium Spenglerianum in museis observavi, hoc autem anno plura cum navibus è China redeuntibus adducta sunt specimina.

Gratulor Tibi, Vir Generose! de collectionibus istis plantarum, quibus nuperrime ditatus es, vitam viresque Tibi conciliat Deus! ut brevi scientiam eis vicissim ditare queas. Digniori æstumatori haud unquam offerri possent rerum naturalium gazæ.

Fata Mss. et divitiarum, si ita jamjam vocari liceat, quas b. Forskål vita redemit, adhuc manent incerta. Adducta sunt ante aliquot annos collectanea hujus è mari mediterraneo et confinibus terris, imo nonnulla ex ipso Ægypto. Lætam hanc vidi messem, insigne testimonium diligentissimi viri, cistulas nempe insectis repletas, avium nonnullarum exuvias farcitas, cados pisces, amphibia, conchas etc. in spiritu continentes, sed, proh dolor! fugitivis, ut ajunt, oculis, ita ut nulla sub examen à me revocari possent. Tradita jam sunt Dno Ascanio[1] una cum paucis aliis de Arabia missis. Nescio, sed optandum foret, ut nè harum rerum inprimis piscium magna pars putredine et injuria temporis esset corrupta, et sic inanes evaderent labores. Reliqua, quæ supersunt, collecta, una cum diariis adhuc restant cum Dno Nieburg[2] in portu Indiæ Bombay, unde literas hujus viri ultimas de morte Krameri habuimus. Semel quoque a piratis spoliatæ sunt cistulæ de Societate transmissæ. Alia, quæ ad historiam naturalem non pertinent, transgredior. Inter Arabicas conchas maxime notari meretur cardium, quod mihi longo abhinc tempore monstrabat Dnus Spengler. Nemini scriptorum, quantum scio, est notum, ideoque descriptionem, qualem suppeditat memoria, dabo: C. testa cordata, angulata (alba) valvulis angulatis longitudinaliter abrupte sulcatis lævibus, plica ad nates conchæformi testam connectente. Nates an distantes an approximati non recordor. Ceterum magnitudine et statura accedit cardio medio. Plica non est monstrosa quod symmetria et dentium insertio docet. Figuram ejus videbis in Regenf. test. 2. cujus tabb. æneæ omnes nondum incisæ.

Formicam omnivoram solem quasi obnubilare ipse observavi in turre astronomico, ubi ingentem vidi catervam.

En Vir Generose! nova mea conamina circa minutissima quædam testacea etc. Plura hac occasione Tibi offerre me vetat iter consulis jam festinantis. Alia huc adiit læta insectorum collectio Americana in museum nobilis cujusdam mercatoris Hafniensis, forte eam intra paucos dies videre mihi contigerit. Nova quæ sint, natura vel figura et descriptione, si possible est, Tibi communicabo. Plura de meis brevi dabo. Quæ ad manus sunt mitto. Ejusmodi sunt seqq.

a. Scarabæus viridis à Roesel (ni fallor) delineatus in Syst. nat. non obvius. Jaspideum ob colorem opacum nuncuparem. E collectione Holland. ideoque ignotæ mihi est patriæ.

b. Scarabæus quem hispidum voco. Multa hujus specimina in via publica arenosa legi. aliqualem ejus dedi descriptionem in Prodromo Insectol. Siæl. p. 26.1.

c. Curculio, ut puto albinus, fossula pectoris pro rostro. Femora villis dentes mentientibus sunt instructa.

d. Blatta è China navibus adducta satisque frequens in domibus quibusdam ubi gryllos domesticos devastasse dicitur. Ad lapponicam in multis accedit, sed satis differt. (Lapponica in sylvis nostris haud infrequens.)

Alia præterea in scatula reperitur larva si non foemina cantharidis cujusdam peregrini, nescio unde.

Abiit Islandiam stipendio Regio Dnus König[3], ut vegetabilia et alia indagaret. Nonnulla misit ad regnum lapideum maxime pertinentia. Quæ in annexis observationibus meis descripsi testacea maris Norvegici, missa mihi sunt à Rev. Dno Ström[4], ut eorum ipsi communicarem descriptiones. Ignoscas Vir Generose! qui in descriptionibus sint commissi errores. Vale.

Dabam in domo Elersiana d. 3 Januarii 1765.

P. S. Abiit Consul Dnus Koustrup, qui scatulam C. v. L. notatam secum habet et Tibi prima occasione transmittere curabit. Epistolam hanc itaque Nuncio publico dare coactus sum Vale.

Linn. Soc., Vol. II: 251—252. Till större delen tryckt i Schiödte, s. 413—415.

[1] Peder Ascanius, se denna del, s. 94.
[2] Carsten Niebuhr, se denna del, s. 106, not 3.
[3] Johan Gerhard König, se Afd. I: D. 2, s. 357, not 5.
[4] Hans Ström, norsk präst och naturforskare, född 1726, död 1797.

251.

Viro Perillustri et Generoso
Equiti aurato
Dno. Carolo von Linné
Fautori Optimo
S. P. D.
Mart. Thr. Brünnichius.

En, Vir Generose! lætæ messis Americanæ decimas quasdam Tibi quam modestissime oblatas. Plures restant vel jam descriptæ vel amplius determinandæ. Museum Reginæ Svec. nondum vidi, ideoque facile inter meas novas species invenies, quæ jamjam ibi descriptæ sint. Brownii

Jamaicam intra breve tempus accipio, unde recognoscam, quæ forte ibi antea delineata sunt insecta. Te annuente, Vir Generose! descriptiones et icones aliquot Concharum insectorumve Societati Reg. Scient. Upsal. offerre aggrediar[1]. Observavi, sed nimis sero, missis nempe jam proximis literis, *Patellam fissam* descriptam esse in Syst. Nat.; sed, ni fallor, vertex in specimine misso, cujus plura non possideo, haud erat perforatus, ut adeò eam inter vertice perforatas non quærerem. Falconem sub nomine argentati vel cani a me descriptum inveni inter Frisch. av. tab. 79. Anatem penelopem fronte alba mihi de Cimbria promisit amicorum quidam, ut adeò tunc certius de meis in Ornithol. Bor. sub hoc nomine descriptis anatibus judicare qveam. Sine dubio restat heic in museo specimen anatis, quam Penelopem dixi, absque macula frontali, ita ut hanc, si jusseris et occasio adest, transmitterem. Aves quarum descriptiones in proximis dedi literis in museo sunt Dni Fleischeri, qui eas vere appropinquante Dno Pennant, ut æri incidantur, mittit; nec in duplo sunt specimina, ideoque minus accurate mentem forte in pristinis literis explicavi, siquidem ex literis Consulis Danici cognosco, Te harum exuvias farctas exspectasse. Jam accepi de America *Curculionem anchorago* cum definitione tua optime congruentem, in multis quoque convenit cum meis Curculionibus antea descriptis sub no. 5 et 6, sed differt ab his *Curculio anchorago* femoribus dentatis atque elytris punctis excavatis flavoque striatis nigris, apice quoque elytrorum truncato. In meis autem elytra sunt coloris castanei, lævia excepta stria unica ad suturam elytrorum, femora quoque sunt mutica; alteri rostrum est apice dilatatum ut in C. anchor:, elytra quoque huic sunt in caudam quasi producta, oculi et regio thoracis circa caput rubent. Alteri rostrum est subulatum elytrorumque apices bidentati, oculi nigri, sed regio thoracis juxta caput rubet. Antennis discedunt omnes à reliquis curculionibus, utrum sint species distinctæ vel varietates sexus? Si sunt varietates, attentionem tamen merentur, nam vidi de singulis duo specimina, invicem quoad omnia perfecte convenientia. Dari pleuronecten hypoglossum oculis sinistris refert Rev. Dnus. Ström Söndmöer I. p. 300. Piscem nuperrime vidi Islandicum longitud. circiter 2 ulnar. latitud. circiter $^1/_2$ uln. corpore admodum compresso, pinna ventrali nulla, quantum ex inspectione momentanea judicare licebat. Ni fallor est Lepturus Artedi sed cauda est pinnata. Inter collectanea est Societatis scientiarum una cum Onisco pedibus 6. ideoque sub nomine pediculi mihi ab Islando monstrabatur, qui tamen eum in humidis terræ habitare referebat. Foemina hujus ovario erat instructa.

Americanas naturæ gazas colligere jam parat Civium Hafniensium laudatissimus et opulentissimus Vir Dnus Ryberg[2], mercator aulæ Regiæ (Hof-Agent) nec ei erit difficile, siquidem plurimas sic dictas colonias americanas ipse possidet. Lignorum pulchram acquisivit collectionem, quorum ramulos fructificantes jam arcessiri curat.

Favore insigni Mæcenatis mei, Patroni universitatis hujus Dni Excell: Ottonis de Thott[3] exteras terras visitare ad studium historiæ naturalis et oeconomicum excolendum æstate bono cum Deo aggredior. Mense Augti Lugdunum Batav: redit ex peregrinatione sua Dnus Pennant, qui, me tunc temporis ibidem adesse invitavit literis, ut eum in Angliam sequar. Hujus viri tantum favorem renuere haud debeo. Itaque Angliam deserens summo cum desiderio, volente Deo, Upsaliam proficiscar. Interim conatibus meis favorem apprecor . . .[4] ad omne officii genus semper invenies devinctissimum.

Intra breve tempus delineationem simul et accuratam dabo descriptionem Cardii istius Arabici. Vale, Vir Generose!

Dabam Hafniæ
e domo Elersiana d. 16. Febr. 1765.

Utanskrift:

Societati Regiæ
Scientiarum Upsaliensi
à
Upsala

frco
Elseneur.

Linn. Soc., Vol. II: 253—254. Tryckt i Schiödte, s. 416—418.

Till brefvet höra beskrifningar med teckningar öfver 25 »Insecta Americana» (Linn. Soc., Vol. II: 255—256), hvilka dock ej här medtagas.

[1] Någon afhandling af Brünnich finnes icke i Upsala Vetenskaps Societets Acta.

[2] Niels Ryberg, dansk köpman, född 1725, död 1804.

[3] Otto Thott, dansk grefve och statsman, född 1703, död 1785.

[4] Ett par ord här bortslitna i brefvet.

252.

Viro Generoso et Perillustri
D^no^ Carolo von Linné
Equiti

S. pl. d.
M. Th. Brünnichius.

Jam in eo est ut Regio mandato simulque Regiis sumtibus iter aggrediar intra 3 proximas septimanas. Vi hujus mandati debeo excolere studium oeconomicum et hist: nat: easque ipsas scientias publice docere ex itinere reversus. Hollandiam et Angliam primum visitare mihi incumbit, deinde bono cum Deo Sueciam petere est animus. Si in hisce meis itineribus occurrat aliquod, in quo observando Tibi inserviam, mandato obsequar.

Occasionem exspecto, qua data mittam Tibi aves sequentes: *Falconem lagopod:* Ornith. bor. 15. *Tringam ferrugineam* et *Tringam maritimam* Ornith. bor. 180 et 182.

Observationem feci circa *Colymbum arcticum* sc. quod junior (non pullus) similis est parenti tam quoad abdominis album, quam quoad dorsi colorem nigrum et maculas quadrangulares albas; differt autem pullus in eo quod loco maculæ istius, magnæ atro-purpureæ in colli parte supina area adest ejusdem magnitudinis ex albo nigroque varia, inde concludo Colymbum torquatum esse speciem distinctam.

En Vir Generose heic datam descriptionem Cardii Arabici, inter spolia Forskåleana, quorum pars restat cum D^no^ Nieburg, antea nominati: *Cardium Societatis v. Forskaaleanum v. Scrobs v. Strumosum.*

Testa subquadrilatera valvulis angulatis, longitudinaliter sulcatis postice scabris; vulva conchæformi plicata, supra anum concavum inter nates distantes propendente.

De Arabia missa 1763. Testa cordata alba, solidior, semipellucida longitudinaliter sulcata excepta regione infra anum magna lævigata, sulcorum vix distinctis rudimentis (an reformatio naturæ?) Sulci laterum anticorum et posticorum singuli punctorum excavatorum serie distincti, et sulci laterum posticorum alia punctorum eminentium serie scabri. Testa intus alba lævibus sulcorum rudimentis notata. Nates distantes versus anum oblique curvatæ acutæ. Anus rotundatus valde impressus scrobiculi instar, magnitudine nucis avellanæ. Vulva antice minima,

rima angusta haud pervia. Labia postice sub natibus dilatata in formam lunatæ conchæ, longitudinaliter rugosæ, plicata et supra partem ani propendentia.

Insecta restant nonnulla nova, quoniam autem nondum meum de Suecia exemplar Musei L. V. accepi, ea indeterminata relinquere coactus sum. Vale Vir Generose! et conatibus meis in posterum fave. Dabam Hafniæ d. 23 Junii 1765.

Si aliquod mihi officii genus mihi injungendum habes vel alia de causa me literis ante abitum meum honorare Tibi erit animus, eas insequenti modo ad me ut dirigas rogo:

à Monsr.
Monsr. M. Th. Brünnich
à Copenhague

at afleveres paa Nørregade næst ved Dyr-kiøb hos Lieutenant Plöen.

Utanskrift:

Societati Regiæ Scientiarum Upsaliæ
à
Upsal.

Linn. Soc., Vol. II: 257—258. Till större delen tryckt i Schiödte, s. 418—419.

253.

Viro Generoso et perillustri
celeberrimo D^no^ Carolo von Linné
S. pl. d.
M. Th. Brünnichius.

Per menses tres jam proxime præterlapsos in Cimbria degi; ubi pauca tantum legi naturalia. Betula nana ibi inter ericam haud est infrequens. In pratis juxta Endrupholm legi hypericum humifusum. Sub erica plerumque frequens est Lichen rangiferinus humilis. Vidi pullos cuculi nutrimentum accipientes à motacilla flava et alauda arborea simul, prior tamen videbatur novercæ officium melius præstare præ altera, nam ubi nullus locus commodus, in quo pedem figeret, dorso cuculi sese imposuit, id quod alaudam haud vidi fecisse. In littore maris Germanici insulam Fanöe alluentis novam speciem Charadrii occidit Dnus Teilman,

tanta harum avium erat copia ut littus omne iis abundaret. Eam ita descripsi: *Charadrius supra albo nigroque varia, subtus candida, rectricibus intermediis longioribus, linea à rostro ad oculos fusca.* Magnitudo alaudæ, celerrime currens minus timida. Habui vel 20 exemplaria in quibus omnibus ne minimum digiti postici erat vestigium. Eam nec in Tuo nec Brissonii systematibus invenio descriptam. Tectrices inæquales cinerascentes marginibus apiceque albis. Prolixam dare descriptionem vetat angustum spatium. Rostrum pedesque erant nigricantes. Habeo etiam novam speciem canceris, licet minutissimam tamen ob spinas frontalem et ani singularem. Chrysomelam legi polygoni similem sed thorax utrinque valido armatur dente et nonnulla alia, quæ alia occasione vel in natura vel descripta, ut occasio fert, Tibi offeram. Hac occasione nonnulla de erroribus in ornithologia mea commissis addam, meliora edoctus. Strix N° 17 irides oculorum habet luteas, Strix 18 irides habet avellaneo-nigras, ideoque ultima debet esse Aluco. Anas 72-74. non est penelope, nescio an sit nova, marem et foeminam ante meum abitum dedi amicis, ut per Consulem Koustrup Tibi mitterent, nescio an advenerint; illis sequebatur falco orn: bor: 15. Penelopen postea vidi in Cimbria. Catharactam Cepphum iterum occidit quidam in campis Cimbriæ, ubi tranquilla admodum circumambulabat licet sclopetum 3 frustra displosit venator. Recentem habui et inveni in ventriculo et omnibus visceribus ingentem copiam Scarabæi stercorarii. Mas erat. Magnitudo erat eadem cum nostra in ornitholog. descripta, sed color variabat ita, ut hæc coloris erat fere cuculi canori, hinc definitio ita erit mutanda. *Cepphus corpore undulato, ala notha* nigra maculis albidis. Capiebatur initio 7bris. Colymbi (arctici orn: bor: 133.) pullum Hafniæ habui ex Bornholmia, differebat à descriptione gutture et colli parte prona albis nigro punctatis. Scolopax falcinellus (orn: bor: 167) est varietas Tringæ alpinæ, rostrum in omnibus erat paulo decurvatum. Frequens avis ad littora maris germanici. Tringæ squatarolæ duplex datur varietas, utrum sexus? Altera similis est Charadrio apricario, altera Charadrio pluviali, ut easdem diceret, qui digitum posticum minutissimum non observaret. Conveniunt varietates *Corpore fusco albo luteove maculato rostri apice crassiore, ala notha (sub alis) nigra.* Ad littora maris German: degunt et ob similitudinem cum Charadriis jam dictis *Strand Hieiler* dicuntur. Volitant gregatim. Charadrius Alexandrinus nidos construit in insula maris germanici *Langlebierge* dicta. Jam Leydæ collectionem Avium etc. Universitatis proprio marte perlustrare est animus, et ubi collectiones desunt perlustrandæ, Hagam adeo, inde Angliam peto. Si heic vel alibi Tibi ullum præstare possem officium, honorem semper habeam. Literæ

mihi ita inscribuntur: *à Mons^r Mons^r M. Th. Brünnich à Leyde op te Langebroke in't Mantelhuys.* Exuvias Charadrii novi si occasio fert, Tibi mittam. Faxit Deus T. O., ut diu lætus nobis intersis, præsens tunc ipse testabor, quanta observantia Viro Tanti nominis sum addictissimus. Vige, mihi verò ut favere pergas, rogo. Dabam Leydæ d. 18 Octobris A° 1765.

Utanskrift:

a Monsieur Mons^r Charles von Linné Chevalier de l'Ordre de Nordstiernen Medecin premier de Sa Majesté le Roi de Suede, Docteur et Professeur en Medicine et botanique, Membre de l'Academie d'Upsal, de Stockholme, de l'Academie Francoise, de Russie etc. etc. à Upsal
franco Hamburgh

Linn. Soc., Vol. II: 265—266. Tryckt i Schiödte, s. 419—421.

254.

Nobilissimo Juveni
DD M. T. BRUNNICHIO
Amico suo perdilecto
s. pl. d.
Car: Linne
Equ.

Lætabar magnopere Tuas accipere literas, quum non noveram ubi nunc temporis degeres, antequam Tuæ die 18 datæ reddebantur Leyda. Jam degis ubique plurima collectanea asservantur. Optarem Tecum esse eaque perlustrare. Ne obliviscaris Insecta, Papiliones &c. quorum stupenda exoticorum copia prostat Amsteledami et alibi

Si adeas D Burmannum Professorem Amsteled., D. Royenum Professorem Leydensem, D. Gronovium Consulem Leydensem devotissima mea ipsis dicas; sunt enim hi inter Belgas primarii Triumviri artis nostræ.

Si adeas Hagam inquiras D. Pallas Berolinensem, juvenem acutissimum in Entomologicis, ornithologicis et tota natura versatissimum; eum meis salutes verbis et dicas, quod ut ut ejus acceperam in appendice novas species Avium, ad eum Hagam dedi literas, sed quod responsorias non obtinuerim.

Quomodo procedit cum opere illo, quod delineat Coleoptra, cujus tantum accepi primam tabulam e Belgio.

Quod Motacilla alat Cuculum quotidie per æstates vidi, sed cur Alauda simul eum nutriret, ego non capio

Multum Tibi obstrictus pro pulcherrimis Tuis observationibus de Avibus, quas adeo candide communicasti. sudat jam Systema naturæ, in quo videbis Tuum nomen ad omnia et singula quæ me edocuisti

Aves per Consulem Koustrup missas non dum accepi.

Bradypum, si adhuc vivat, videbis Amstelædami apud Blau Jaen; dicas mihi quænam ibi hodie animalia occurrant.

Museum rerum naturalium quod instruxit pie defunctus Princeps aurisiacus erit stupendum; nec potest aliter esse, cum India orientalis facile tota, caput b. spei et Surinamum, quæ proferunt maxime stupenda naturalia Belgis subjecta, unde possunt mandare omnia. Certe si velint curiosi Bollani neque museum Britannicum, neque aliud quodque cum ipsorum comparari queat.

Anne Leydæ occurrat collectio Piscium? in nulla parte Historiæ naturalis major defectus. Si evolvas Valentyni[1] Indiam vetus Belgice, videbis quot ignotos pisces alat mare indicum. Dolendum quod nullus eos studiose colligat et describat.

Ne delasseris oro frequenter ad me scribere de iis quæ vides; hæc me reficiunt, excitant et refocillant sub ingravescentibus annis; si umquam queam reciprocis officiis inservire non intermittam.

dab. Upsaliæ 1765 d. 2. Novembris.

Utanskrift:

a Monsieur
Monsr M. Th. Brunniche
op te Langebroke in t Mantelhuÿs
frijbr. *Leyden*

Sigill VIII; rödt lack. På brefvet har Brünnich antecknat: Responsorias dedi Londini d. 2 Martij 1766.

Tryckt i Schiödte, s. 513—514.

[1] François Valentijn (född 1656, holländsk präst och resande, död 1727), *Oud en Nieuw Oost-Indiën* (5 delar fol., Dordr. & Amsterd. 1724—1726).

255.

Generoso & Perillustri Equiti
Celeberrimo D° Carolo von Linné

S. pl. d.
M. Th. Brünnichius

Litteras Tuas Lugduni apud Batavos acceptas, favorem in me indicantes insignem, perlegi cum maxima æstumatione, earum responsorias dare nunc primum permisit tempus. Amstelodami sæpius adibam Dnum Burmannum & filium, Lugduni Gronovianas collectiones pluries perlustravi. Horum devotissima Tibi annuntio. Dnum Royenum Lugduni tunc temporis non præsentem haud vidi. Dr. Pallas inveni Hagæ Com. talem qualem eum descripsisti, se nullas de Te vidisse literas affirmavit. Zoophyta edere incepit omnia, novisque descriptionibus omnia, quæ vidit, proposuit. Systema elegit novum. Figuras habet nullas sed tantum excitationes Autorum, quos non semper debita tractat modestia. Scientiam multis observationibus novisque detectis adauxit, optandum ut virtutem viri simul cum eruditione monstraret singula pagina. Opus de Coleoptris sero prodibit. Non videbam plures tabulas excisas quam unica ista sed ingentem numerum iconum elegantiorum. Tempus terent novo effingendo Systemate, et siquidem nullum intelligunt, procedunt numerando, hinc illis arridet[!] Geoffroy. Sed cum eorum scopo haud est sufficiens, vel interdum defecto ipsorum, innumera genera miris nominibus dicta effingunt. Eo ordine opus aggredi tabulasque edere propositum habent. Vir iste senior debilis adeo, ut vix vita illi erit duratura in tantum tempus, quod huic sufficiet operi. Filius ejus bonus quidem vir, sed patre multo ignorantior. Spero Te jam accepisse aves per Dn. Koustrup. Bradypus Amstelodamensis erat mortuus. In Vivario ibi haud rara erant animalia, vidi Simiam caudatam fronte rugosa subnuda, dorso nigro, collo humeris et pectore albidis ex Surinam, sonum edebat pipientem, magn. minoris cuniculi. Paucas vidi Simias ideoque nec potui determinare utrum descriptus erat nec nè. Animal forte Viverram digitis 5. dentibus incisoribus infra nullis ideoque de ea hæsitabam. Reliqua erant Viverra *mungus*, Hystrix, Felis apicibus auricularum flocco pendulo instructis, *Brisson* ni fallor. Quando ab Anglia per Hollandiam ad Parisias pergo, melius præstabo observationes, quas tunc temporis occasio non permisit. Degi Hollandiæ usque ad finem ferè Decembris, ut videas circumscriptum mihi fuisse tempus. Atque cum in Univ. Hafn. jam constitutus sum Docens Hist. Natur. & Oeconom. non licuit mihi jussu

Præsidis ejusdem Univ^{tis} majore uti tempore. En nonnulla quæ ibi descripsi maxime singularia.

1. *Lemur biunguiculatus* fuscus plantarum digitis 2 & 3 subulatis cauda mediocri. Ex Macassar incolis Podie dictus. Ni fallor idem cum Buffonii. *Mus. Dr. Schlosseri.*

2. *Falco* . . . . cera lutea corpore fusco, rectricibus cinereis fasciis 3 fuscis. Ex America *D. Voet.* Magn. Tinnunculi, cauda æqualis alis longior; rectricum fascia una ad basin, una in medio et una ante apicem caudæ, remiges primores introrsum ferruginei fasciis fuscis.

3. *Scolopax* . . . . . rostro deorsum arcuato, corpore nigro dorso alisque atro-coeruleis. *Mus. D. Voet.* qui eam in Hollandia captam asserit. Magnitudine Lapponicam superat. Color dorsi & alarum ut in Pelecano carbone. an Ibis nigra?

4. *Ardea pygmæa.* capite lævi, supra nigra subtus tectricibusque alarum albidis. In Belgio *Mus. D. Voet. & alior.* Magnitudo Vanelli facies autem A. stellaris. Capitis vertex dorsum, cauda, & remiges nigræ. Latera capitis, collum, pectus, abdomen ut et tectrices alarum albido-flavescentia.

5. *Chætodon Argus* spinis dorsalibus XI. corpus maculis rotundis plurimis nigris cauda integra. Ex India. *Mus. Dr. Schlosseri.* D$\frac{11}{25}$ P. 13. V. $\frac{1}{6}$ A $\frac{4}{18}$ C 12. Figura triplo major.



Fig. 5.

6. *Cimex 2guttatus.* oblongus niger thorace scutelloque acute spinosis. elytris maculis 2 albidis. Ex Guinea. *Mus. Dr. Schlosser.*

Fig. 6.

Magn. Valgi. Rostrum breve arcuatum. Antennæ longitudine corporis ferrugineæ basi nigræ. Thoracis segmenta duo, anterius angustatum, elevatum, rugosum, posterius latius, supra læve lateribus dente valido, scutellum tridentatum dentibus erectis. In singulo elytro juxta scutellum macula magna rotunda lactea. Femora omnia nigra medio exalbida. Tibiæ è nigro rufescunt. Plantæ rufæ. Rostrum ut in C. personato.

7. *Scarabæus æruginosus.* muticus pallide viridis. *E Tunetano regno.* Mus D. Rengeri. Magn. & Stat. Sc. horticolæ. Color viridis instar æruginis nativæ.

8. *Scarabæus 6-punctatus.* muticus flavus punctis elytrorum 6 nigris. *Ind. Orient. Mus. v. Hoey.* Magn. Melolonthæ. In singulo elytro puncta tria, unum apicis duoque marginis exterioris.

9. *Scarabæus sternicornis* viridi cyaneus vertice subcornuto pectore antice cornuto. *Guinea. Mus. Dr. Schlosser.* Aurato major, thorax muticus vertex antice recurvatus in medio cornu exiguum tuberculi instar deorsum spectans. Vidi Hafniæ apud D. Fabritium speciem Scarabæi quem ex Surinamo in Svecia acceperat, cui valde affinis erat noster qua caput, ni fallor erat viridis margine toto flavo. Pectus antice valido mucrone versus corpus hamato armatur.

10. *Cassida 6-linearis v. abrupta.* C. rufa lateribus nigro fasciatis. Inter maximas, elytra thorace latiora margine lineis utrinque 3 transversis nigris. *Ind. orient. Mus. v. Hoey.*



Fig. 10. 11. 12.

11. *Cassida 7-maculata.* C. nigra maculis elytrorum 7. albis. *Ind. or. Mus. v. Hoey.*

12. *Cassida 4-maculata.* C. flavescens maculis elytrorum 4 nigris. Ibid. Magn. et facies Cassidæ nebulosæ.

13. *Cassida angustata.* C. flavescens elytris postice angustatis. *Ind.* Mus. D. Lib. Baronis *Rengers* Hagæ Com.

Fig. 13.

14. *Chrysomela bispinosa* ovalis viridis elytrorum angulis in spinam prominentibus. Major Chr. Populi totus viridis. Thorax 4 punctis interjecta lineola impressus. Elytra inordinate punctata. Anguli elytrorum prominent spina compressa magna. *India.*

Fig. 14.

Fig. 15.

15. *Chrysomela 14-punctata.* cylindrica femoribus posticis crassioribus dentatis, capite thoraceque rufis, elytris flavis punctis 14 nigris. India. Mus. D. Voet. Statura fere bipunctati sed major.

16. *Cancer* . . . . . brachyurus thorace inæquali spina unica frontis, alia supra caudam * Figura aucta. ** Magnitudo naturalis Pediculo paulo major glaber totus. Frons inter oculos prominet lamina dilatata ovata, disco concava, quæ terminatur spina valida. Antennæ spina frontali paulo longiores. Thorax inæqualis è cujus medio oritur valida spina quæ horisontaliter supra caudam extenditur. Cauda teres articulis 5 globosis. Chelæ ovatæ læves. Color totius pallide flavicans exceptis oculis nigris.



Fig. 16.

Ipse inveni eum in sabulo ad littus maris Germanici in insula Fanöe mense Septembris 1765.

17. * Est tubus magnitudine naturali ex arenulis minutissimis fabricatus utraque extremitate apertus. Delineatur ni fallor apud Klein. Tub. tab. 1. f. 5. Quo referendus? Anne erecti aliquando steterunt?

Fig. 17.

** Animal est sine dubio Nereis. Inveni illud in tubo isto arenaceo inter alios tubos cum arena ad littus ejectos. *Insula Fanöe.* Inveniuntur et ad littus Catwyk & alibi Belgii.



Fig. 18.

Fig. 19.

18. *Gryllus Mantis* thorace lævi elytris brevissimis, alis abdomine brevioribus. *Foemina.* Figura magnitudinem naturalem exhibet. Thorax lævis, elytra brevissima venis elevatis carina laterali longitudinali angulata. Alæ elytris triplo longiores sed abdomine multo breviores.

19. *Gryllus* mantis thorace duplici dentato elytris brevissimis, alis abdomine brevioribus. Mas. Figura magnitudinem naturalem monstrat. Simillimus erat præcedenti, excepto thorace duplici serie dentium minutorum armato.

Elytra alæque in ambabus viridia, corpus luteum. Vidi ea in Museo Meyeriano Amstelodami, utraque adhuc in situ asservabantur eodem quo fuere capta, si in copula. Mas adhuc membrum suum masculinum insertum habuit sub abdomen foeminæ ad antepenultimum segmentum. Nec ullus Batavorum dolus heic apparuit.

20. *Curculio regalis.* brevirostris femoribus muticis corpore viridi sericeo fasciis rubro-aureis repandis. — E Peru. Magn. & Stat. *Germani.* Pulcherrimum insectum ex sericeo viridis fasciis aureis. Mus. Dr: Lyonnet. Hagæ Com: & Crameri mercat. Amstelod.

21. *Carabus* (Tunetanus) v. *musicus* flavus fascia per medium elytrorum lineolaque ad basin singuli nigris. *Tunis.* Magn. media. Mus. D. Rengers.

Fig. 20.

Fig. 21.

Fig. 22.

22. *Elater* speciosus albus lineis punctis maculisque nigris. *India. Mus. Meuschen.* Magnitudine E. Noctilucam superat. Totus albus. Figura satis animal repræsentat.

23. *Gryllus* mantis *pectinicornis* virescens elytris fasciis obliquis saturatioribus antennis pectinatis. *Tunis. Mus. de Rengers.* Facies & magn. Gr. precarii. Antennæ breves valde pectinatæ.

24. *Gryllus* mantis *siccifolius* capite utrinque postice mucronato elytris acutis margine anteriori sinuato. Statura religiosi sed dimidio minor. *Mus. Di. Voet.* ex India.

Fig. 24.

Fig. 25.

25. *Cicada diadema.* fronte rostrata muricata apice trifido. alis nigris rubro maculatis.

Candelariam magnitudine superat. Frons prominens singularis maxime, delineatum animal vidi in Sebæ thesauro Vol. IV. tab. 77 fig. 7. Solam frontem delineavi.

26. *Elater flabellicornis.* niger antennarum fasciculo flabelliformi. *India. Mus. v. Hoey.* Inter maximas, totus niger, in elytris 3 nervi obscure apparent. Antennæ breves (vid. fig.) extrorsum ornantur ingenti flabello ex 8 lamellis ipsis antennis longioribus constructo.

Fig. 26.

27. *Patella papyracea* v. *costata* vertice recurvo. T. diaphana compressa sulcata, dorso carinato. *Mus. Di Lyonnet.* Testa diaphana compressa tenuissima, sulcis transversis innumeris costarum instar. Vertex recurvatus. Dorsum carinatum membrana duplici tenuissima in crenulos excisa. Limbus testæ sinuatus; intus ad costam angulus acutus. Delineatus est à d'Argenville. tabul. . . . .

Fig. 27.

Sus Æthiopica dorso nigro; capite magno, lobo oculari utrinque unico nudo. Vivar. Principis Hagæ Comitum. Magnitudo suis domesticæ. Caput magnum latum per mediam longitudinem infra oculos acute elevatum supra oculos planum. In utroque latere paulo infra oculos lobus magnus oblongus crassus carneus nudus; sub oculis utrinque

saccus rugosus raris setis. Tuberculus infra saccos utrinque observatur unicus. Facies lobi dorsumque totum nigra, reliqua albida; aures supra nudi intus maxime villosi. Oculi approximati respectu capitis exigui. Cauda brevis nuda. Setæ dorsi longiores erecti. Ex Æthiopia.

Iconem jam audio dedisse Dr. Pallas qui simul observavit in hoc sue jam vivo & sceleto alius nullos esse dentes incisores!

Sus.

Capra.

Capra Hædus. cinereo fulvus lineis tribus nigris frontis. E China. Vivar. Principis Hagæ Com. Magn. agni unius anni. Corpus cinereo-fulvum, subtus album. Plantæ nigræ, pedes graciles, anteriorum crura nigra. Aures magnæ nudæ. Cornua brevia teretia acuta, longitudine aurium. Lineæ 3 nigræ frontis longitudinaliter ductæ una per medium, una a singulo oculo oblique ad lineam frontis. Os nigrum. Cauda brevissima.

Non sufficerent plura folia si reliqua observata mitterem. Jam Londini dego et per aliquot dies ob faciem tumefactam domi hærere teneor. Quamprimum restitutus fuero civitatem relinquam. Interim si me literis honorare velis, dirige eas, precor, tali modo: *To Mr. Brünnich to be left at Mr. Claus Heyde in Well-Close Square.* inde ad me di. . .[1]

Leydæ nulla sunt musea piscium, præter Gronoviana & Museum Lugdun: quod pauca continet. Alia sunt heic et ibi apud privatos sed omnia difficile describuntur ab aliis nisi eis qui per annum et longius collectores frequentare possunt. Spero Dn. Pallas descripturum fore quæ in hac et reliqua animalium parte Belgi possident.

Director Musei Principis Hagæ Com. est sane inter stupidos contemplatores; ignorantia ejus svadet invidiam, hinc noluit me ullum aliquod in hoc museo ornatissimo annotare, causam dixit quia ipse ea evulgare conabatur. Dolendum quod hæc sacra stupidissimo & maxime ignaro huic sunt concredita.

Museum Britannicum et alia Londinensia vidi aliquoties sed licet sunt magna multa tamen heic des[unt] quæ inter manus sunt Belgorum. Devotissima Dni. Ellisii & Dr. Solander tibi annuntiam. Viri isti maximam merentur æstumationem. Gaudeo me jam invenisse unum maximorum tuorum discipulorum, cujus doctrina simul et favore in me maxime lætatus eum. Si veniam Præsidis Universitatis Hafn. acquisitus fuero, Hispaniam proximo anno et inde per mare mediterraneum Italiam visitabo. Tuum de isto itinere consilium simul et commendatorias literas ad Hispanos mihi expeto. Me in eo ut in reliquo itinere habebis paratissimum. Vale Vir Generose mihique ut faves favere pergas. Dabam Londini apud Anglos. d. 4. Martii A° 1766.

P. S. Brissonii Phasianus cristatus Indicus est columba. Phasianus 18 edit. belg. Brisson. addita à D^no^ Allemand ni fallor est eadem avis cum phasiano 14. Briss. Vertex non assurgit in conum corneum ut descriptio vult, sed tuber iste corneus fronte insidet ad basin rostri. Figuram habet Pyri ut ex figura patet. Color tuberculi non virescens. Avis ipsa quoad colorem &c. convenit cum Phas. 14. exceptis solum rostro et pedibus quæ nostræ sunt rubra. *In Museo Lugd.*

Chrysomela bihamata, niger rubro maculatus, elytris truncatis hamatis.

Magnitudo Capreæ. (Corpore oblongo thorace angustiore). Caput minimum nigrum. Antennæ nigræ constant ex tribus articulis, duobus inferioribus globosis minutis & tertia exteriore thorace duplo longiore, medio crassiore, apice tenui acuto. Corpus depressum flavorubens, thorax subcylindricus postice latior, disco planiore rubro, lateribus nigricantibus, punctis minutissimis excavatis. Elytra singula sulcis 3. ex duplici ordine punctorum excavatorum, excepto sulco marginali ex serie punctorum solitaria constantes. Elytra postice truncata, singula spina magna incurva hami instar ad angulum exteriorem terminantur. Color elytrorum niger, linea longitudinalis, ad basin elytrorum utrinque juxta suturam nigram, rufa, et pone eam macula transversalis lineæ concolor. Pedes flavo rubri. Plantæ nigræ. India. *Mus. Di. Voet.* Obs. Multum convenit figura capitis, thoracis elytrorumque cum nova specie Chrysomelæ cujus descriptio Tibi ex Hafnia missa fuit sub nomine *Chr. rubricollis.*

Angliam relinquere non cogito antequam mense Julii v. Augusti. Tum per Hollandiam Galliam adire mensibus Dec. Januarii & Febr. Parisiis hybernare. Inde per Galliam Marsiglias peto. Quamprimum salus mihi redierit, cum D° *Pennant,* Londini degente, Provinciam *Wallis* adeo. Confusum istud chaos Historia Fossilium Di. Da Costa jam continuabitur novo Volumine; sed quod optimum, figuras addit Concharum Petrefactarum, quæ antea non sunt delineatæ. Vale & Vige Vir Generose! Me doceas rogo, quando exspectabimus Systematis editionem novam.

Prodiit jam Tomus 4^{tus} Thesauri Sebæ continens insecta etc. Perdita sunt omnia adeo ut descriptiones ex figuris sint fabricatæ.

Utanskrift:

a Monsieur Mons^{r} Charles [*de Linné Chevalier de l'Ordre de Nordstierne Medecin premier du Roi, Professeur en Med. & Botanic Membre des Societes d'Upsal, Stokholm, Petersborg, Paris, London &c. &c. à Upsala en Suede*

Linn. Soc., Vol. II: 273—274. Delvis tryckt i Schiödte, s. 421—424.

[1] Slutet af ordet bortrifvet.

256.

Viro Clarissimo — Upsal 1766. Mart. 31.
D^{no} M. T. BRUNNICHIO
Professori Haffniensi
s. pl. d.
Car: a Linné

Datas a Te literas V. C. d. 4 Martii accepi ejusdem mensis d. 27. ditissimæ erant hæ novis et curiosis observationibus; quantum itaque oblectamentum ex iis hausi efari vix possum; nec similes me legisse umquam memini.

Quod D. Pallas a me alienus sit, dudum intellexi; virum tamen amabo, si multis illustret scientiam, præsertim in Molluscis, ubi obscura sunt fere omnia.

Espectavi frustra Tuum ad nos adventum in proximam æstatem, certe a nullo majus oblectamentum hausissem.

D. Vosmaer[1] musei Hagensis præfectum novi ex unica epistola, in qua mihi describeret Lacertam anguinam, quod præstitit adeo

rude, ut ne rusticus pejus hoc faceret. Si redeas in Belgium, quæso videas istam Lacertam adeo obscuram, ut nulla magis paradoxa occurrat.

Tot mecum communicasti insecta rariora, ut Systema de insectis nesciam num magis meum, quam Tuum dicatur.

5 *Chætodon argus.* novus erat et plane eximius.

6 *Cimex biguttatus;* similem habeo, sed tamen a Tuo distinctum.

7 *Scarabæum æruginosum* in mea collectione possideo.

8 *Scarabæum 6punctatum* etiam possideo, mihi *Scarabæus floridanus* dictus; ex America obtinui.

9 *Scarabæus sternicornis* est meus *Scarabæus nitidus* 35. possideo.

10 *Cassida 6-linearis* e[s]t *Cassida variegata* 10, quam etiam possideo.

11 *Cassida 7maculata*
12 *Cassida 4maculata* } mihi novæ erant.
13 *Cassida angustata*

14 *Chrysomela bispinosa* mihi *Cassida bicornis Amoen. acad. 6. p. 393. n. 9.*[2] quam loco citato descripsi et possideo.

15 *Chrysomela 14punctata* mihi nova; an saltatoria, cum femora postica crassissima.

16 *Cancer minutus* singulare profecto animalculum.

17 Anne tubus Phryganeæ?

18 19 *Gryllus mantis* est *Gryllus necydaloides,* descriptus in *Amoen. acad. 6. p. 397. n. 32.*

20 *Curculio regalis* novus.

21 *Carabus tunetanus* novus.

22 *Elater speciosus.* certe egregius et novus.

23 *Gryllus pectinicornis* quem habeo, descripsi *Amoen. acad. 6. p. 396. n. 32.*

24 *Gryllus siccifolius* videtur a meo diversus.

25 *Cicada diadema* profecto stupenda est

26 *Elater flabellicornis,* non minus singularis

27 *Patella papyracea,* egregia omnino; non reperio apud Argenville.

Chrysomela bihamata, non audeo hanc assumere ob antennas, quæ videntur proprium genus indigitare, uti tota facies a Chrysomelis aliena est; mihi novum est genus *Hispa* dictum, quod comprehendit Criocerin spinis horridam Geoffr. 243. n. 7. nec non

Dermesten clavicornem, Syst. nat. ad hoc genus, si antennas Chrysom. bihamatæ rite ut soles delineasti, ea referri debet.

Systematis naturæ impressio pervenit ad pag 337 quæ de amphibiis incipit; inde videbis quam multum aucta sit.

optarem obtinere tomum 4^{tum} *Sebæ*, ut in insectis possem allegare figuras, sed vix obtinebo antequam insectorum classis typum subibit

Brissonii Phasianus cristatus a me ad *columbas* relatus est.

Da Costæ characterem dedisti profecto, uti ipse eum dudum concepi.

Sus æthiopica anne species *Hippopothami* vel affinis?

Capra hædus valde etiam singularis.

Tibi gratulor ex animo Professionem Haffniensem; certe digniorem numquam obtinerent.

Salutando D. Ellisium dicas ipsi velim, quod descriptionem istius Muddiguan propediem habebit in dissertatione de Sirene lacertina verbotenus exaratam, quam mittam quamprimum prelum reliquit[3].

Utanskrift:

To Mr. Brunnich
to beleft at Mr. Claus Heyde
in Well-Close square
frijbr. *London*

Sigill VIII; rödt lack.

Tryckt i Schiödte, s. 514—516.

[1] Arnaut Vosmaer, se denna del, s. 99, not 12.

[2] Dissertationens titel är: *Centuria insectorum rariorum*, som 1763 ventilerades med Boas Johansson som respondent.

[3] Dissertationen *Siren lacertina* ventilerades den 21 Juni 1766.

257.

Perillustri & Amplissimo Viro
Dno. Carolo de Linné
Equiti Aurato
S.
M. Th. Brünnichius.

Ultimas Tuas accepi Londini, responsum dedi ex Derbyshire iterumque scripsi è Transylvania, jam crederem ambas has literas esse perditas[1], maxime cum video nova ista animalia et quæ de auri mineris

Tibi communicavi, in Systematis editione nova non esse allata, ideoque de novo Tibi scribere cogitavi. Anno proxime præterlapso toto in Hungariæ Transylvaniæ et Banati fodinis fui occupatissimus, ante mensem Saxoniam primum ingressus sum, bonosque inter Lipsienses jam aliquot dies maxime utiles consumpsi. Museis inprimis Mineralogicis scatet urbs. Fodinæ Saxoniæ & Bohemiæ restant mihi visitandæ, ideoque intra aliquot dies amicos hujus loci relinquere cogor. Deinde e Saxonia per Hercyniam Hafniam peto, unde post aliquam quietem Sveciam & Norvegiam visitare aggrediar. En papilionem inclusam Danaum Asiatico simillimum nisi noster alis gauderet concoloribus, quæ in asiatico (nomen non in mentem venit) subtus sunt flavæ. Volitat in mense Septembris & 8bris in montibus Banati Temesvarici Wallachiam adjacentibus. Volatus tardus, quiescit alis patulis, expansis.

Obs: Montes sunt in territorio Turcorum, ab altera parte Danubii sito, Moldovam inter & Berzaskam *Columbatsch* dicti, hi videntur ad littus Danubii ubi sunt siti. Foramina v. cavitates habent amplissimas et, ut fertur, profundissimas. Nemo ascendit unquam ob præcipitium & altitudinem. Secundo fluvio iter feci usque ad Orsovam Turcorum, in quo itinere vidi circa has montes ingentes aquilarum & accipitrum cohortes, semper circumvolitantes. Ex his cavitatibus credunt incolæ prodire muscam quæ ob sequentia maxime est particularis:

Mense Aprilis & Maji cum vento australi veniunt nebulæ quasi harum muscarum, quæ boves aggrediuntur tanta copia et tanto veneno ut intra horæ vel duarum horarum spatium bovem occidant, nisi in vicinio sit domi, ubi accurrentibus bovibus focum faciunt Valachi, et ita circumstantes boves fumo ab hostibus liberantur, fumus nempe eas arcet.

Misit Imperatrix medicos ut inquirerent ulterius hujus plagæ naturam. Sed proh dolor! viri hi nunquam ad alias attenti muscas quam eas, quæ naso forte eorum insederant aliquando, nil observarunt; cute bovis detracta narrant apparuisse maculas quasdam flavas, in naribus boum quoque dixerunt hæsisse aliquot muscas. In aperto cadavere cranio &c. nil observarunt. Muscam hanc non vidi utpote tardius adveniens; mihi autem describebatur minima, forte e genere culicum. Proximo anno habebitur in Spiritu Vini et sic ulterius eam determinare sit possibile.

Scopoli[2] prodiit cum sua Mineralogia, si tacuisset. . . .!

Da Costa Societatem Angl. decepit ideoque absens jam dicitur. Ichthyologiam Massiliensem[3] edidi ipse, utinam Tibi arrideat. Exemplar mit-

tam si occasionem inveniam satis commodam. Vale Vir Perillustris mihi studiisque meis fave.

Scribebantur Lipsiæ. d. 5 Febr. 1769.

Diriguntur literæ pro me ita:

a Monsieur Brünnich.

abzugeben bey den Herrn Albert Friederich Gregory a Dresde

Utanskrift:

A Monsieur Monsr Charles de Linné Chevalier de l'Ordre de Nordstierne Premier Medecin, Professeur en botanique & Membre des plus celebres Societes des sciences, &c. a Upsal en Suede
franco hamborg
med en Fiaril uti.

Linn. Soc., Vol. II: 67—68. Tryckt i Schiödte, s. 424—426.

[1] Dessa bref ha väl aldrig kommit fram.

[2] Giovanni Antonio Scopoli, född 1723, professor i botanik och kemi vid universitetet i Pavia, död 1788. Det afsedda arbetet torde väl vara *Einleitung zur Kenntniss und Gebrauch der Fossilien* (Riga u. Mietau 1769).

[3] Brünnichs *Ichthyologia Massiliensis* utkom 1768.

258.

Viro Clarissimo
DD M. TH. BRUNNICHIO
s. pl. d
Car. v Linne

Summo gaudio Tuæ, d. 5 februarii, me affecere, quas accepi heri, postquam Tuas anxie desideravi, quasque non vidi ab eo, quo Londini commoratus es tempore; maxime doleo Tuas posteriores amissam[!] cum e Tuis semper doctior evasi, cumque hæ pluribus semper refertæ sunt solidis observationibus, quam ullius alii. Nihil mihi gratius contingeret quam Te in hac vita coram videre; utinam posses, quum petas meam patriam, quanto ocius, dum vixero, accedere, quum anni mei percurrunt velociter ad metam; Possem tum Tuis oculis videre multa, quæ observasti in felicissimis Tuis per florentissimas Europæ regiones, quæ mihi denegarunt fata. Gratulor ex animo tam splendidum Tibi iter; faxit Deus ut feliciter hoc absolvas. Mihi dictum fuit, nescio a quo,

quod sis designatus Professor Hafniensis; quod si factum, in nullum potuisset S. Regis Tui gratia conferri aptiorem vigilantiorem acutiorem.

Admiratione summa raptus fui ad *Muscas* istas in montibus Danubianis quæ occidant Boves; dum resciveris quæso me participem facias hujus mirandi phoenomeni.

Quis umquam credidisset *Papil. Leucothoen,* vere indicum, migrasse ad Europæos et ibi sedem finxisse, nisi Tu hoc observasses docuisses. Est omnino una eademque species

Scopoli Mineralogia, quam diu anxie quæsivi, obtinui, sed minuebat præsentia famam.

Ichthyologiam Massiliensem Tuam avi[di]ssime omnium optarem videre. Si umquam occasio ulla sese offerat, quæso millies me ea bearis. audio et Gouani ichthyologiam[1] sudare; sic brevi classis Piscium Europæorum plena luce radiabit et demum exoticorum, dum Naturæ consulti his stimulentur ad attentionem.

Si aliquando rescribas, mittas copiam characteris generici Sanguinis Draconis a Crantzo[2] compositi, nec non ejus character[em] Palmæ cujusdam.

An altera Flora Helvetica Halleri[3] prodierit, et qua forma? Quer Flora Hispanica[4] numquam sese mihi obtulit. an eam vidistin

His vale et me Tuis sinceris annumera

Upsaliæ 1769 d. 4 Martii

Utanskrift:

a Monsieur
Monsr. M. Th. Brunnich
abzugeben bey den Herr
Albert Fridr. Gregorij
Dresen
frijbr.

Sigill VIII (trasigt); rödt lack. På brefvet har Brünnich skrifvit: Besvaret Joachimsthal d. 1. Julj 1769.

Tryckt i Schiødte, s. 517—518.

[1] Antoine Gouan (se Afd. I: D. 3, s. 51, not 2) utgaf 1770 sin *Historia piscium.*

[2] Heinrich Johann Nepomuk Crantz (se Afd. I: D. 5, s. 177, not 3) utgaf i Wien en skrift: *De duabus Draconis arboribus botanicorum* . . . (Viennæ 1768).

[3] Albert von Hallers *Historia stirpium indigenarum Helvetiæ* utkom i tre delar 1768.

[4] Jose Quer y Martinez, se Afd. I: D. 3, s. 37, not 3. Hans *Flora Española* utgafs i Madrid 1762—84.

259.

Perillustri & Generoso Equiti
Celeb^mo DD Carolo a Linné
S. pl. d.
Martinus Th. Brünnichius

Novum iterum solamen è Tuis *Fribergæ* acceptis habui, et maximum, si Te incolumem in patria visitare aliquando mihi datur, inveniam desiderium impletum. Recte divinatus es me Professorem designatum Hafniensem, nam d. 5 Maji hujus anni mihi hanc spartam contulit Regis gratia, utinam aliquo modo has partes implere possem, qui meliores annos Theologicis & Linguis orientalibus jamjam sacravi. Forte anno proximo Sueciam & Norvegiam visitare aggrediar. Jam domum tendo ita ut fodinas Hercyniæ hac vice intactas præteream.

En inclusa diptera quæ boves in provincia *Banat* dicta in confiniis nempe Vallachiæ occidant. Me judice Tabani est species. Alia in alia occasione $\sqrt[\circ]{1}$ mihi sunt promissa.

Scopoli jam factus est Professor Schemnitzii loco Dni Jacquin qui Viennæ constitutus est, Vir omnibus honoribus maxime dignus et cujus colloquio multa didici. Ille sc. Scopoli miserrimis scriptis eruditos seducit, meliorem jam habebit occasionem errores corrigendi, de propriis nunquam persuasus, ideoque in vanum diligentissimus Vir. Viam certe nescit, qua ad mare deveniat.

Nesciebam Gouanum in Ichthyologicis laborare, nec dubito quin meis meliora præstiterit. Intra duos menses domi bono cum Deo ero, inde subito opusculum missurus. Avidissime jam Gouani Opera exspecto, ut meos errores simul & dubia cognoscam. Maxime doleo quod integram meam collectionem piscium, exceptis minutissimis, perdiderim. Navis sc. per 8 menses inter Massiliam & Hamburgum interfecit, ad littora anglicana læsa: hæc fuit causa quare omnia fere, in Spiritu Vini conservata, vel putrefacta vel in vitris ruptis plane lacerata advenisse.

Forte in Americanis piscibus observationes facere aliquando habeam occasionem, cum certo, si vitam mihi concesserit Deus, post aliquot annos Curassoam aggrediar.

Flora Helvetica Hallerii prodiit in folio, eam vidi Viennæ apud Dn. *Jaquin*. Floram Hispanicam nondum vidi licet semper in itinere eam quæsivi, dixit amicus et ni fallor *Ferd. Bassi* eam præter Tua nil continere.

Crantzium non possideo, sed de amico Viennensi sequentia habui. Ergo nunc meo jure utar & viro in re herbaria ob vires medicamentorum claro plantam inscribam, sit igitur novum Genus.

STÖRKIA *charact.* Calyx nullus, corolla profunde 6-fida pericarpia exigua, basi subventricosa, superne coangustata, obscure 6-angula. Stamina 6 membranacea triangula basi laciniarum inserta: Antheris oblongis, Tuba antheris longior stigmate trisulco, trigono. Fructus trisulcus globosus, *junior* 3-locularis, 3-spermus, naturaliter, semen elasticum suberinum. Fructus maturus 3-sulcus globosus sæpius uni-, aliquando bi-, raro 3-locularis cum seminibus fere osseis globosis.

Störkia draco.

. . . . . arborescens foliis ensiformibus subcarnosis imbricatis patenti pendulis. Draco arbor Loeffling iter Ep: IV. V. certo Clus. hist. 1. p. 1. s. planta prima Asparagus Draco Linnæi, certo, non vero synonyma. Alia ob incertitudinem clare jam antea demonstratam non addo, licet in sequenti forte multa huc spectent.

In Canariis *Porto bello.*

Hæc res cum Ill. Linnæo ansam dare posset inquirendi ulterius in sua genera, maxime vero in genus Yuccæ et ejus species, illi ut & botanicis omnibus gratissima esse debet, dum interea novum constitutum genus; et cum nullius majora sint in rem herbariam merita quam Clariss: Prof: Hfn. Oederi merita sit igitur

OEDERA *charact.* Calyx 0. Corolla campanulata 6-petala, infera patens. Stamina exerta 6. Pistillum unicum longitudine staminum. Ossiculum durum pisi magnitudine. a Störkia manifeste recedit corolla campanulata & majore staminum pistillique natura. Convenit toto plantæ habitu an etiam ossiculo?

Oedera dragonalis

— arborescens foliis ensiformibus, carnosis, imbricatis, pendulis.

Synonyma dubia

Dragonalis Hollebecque apud Clus.

Draco arbor Rusci nucleo. Clus. in not. ad Monard:

Palma prunifera foliis Yuccæ, fructu racemoso cerasiformi. Ossiculo duro cinereo pisi magnitudine. Comm: hort. med. Amst: Catalog.

Kæmp. Amoenit. Hort. Beaumont.

Palma foliis longissimis pendulis absque ullo pedunculo ex caudice glabro enatis Boerh: Ind. alt. Plant.

An Cordyline foliis inermibus integerrimis flaccidis Royen? ipsemet citat Boerhavium.

Sed non est Asparagus Draco Linnæi, licet habet prima Synonyma.

Quid sit vel non sit Adansonii ne quidem divinari potest.

Est Yucca Draconis juxta *Laugier* * planta florenti adstantem & determinantem, sed non ô Yucca Draconis Linnæi nec ullius alterius Botanici.

In insulis prope Maderam.»

»Hic habes descriptionem generum», inquit amicus hæc mittens, »Libri ceteri nullius sunt momenti, ubique Anti-Linneana.»

Per 2 septimanas me intra parietes tenuit pluviosa tempestas, quæ die et noctu ità perseverabat ut crederem novum diluvium, et certe exstitisset, si prius 40 diebus factum fuisset. Jam tumido collo, ex causa tempestatis frigidæ, aliquot diebus laboravi, nunc tandem aliquo modo restitutus, ita ut crastino die locum relinquere sit animus.

Si aliquando rescribas rogo ut literas Hafniam dirigas
à Mons^r Brünnich. Professeur d'Oeconomie & Hist:
natur: dans l'Université de Copenhague.

a Copenhague.

His Vale Vir Perillustris & me amare perge.

Dabantur in Valle St: Joachimi Bohemiæ. d. 2 Julij 1769.
missa ex Hof in Bareuth d. 9 Julij a. c.

p. s. Nuperrime audio Van Dellium[2] demonstrasse contra Crantzium prædictas plantas esse species Draconis, ideoque Störkia & Oedera fatum habent cum Fungis, qui cito crescunt cito pereunt.

Ex Roma mihi communicavit Frater meus, qui pictor est, amicum ejus ex Svecia ibi degentem in arte sculptoria insignem mihi donasse effigiem quæ Te repræsentat in Gypso ideoque ad amicos scripsit ut Tibi dirigatur, ideoque rogo humillime ut illam mittas Hafniam à Mons^r Mathias Plöen Vägter Lieutenant boende på Norregaden næst Dyrkiøb.

Egregia multa audivi de D^no Ferber[3], quem in itinere nondum cognovi, jam ex Tyrol literas ejus vidi apud amicum. Dnus Fabritius[4], qui Professor etiam & Collega Dni Ascanii est, jam Strasburgi degit ex Italia redux.

---

* Laugier erat botanicus Viennensis ante D. Jacquin.

Linn. Soc., Vol. II: 269—270. Till större delen tryckt i Schiödte, s. 426—428.

[1] Tecken för spiritus vini.

[2] Domingos Vandelli (se denna del, s. 77, not 3), *Dissertatio de arbore Draconis seu Dracaena* (Olisipone 1768).

[3] Johan Jakob Ferber, se Afd. I: D. 6, s. 69.

[4] Johan Christian Fabricius, se Afd. I: D. 5, s. 176, not 2.

260.

Celeberrimo Professori
DD. M. T. BRUNNICHIO
amico sincero
s. pl. d.
Car: Linné

Tuas e Valle Joachimi gratissimas hodie accepi, et lætor quod jam liceat tuis sæpius frui.

Gratulor non tantum faustum in patriam reditum, sed maxime gratulor Tibi dignum munus professorium, quod in Te optime contulit Ser. Rex Daniæ; nec potuit hoc umquam in digniorem, diligentiorem et doctiorem conferre. Faxit Deus ut diutissime hoc officio fungaris, cum inde multum augmenti reportabit orbis eruditus.

Inclusum dipterum, quod avidissime excepi, proxima species est Culici Equino, distincta tamen; molestet procul dubio Boves, sed quomodo enecet non capio

D. Scopoli novi et ejus scripta, tam Botanica quam mineralogica; et ex iis vidi quo usque pervenit. novi et Jaquinum, virum vere nobilem et eruditum.

Avidissime tuam Ichthyologiam videre exopto; certus sum quod D. Gouan nihil de Tuis detrahat, qui Te omnibus numeris longe inferior semper existat.

Non dum videre contigit Halleri Floram helveticam novam, quam avidissime videre gestio.

miror quod neque viderim Querii Floram Hispanicam neque eam ab ullo allegatam.

D. Vandelli non modo ad me misit monographiam suam de Draconis arbore, sed et flores plurimos optime exsiccatos. Habeo et arborem vivam. Dum Crantzius distinguit hæc duo genera, debet primum demonstrare has duas plantas esse diversæ speciei, quod non credo; neque umquam erit.

Ille qui faciem meam e Gypso confecit jussu S. Reginæ nostræ, ut in ejus museo parieti affigeretur, nunc Romæ degit, et ille sine dubio is est, qui Tibi copiam promisit, quam utut accepero mittam Haffniam[1].

Ferber, olim meus discipulus, fuit certe acutissimus juvenis et certe unicus meorum, qui rite potuit capere prolepsin plantarum, de qua sub meo moderamine dissertationem habuit.

Utanskrift:

a Monsieur
Monsr M. T. Brunniche
Professeur d'Oeconomie et Hist. natur.
dans l'universite de Copenhage
frijbr. *Copenhage*

Sigill IV; rödt lack. På brefvet har Brünnich skrifvit: »bekommet d. 10 Augti der for betalt 6 β». Odateradt, men torde nog vara från 1769.

Tryckt i Schiödte, s. 518—519.

[1] Den i detta och föregående bref samt i bref 262 omnämnda afbildningen af Linné torde vara den s. k. Drottningholmsmedaljongen (se T. Tullberg, *Linnéporträtt*, 1907, s. 44—46). Tullbergs antagande, att den skulle vara gjord af Sergel, bekräftas af upplysningen i detta bref, enär konstnären vid just denna tid vistades i Rom.

261.

Perillustri & Celeberrimo Viro
Dno. Carolo de Linné Equiti

S. pl. d.
Martinus Brünnichius.

Festinans arripio occasionem, libri, Ichthyologia Massiliensis inscripti, Tibi offerre, transit nempe nostram civitatem amicissimus mihi & ob eruditionem æstumandus maxime Dnus Ferber. Inde a reditu ex itinere in collectionibus fui occupatissimus. Insectorum ingentem cohortem jam his diebus ad ultimum usque in ordinem redegi; sed iterum ex Africa & America ultra 1000 species, inter quas haud paucas ignotas, mihi allatæ adstant, ut testis oculatus Dnus Ferber copiam miratus fuerit. Ideoque de novo laborem ante festum Ptini furis et dermestidum aggredior. *Cassida 7guttata,* olim a me ex Africa descripta, est *Blattæ* species in cujus elytro altero tres sunt maculæ rotundatæ albæ, in altero autem 4. ejusmodi maculæ. In collectione olim sub vitro Cassidæ figuram mentiebatur. Capsulam ferream cum aliquot rarioribus Insectis, quæ primum visui se offerebant, simul dedi Dno Ferber ut Tibi mitteret. a. Hispæ species novæ ex Americæ insulis St. Crux & S. Thomæ. b.

Notonecta ibidem. c. Scarabæus ibidem, inde quoque Mordellam paradoxam habeo unicam. d. Tenebrionis species in Scabiosis Hungariæ haud infrequens.

Domus pro museo sat ampla mihi donatione Regia venit in Universitatis ædificio, ubi etiam pro usu oeconomico proprio cameræ sunt paratæ. Thecæ jam construuntur regiis impensis ita ut cum initio Septembris programmate & oratione novum munus incipiam, ad quod tempus spero fore ut Principes Vestri, (ut narrat fama) civitatem visitent, sic forte illorum præsentia rem magis reddat solennem. In hoc Museo vellem ut tot facerem discipulos quot Tu formasti egregios magistros.

Quod museum pulchre ornaret intense flagito Tuam nempe effigiem, quam dignissimo affigerem loco. Swabii quoque, utpote Mineralogi insignis, effigies inter primarias mihi, si obtinenti, numeraretur. Proximo anno Sveciam & Norvegiam b. c. Deo visitare debeo. Heri literas de Orenburgo mense Septembri a *Pallas* datas accepi. Multa animalia, quadrupeda aves amphibia & insecta detexit, piscium mentionem haud facit. Falkia tetraspis, Anabasis cretacea, Salicornia & Cheiranthus tartaricus inter plantas maxime considerari merentur. His vale Vir perillustris, bona salute & longa senectute vigore stipata fruere, sic me amare quod pergas certus sum. Vale. Dabantur Hafniæ festinante calamo. d. 1. Junij 1770.

Utanskrift:

a Monsieur Monsr Charles de Linné Chevalier de l'Ordre de Nordstierne medecin premier du Roi, Professeur à l'Universite & Membres des toutes les Societes des Sciences d'Europe a Upsala

hermed en Bog og en liden Eske med Insecter mærkede L.

Linn. Soc., Vol. II: 271—272. Tryckt i Schiødte, s. 429—430.

262.

Viro Celeberrimo
DD. Martin. BRUNNICHIO
in Acad. Haffniens. Profess. publ.
Amico suo sincero
s. pl. d
Car. v Linné

Non possum effari quanta cum voluptate legi Tuas d. 1 junii datas, quas nunc nimis sero accepi.

Gratulor Tibi non tantum felicissimum ad Tuos reditum, sed et munus honorificentissimum et omnia ista commoda quæ pro scientia obtinuisti. opto avide videre istum diem quo hic Te coram intuear, et a Te addiscere, quæ remotus a Doctis viris, non potui attingere.

Obstupescebam dum legi de Insectis Tuis rarissimis; certe nisi senium me occupasset lubenter Tui caussa, et ut hos viderem thesauros, Haffniam ipse adirem; sed vetant fata.

Non dum misit D Ferber Ichthyologiam aut dona Tua aurea insectorum, quæ quotidie avidissime exspecto.

Scripsisti quondam Te concessurum locum in splendidissimo Tuo museo iconi e gypso, de quo quæsivi Holmiæ, sed non obtinui; si accedas poteris et hanc et Swabii obtinere, quas idem elaboravit juvenis[1].

Miror maxime quænam sit ista *Falkia tetraspis? Salicorniam foliacescentem* habeo inter meas siccas, sed non ausus fui dubius eam proponere. *Cheiranthus tataricus* anne Cheiranthus salinus?

Quid fiet de splendido horto vestro Hafniensi? an in cassum ruat? hoc dolerem maxime. Quo se vertat D. Zoega?[2] Quid agit D. Fabricius? Oro describas et me certiorem facias, quum soles tam vivide et facile omnia narrare.

Ego dum vixero Tuus permanebo cultor sincerus

Upsaliæ 1770 d. 4 septembris.

Princeps noster non tam cito accedat

Utanskrift:

Viro amplissimo
DD. Martin. Brunnichio
Professori Haffniens. p.
frijbr *Copenhagen*

Sigill IV; rödt lack.

Tryckt i Schiödte, s. 519—520. Utdrag tryckt i Nyerups program, s. 20—21.

[1] Jämför Tullbergs *Linnéporträtt*, s. 45.
[2] Johan Zoega, se Afd. I: D. 6, s. 71, not 4.

263.

Viro Celeberrimo
D D^no^ Brunnichio
Profess. publ. Haffniensi
s. pl. d
Car. a Linné

Nuper incepi reconvalescere a diro morbo, sub quo per D. Ferber accepi Librum Tuum de Piscibus Massiliensibus certe pulcherrimum acutissimum.

Primum meum fuit et quidem antequam e lecto exsurgere valerem, systemati meo inserere Tuos pisces, quo majus solatium mihi fuit nullum. Utinam plures haberemus Brunnichios, et brevi Historia animalium absolveretur.

Gratias etiam ago pro 4 insecta ista rarissima, utinam mittere posses Culicem[1], quæ occidit boves, de qua scripsisti quondam.

Opto vivere in proximam æstatem, quo Te coram videam; interea vive felix et multos procreare[!] auditores, qui naturæ delicias in pretio habeant.

Hispa ista nigra thorace rubro pulcherrima fuit sane Insectum.

vive felix et me ut soles, amare perge.

Upsaliæ 1770 d. 9 Novembris.

Utanskrift:

Viro Celeberrimo
DD Brunnichio Professori Haffniensi
Haffniæ

Sigill II; rödt lack.

Tryckt i Schiödte, s. 520—521. Utdrag tryckt i Nyerups program, s. 21.

[1] Culicem står i originalet öfver ett otydligt öfverstruket Muscam.

264.

Viro perillustri & Celeberrimo
Nobilissimo Equiti D^no^ Carolo de Linné
S. pl. d.
Brünnichius.

Suecanas musas, naturæ & artis officinas septentrionales invisere aggrediuntur crastino die *Comites de Reventlau duo* eorumque amicus *Doctor Wendt*[1], triumviros hos eximios, morum suavitate & scientiis æque spectabiles excipias, sum persuasus, pro amicis, pro doctis & magna eruditione pollentibus. Tantis valent ingenii & judicii dotibus ut dubius hærerem si alicujus animum & animam mihi expetere liceret. Vellem ut in eorum societate Sueciam aggredi possem, sed hactenus nondum fuit concessum. Exponent illi, quæ mea et totius Scientiæ sunt vel esse possunt fata. Collectionem regiam olim in arce Charlottenburg a caro tuo & beato *Holmio*[2] collectam tandem Dni Ascanii curis datam Universitati nostræ obtulit Rex; nondum hic allata exspectatur, *Fabricius* Professor Oeconomiæ in Univ: Hafn: itidem est constitutus; incertus hæreo ipse utrum in officio perseverare liceat, vel munus tradatur D. Ascanio. *Genera Animalium* in usum prælectionum divulgare incoepi, quamprimum perfectum fuerit opusculum illud mittam.

Nuperrime piscem descripsi è Nordlandia allatum 5 pedd. long: & ½ ped: lat: Corpore compresso argenteo, pinna dorsali continua, abdominali vel anali nulla. Sub pectoralibus loco ventralium aderat utrinque radius 2 pedd: circiter longitudine apice dilatato membranaceo. Iconem confeci qualem potui, quem una cum descriptione transmittam pro actis forte Vestris.

En pauca Tibi oblata Insecta, quæ circumscriptum tempus & instans amicorum iter seponere permisit. D^nus^ Drury Anglus insecta & icones divulgavit sed nondum mihi visa. Si quædam inter mea nova sunt Tibi nondum visa, gratum mihi id erit, qui semper Tibi Tuisque laboribus sum addictus & maneam. Vale Vir amicissime & hæc raptim congesta pro solito favore ut excuses rogo.

Dabam Hafniæ d. 4 Maji 1771.

Utanskrift:

a Monsieur Mons^r^ Charles de Linné Medecin premier du Roi, Professeur Docteur & Membre de tous les Societes illustres d'Europe a Upsala.

Linn. Soc., Vol. II: 275—276. Tryckt i Schiödte, s. 430—431.

[1] Bröderna Christian Ditlev Frederik (född 1748, död 1827) och Johan Ludvig Reventlow (född 1751, död 1801) reste detta år i Sverige och Norge tillsammans med sin hofmästare Dr. Carl Wendt (geheimekonferensråd, född 1731, död 1815).

[2] Jörgen Tyge Holm, se Afd. I: D. 4, s. 289, not 2.

265.

Viro Celeberrimo
DD. Brunnichio
Professori Reg. Haffniensi
s. pl. d
Car. à Linné

Accepi rite cum D. Gisekio Tua Animalium Genera a pag. 1 ad 16 pulcherrime sane delineata et aptissimis vocabulis enunciata, e quibus pleraque rite dignosco; opto magnopere videre sequentia, quæ ut mittas oro quæsoque, cum opus vix perveniat ad nostros Bibliopolas; Libri enim Danorum apud nos rarissime occurrunt.

Ex his abunde video quam solide Tu V. C. apud Tuos excitabis studium naturæ, quod tam paucos habuit veros Doctores, cum interim nullum studium majus, nullum jucundius.

Optavi diu Te coram videre, Tecum confabulari de scientia quam ambo in deliciis habemus sed frustra hæc vota Te tua fata, quæ opto semper Tibi propitia, detinent.

Vive felix diutissime et esto divini numinis præco.

Dabam Upsaliæ 1771 d. 24 Decembris

Utanskrift:

Viro Celeberrimo
DD. I. C. Brunnichio
in acad. Haffn. Proffessori
Clarissimo
Haffniæ

Sigill VIII; rödt lack.

Tryckt i Schiödte, s. 521.

266.

Viro Perillustri & Celeberrimo
DD Carolo à Linné
Equiti de Stella Polari
S. pl. d.
Brünnichius.

Tuas d. 24. Decembris datas rite accepi sed jam prima se offert occasio mittendi *Fundamenta* mea *Zoologica*[1], quæ opto haud indigna in Sacrario Naturæ oblata munera. Quæ bona invenies Tuis debeo, ceterum compendium est juxta quod in prælectionibus meis procedam. Erroribus haud est immune, defectibus laborat, ideoque suo Auctori simillimum opusculum; forte restaurabit tempus omnia, in tantum itaque ignoscas rogo. Naturæ gazas, olim in arce Charlottenburgensi, curis Ascanii concreditas, Universitati nostræ obtulit regis gratia, ideoque autumno præterlapso sub meam inspectionem pervenerunt. Jam in eo sum ut eruam e cistis Arabicis et ex uberrima Testaceorum copia ibi contenta specimina notatu digna rariora vel nova. Adest quoque Materia Medica studio b. Forskålii Constantinopoli collecta et manu ejusdem diligenti titulis Arabicis & paucis aliis obss: illustrata. Quædam ex his omnibus videbis in Fasciculo Obss: quas jam meditor, invenies quoque ibi pisces binos septentrionales vere singulares & magnos. Unus horum exstat in fasciculo novo piscium quem nuperrime divulgavit Ascanius, alter excusus est in Opere danico nuper evulgato sub titulo *Islands Beskrivelse bekosted af Widenskaps Societetet*. Sed figuræ horum piscium minus exactæ novas merentur, quas ipse juxta naturam repræsentavi accuratas, et descriptionibus, quæ citatis desunt, illustravi. Actis Vestris, si satis digna judicas, ea offerre haud repudiam, quæ ejusmodi occasione se offerunt. Inter Insecta augetur numerus novorum quotidie, spero fore, ut fata mihi venient benigniora, sic possim majori stimulo reliqua persequi. Misit mihi Cel. Born descriptionem Musei sui[2] haud sine erroribus gravioribus absolutam. Pag. 82. lin. 1. affert Argentum antimoniale capillis niveis, id quod nil ex antimonio habet præter figuram stellatam, hodie in meo specimine observavi radios istos ♄ spatoso haud absimiles c. ▽ effervescere & in ea solvi, ulterius eas in foco lampadis examinabo[3]. Porro ait in nota, ☽ cinereum à min: ☽ alba tritura distingui ibique annumerat ☽ cinereum crystallisatum trigonum è Kapnik, cujus tritura tamen

est atra, plura si inveniam ejusdem momenti, virum tamen excusem diligentem & sciendi avidum.

Adest jam apud Vos mihi amicissimus Vir Consiliarius Status Dan: DD: Kofoed Ancher[4] qui munere Professoris Juris fungitur multoque honore nostram Universitatem decoravit. Ob manuscriptos codd: præsertim historiæ danicæ Sveciam adiit ibique aliquo morabitur tempore. Ille est qui hasce literas secum portat. Venerabundi Edwardi magni Angliæ ornithologi effigie gypsea decoratur bibliotheca *Theatro Naturæ* addita, magnum mihi addes gaudium si Tuam e gypso confectam mihi per Dnum Kofoed Ancher mittas, erit mihi semper inter pignora amicorum gratissimum munus. Königius nuperrime scripsit avesque nonnullas Theatro misit, ubi quoque ejus olim missas collectiones admiror. Fata illi sunt minus fausta sed proh dolor! commune illi est cum pluribus Naturæ consultis naufragium.

Hisce diebus Ars, quæ veterinaria dicitur, suum nacta est Professorem, Virum vere eruditum et in arte strenuum Dn: Dr: Abildgaard[5], in historia naturali quoque haud leviter versatum. Locus uti obss: suas instituat, erit in suburbe Hafniensi, reliquæ autem conditiones nondum determinatæ. Vidi jam ex relationibus publicis Dn: *Förster* navem ascendere, quam repudiarunt Dni *Banks & Solander;* Omnes istos viros peculiari conversatione in Anglia novi, ideoque prævideo Monoculum istum loco Argi naturæ præfectum, quantaque itaque copia rerum Virum aliàs diligentem effugiant. Semina multa inveni in cistis Arabicis, quæ botanico nostro D: *Friis Rottböll*[6] tradidi, omnia a Forskålio collecta & nominibus latinis ac arabicis insignita erant, utinam ea maturius quæsivit *Ascanius.* Descriptiones piscium quas supra memoravi intra breve tempus tuo judicio tradam ut de dubiis adeo generibus sententiam Tanti Viri, si concedas, reportam. Vive & Vige diu felix, ceterum Vale & me ama. Dabantur Hafniæ d. 5 Julij 1772.

Prodiit Dissertatio Viri eruditi in Svecia de Testaceis tractans & figuris illustrata sed eam non potui hic acquirere[7].

Prodiit nuper Annus 5^{tus} D: Scopoli[8], cui nondum venit tædium nova genera citra necessitatem exordi.

Utanskrift:

Pour monsieur Charles de Linné Chevalier de l'Ordre de Nordstierne Medecin premier, Professeur & Membre des Academies illustres de l'Europe a Upsala.

Linn. Soc., Vol. II: 277—278. Till största delen tryckt i Schiødte, s. 431—433.

[1] *Zoologiæ fundamenta prælectionibus academicis accomodata. Grunde i Dyrelæren* (Hafniæ et Lipsiæ 1771).

[2] *Lithophylarium Bornianum* ... (Pragæ 1772).

[3] ☽ tecken för silfver, ♄ för bly, ▽ för aqua fortis eller salpetersyra.

[4] Peter Kofod Ancher, född 1710, professor i juridik vid universitetet i Köpenhamn, död 1788.

[5] Peter Christian Abildgaard, född 1740, läkare, grundare af danska veterinärinstitutet, död 1801.

[6] Christian Friis Rottböll, se Afd. I: D. 6, s. 224, not 1.

[7] Torde väl afse Adolf Murrays under Linnés præsidium 1771 utgifna afhandling: *Fundamenta testaceologiæ.*

[8] Scopoli (se under bref 257, not 2) utgaf i Leipzig 1768—1772 *Annus historico-naturalis* 1—5.

267.

Viro Perillustri & Celeberrimo
Equiti Aurato
Dⁿᵒ Carolo de Linné
S. pl. d.
Martinus Thr. Brünnichius

Commercium literarum, quo me diutius honorasti, multo jam tempore suspensum fuit, idque ob negotia apud fodinas Kongsbergenses mihi injuncta, ubi tædioso labore, juris magis quam naturæ consultis proprio, per tres annos vacabam; ideoque nescio, si post ultimas Tuas, sub finem anni 1772 datas, meas reddiderim. E Norvegia jam reversus et celebratis nuptiis, etiam in ordinem digestis propriis collectionibus, habui hac hyeme prælectiones in mineralogicis & metallurgicis, earum privatissimas audivit Vir in metallurgicis bene versatus Dⁿᵘˢ Hofgaard. Iter ingressurus iste meus amicus, ut apud Vos eruditionem et experientiam suam inprimis in metallurgicis adaugere queat, meam simul cum hisce literis salutem & reverentiam Tibi, Vir æstumatissime! dicendam promisit, & quam intense pro Tua senectute, utinam per seriem annorum feliciter provehenda, Vota facio.

Vernum tempus anni proxime præterlapsi à negotiis Kongsbergensibus mihi vacabat, ideoque ibi herbatim perlustravi montes eorumque cacumina inter alpes prominentia. Inde copiosam plantarum messem retuli, ex qua Tibi transmitto plantæ exsiccatæ specimen *Arenariam tetragyniam,* cujus Styli IV. erecto reflexi, stigmata obtusa: Stamina X. linearia, alterna longitudine corollæ, calyce dimidio brevioris, alterna breviora, destituta longiorum glandula: Capsula ovata apice 5fariam dehiscens. Cetera indicabit plantæ specimen: Habitat in sylvis umbrosis

ad radices arborum putridas & alibi, floret ineunte Junio. Pezizam eodem tempore collegi superne concavam coccineam, inferne albam sessilem substantia carnosa lactea: Habitat super ramis alni putridis terra sepultis unde vix prominet superficie concava colore crocineo distincta in umbrosis mediæ montis.

Felem m: & f: pilis laxis aliisque notis à domestica variam inveni apud rusticos alpium Norvegiæ, edit vegetabilia & carnes. Sine dubio eadem est cum ea quam in Scanico itinere Tu quondam vidisti.

Plura hac vice non addam, si modo Tuis iterum me erudire velis & credas me esse ad urnam usque Tui nominis sincerum cultorem. Dabantur Hafniæ d. 10. Aprilis 1776.

Propediem videbis obss: in itinere per Hungariam & Transylv: collectas[1]. Hac æstate museum Moltkianum in ordinem redigere & nova describere aggredior.

Utanskrift:

a Monsieur Monsieur Charles de Linné Chevalier de l'ordre Nordstierne Archiater & Professeur de l'Université Membre des Societés illustres a Upsal.

Linn. Soc., Vol. II: 279—280. Tryckt i Schiödte, s. 433—434.

[1] Härmed afses utan tvifvel Ignaz von Born, *Briefe über mineralogische Gegenstände, auf seiner Reise durch das Temeswarer Bannat, Siebenbürgen, Ober- und Nieder-Hungarn an den Herausgeber derselben, Johann Jakob Ferber geschrieben* (Frankf. u. Lpz. 1774).

Register

till Andra afdelningens förste del.

Sid.

Abildgaard, P. C. 416, 419
Acacia 3
Achimenes 343, 346
Acisanthera 343, 346
Acoma 126
Acrel, O. af 283, 284
Actæa cimicifuga 93
Adanson, M. . . . . 1—6, 111, 124
Adansonia 3, 4, 6, 9, 12, 110, 112, 122
Agihalid . . . . . 4—6
Aglaja 8, 14
Agnethler, M. G. 6
Aira vivipara 300
Alberti, M. 158
Albrecht 178
Aldini, T. 326, 327
Aldrovandi, U. 157, 235
Alisma 229, 230, 235
Allamand, Fr. . . . . 7—18
Allamand, J. N. S. 7, 96, 98, 308, 400
Allamanda 10
Allioni, C. . . . . 19—50, 234—236
Allionia 28
Alpini, P. 5, 6, 230, 231
Alströmer, Cl. . . . . 35—38, 80—82
Amamyx 9, 12, 17
Amaryllis 223
Ambrosinia . . . 37, 38, 87, 227, 233
Amman, J. . . . . 50—67
Ammania 50, 52, 53
Amoureux, P. J. . . . . 67—68
Amyris 343, 348
Ancher, P. K. 418, 419
Andrew, J. 68, 69, 208, 209
Androtis 9, 12, 16, 18
Angerville, L. F. A. d'. . . . 70—74
Anguillara, L. 232, 233

Sid.

Anil 323, 326
Anna Amalia af Sachsen-Weimar 139
Antivari, Ch. Th. von . . . . 74—76
Apargia 8, 12, 16
Apocynum 229, 230, 232, 236
Aracus 9, 12, 16, 18
Ardea 156, 395
Arduino, G. 77
» P. . 29, 30, 31, 76—94, 228
Argemone 220
Argenville, A. J. D. d' 94
Argonauta Cymbium 237
Argusia 60, 61
Artedi, P. 258
Áscanius, P. . . 19, 20, 94—106, 257, 259, 385, 386, 409, 415, 417
Ascoma 9, 12, 16
Aubriet, C. 323, 324
Aurivillius, S. 141
Ayen, L. d' 106
Aymen, J. B. . . . . 107—135
Aymenea 132, 133, 135
Azalea 322
Azyr, F. V. d' 135

Bahobab 4
Bailly, J. S. . . . . 135—137
Baker, H. 102, 103
Balalud de St Jean 160
Baldinger, E. G. . . . . 137—141
Balfour, J. 142
Baltimore, F. C. . . . . 142—149
Banister, J. 226
Banisteria 224
Banks, J. . . . 53, 150—152, 286, 418
Barbilus 9, 12, 16, 343, 348

Sid.
Barnades, M. . . . . 152—158
Barrelier, J. . . 48, 50, 80, 81, 234
Barrere, P. . . . . 15, 18, 158—163
Bartels, P. 164
Barthélemy, Fr. 165
Bartram, J. . . . . 165—168
Bartsch, J. . . . . 168—226
Basseporte, M. Fr. 123, 124
Bassi, F. 37, 38, 44, 46, 87, 226—240, 407
» J. B. 240
Bassia, ... 233, 235, 236, 238
Baster, J. . . . . 241—252, 306, 312
Batigne, P. 252, 253
Bauder, J. Fr. 253, 254
Bauhinus, C. 80
» I. 190
Bausch, J. L. 139
Bdellifera arbor 1
Bdellium 1, 2
Beccari, J. B. 25, 26
Beckmann, J. . . . . 254—269
Behnisch, C. F. 269
Bergen, C. A. von . . . . . 269—277
Berger, J. C. J. von 283, 284
Bergius, D. 115, 116
Bernstorff, J. H. E. . . . . 277—281
Beroë bicaudata 246
Bertellet, P. J. 281
Bertouch, E. A. von . . . 281—284
Besche, J. C. de 284
Betonica 232, 234
Betula . . . . . 54—56
Beureria . . . . . 340—347
Bianchi, G. 22
Bicker, L. 285
Björnståhl, J. J. 73, 74
Blackburne, Anna . . . . . 284—287
» J. 284
Blain, J. 160
Blasters, C. 247
Blatta 386
Boccone, P. 48, 50, 234, 236
Boddaert, P. . . . . 287—313
Boerhaave, H. . . 56, 169, 175—177, 179—181, 183, 185, 186, 188, 192—197, 201—203, 205—212, 215, 232, 313—315
Sid.
Boerner, Fr. 138, 139
Bohn, J. C. 316
Boissier de Sauvages de la Croix, Fr. 316
Bolten, J. Fr. . . . . 316—317
Bomare, J. C. V. 317
Bon de St. Hilaire, F. X. 317
Borchgrevink, J. F. . . . . 317—319
Born, I. von . . . 319—321, 417, 420
Bornmüller, J. 269
Botanister, Italienska, 1764 . . . 91
Brander 341
Breteuil, L. A. le Tonnelier . . 321
Breyne, J. 324
» J. H. 327
» J. P. . . . 322—339, 364, 365
Breynia 323, 326
Brisson, M. J. . . . . 288—290, 400
British Museum (London) . 102, 400
Bromell, M. von 327, 329, 331
Browallius, J. . 65, 67, 178, 185, 187
Browne, P. 9, 11, 101, 103, 309, 339—362, 386
Brückmann, Fr. E. 99, 100, 362—374
Brünnich, M. Th. . . . . 374—420
Buchwald, B. J. 95
Büsching, A. Fr. 255, 256
Büttner, D. S. A. 99, 102, 103, 262, 266
Buffon, G. L. L. . 122, 125, 127, 308
Bumaldi, I. A. 326, 327
Burckhard, J. H. 369, 370
Burman, J. 27, 29, 38, 191, 299, 306, 337, 392
» J. & N. L. . 312, 383, 394
» N. L. . 40, 41, 43, 289, 293—297, 303, 306, 310
Butneria 343, 348
Buxbaum, J. C. 55, 56
Buxbaumia 21, 23
Byssus flos aquæ 268
Bäck, A. 93, 110, 116, 128, 131, 135, 148, 330, 349

Cacara 12, 17, 18
Calceolaria 295
Calogeria, A. 77
Cancer 396, 402

Sid.
Cancer sagittarius . . 294, 295, 297
Capra Hædus 399, 403
Carabus 382, 383, 398, 402
Caracara 9
Carburi, M. 80, 81
Cardium 385, 389
Carl, Prins 97
Carstens 371, 372
Cartheuser, J. F. 272, 277
Caryocar . . . . . 8—10, 12, 15
Caséle 24
Cassia 218, 222
Cassida 396, 398, 402, 411
Castelli, P. 327
Catesby, M. 102, 103
Catonia 343, 347
Ceratocarpus 53, 55
Cesalpino, A. 232, 233
Chætodon Argus 299, 303, 304, 395, 402
Chamæjasme 60, 62
Charadrius 391
Chelone hirsuta 31, 32
Chippendale, W. 353
Chrysomela 396, 400, 402
Cicada 304, 398, 402
Cimex 2guttatus 395, 402
Cissampelos 129
Cladium 343, 347
Claësson, J.,& Söner 333, 334, 337, 338
Clayton, J. 166
Clibadium 9, 11, 12, 17
Clifford, G. 53, 54, 97, 99, 195, 200, 203, 205, 206, 210, 213, 216, 222, 322, 324, 332
Clock, J. 108, 135
Clusius, C. 14
Coccocipsilum 343, 347
Colden, C. 166
Collinson, P. 100, 167, 328, 329, 341, 349
Columellea 117, 122, 125, 127
Colymbus 378, 380, 389
Cook, J. 150, 152
Copsimus 8, 12, 13, 15, 17, 18
Coreta 343, 346
Cornelia verticillata . . . 85, 89, 90
Cornelius 90
Costa, E. M. da 102, 103, 401, 403, 404
Sid.
Cramer (Kramer), J. A., 180, 181, 200, 206
Cramer, P. 311, 312
Crantz, H. J. N. 406, 408, 410
Crassula Portulacaria . . . 238—240
Crioceras 9, 12, 16
Cuno, J. C. 99, 100
Cunonia 101
Curculio . . 304, 381—384, 386, 387, 397, 402
Cyanus 323
Cynanchum viminale 235
Cyperus 232, 233
Cyrilli, D. 87, 88, 90

Dalechampia 233, 237
Dalibard, T. Fr. . 115, 118, 120, 123
Dana, G. P. M. . . . 40, 41, 43, 44
Daubenton, L. J. M. 268, 308
Davignon 120
Dayenia 126
Dermot, A. 356, 357
Didelphis 257, 261
Dillenius, J. J. 52, 53, 54, 62, 101, 187
Dionæa 295, 297, 299
Dodecatheon 31
Dodonea 343, 348
Donati, V. 31, 36, 37, 233, 234, 236
Drury, D. . . . . 306—308, 415
Dufay, A. 70, 72
Du Hamel du Monceau, H. L. 129, 130
Du Roi, J. P. 140, 141

Edwards, G. 5, 6, 418
Ehret, G. D. 101, 103, 340—342, 346, 349
Ehretia 343, 347
Elaphoglossum 117
Elater 398, 402
Elichrysum 323
Ellis, J. 102, 103, 285, 296, 342, 400, 403
Elotea 119, 121
Ens, A. 209
Epidesmum 9, 12, 17, 18
Epigone 8, 11, 15
Erithalis 343, 348
Eryngium 219
Erythrina 9, 12

Sid.
Este, C. 143
Euler, L. 306
Eupatorium 86, 222
Euphorbia viminalis 232
Euphorbium 323, 326

Fabricius, J. C. d. ä. 281, 282
» » d. y. 396, 409, 413, 415
Falco 395
Farnese 327
Fasciola alpina 43, 44
Faugère, de 131
Felfel-Tavil 230
Ferber, J. J. 319, 320, 409, 411, 413, 414
Feuillea 129
Feuillée, L. 80, 81
Finlay, R. 148, 357
Fischer, J. B. von 56
Fleischer 387
Formica omnivora . . 382, 383, 385
Forsskål, P. 88, 92, 105, 164, 259, 277, 278, 282, 283, 284, 383, 385, 389, 417, 418
Forster, J. R. 418
Franklin, B. 166
Fraylecillo 15
Frisch, J. L. 170, 171, 261, 364, 365
Fuchsia 129, 131
Fulgora candelaria 304
Fulica spinosa 5

Gagnebin, A. 41
Galarips . . . . . 8—10, 13, 15
Gaubius, H. D. 97, 98, 100, 207, 309
Gaura 119, 121
Geoffroy, E. L. 381, 394
Gesner, J. A. 270, 271, 310
Ghini, L. 232, 233
Giseke, P. D. 311, 416
Gleditsch, J. G. . 67, 140, 141, 270, 271, 274, 275, 324
Glycine 122
Gmelin, J. G. 23
» S. G. 267, 268
Gobius 301
Goelicke, A. O. 272
Goetten, G. W. 363, 364

Sid.
Gommelsoyck 183
Gorter, D. de 100
Gouan, A. 68, 252, 309, 406, 407, 410
s'Gravesande, W. J. 96, 98
Grimm, J. F. K. . . . . 138—140
Gronovius, J. F. 41, 50, 51, 52, 54, 56, 63, 99, 102, 171, 172, 179, 181, 188, 197, 206, 208, 212, 215, 225, 226, 325, 363, 366
Gronovius, L. Th. . . . 250, 308, 392
Gryllus 397, 398, 402
Grönwall, A. 275, 276
Gualtieri, N. . 21, 22, 237, 238, 250
Guara (Guarea) 9, 11
Guettard, J. E. 128, 130
Guettardia 120, 121
Gumilla, J. 15, 18
Gummerus, J. E. 318, 319

Hadena secalis 111, 112, 115
Hahn, J. D. 297, 298
Halesia 343, 346
Haller, A. von 29, 48, 49, 122, 124, 131, 196, 206, 262, 312, 406, 407, 410
Haller, G. E. 120
Halley, E. 168
Hallman, D. 152, 155
Hamellia 128, 130, 131, 135
Hansen 380
Hasselquist, F. . . . 2, 3, 6, 277, 288
Hazem, van. 99, 101
Hedlinger 56
Heister, L. . . . . 369—371
Helicteres pentandra 11
Helleborus 60, 62, 66
Helwig, C. 331
Helwing, G. A. . . . . 333—335
Hemmingson, U. 241
Hermann, P. . . . 236, 238, 274, 337
Hermelin, S. G. 320
Heyde, C. 399
Hildebrand, C. H. 158
» H. J. 155, 156
» J. H. 158
Hildiard 357
Hill, J. . . . . 102, 103, 113—115
Hoffmann, F. 364, 365

Sid.
Hollman, S. C. 264, 265
Holm, J. T. 102, 103, 415, 416
Holoconitis 9, 12, 17
Horrebow, C. 283, 284
Houstoun, W. . . . . 51—53
Houttuyn, M. 306
Hvitaxflyet 111
Hydrolea 10, 13
Hypelate 343, 348
Hypericum 116, 119, 218

Jacquin, N. J. . 28, 80, 81, 130, 407, 409, 410
Iatropha 221
Iberis rotundifolia 21
Indigo 323, 326
Ireon 343, 346
Irsiola 343, 346
Judestenar 258, 261
Junghans, P. K. 140, 141
Juruwa 12, 14
Jussiea 108, 109, 112, 114
Jussieu, Ant. 3, 4, 6, 81, 124
» B. 1, 2, 3, 4, 5, 27, 28, 29, 70, 72, 102, 107, 109, 110, 112, 113, 115, 119, 121, 122, 124, 131, 321, 326
Jussieu, A. & B. 60, 63
» J. 124

Kaëstner 277
Kahower 1
Kalm, P. 165, 167, 336
Kalmeter, O. 367, 368
Kaltschmid, K. F. 137, 139
Karamyschew, A. de 137, 258
Kjellman, T. 184
Kirwans 357
Klein, J. T. . 97, 98, 328, 330, 333, 334, 335, 336, 364, 365
Kohl 178
Koronzæy, J. F. 158
Koustrup 386, 391, 393, 394
Kramer, C. C. 105, 385
Krascheninnikow, S. 258, 260
Kratzenstein, C. G. 257, 259
Kräutermann, V. 329, 331
Kuhnia eupatorioides 86

Sid.
Kähler, M. . . . . 97—99, 372
Köhler, J. T. 260
Kölreuter, J. G. 140, 141
König, J. G. 105, 106, 238, 280, 281, 386, 418

Labrus 105, 106
L'Admiral, J. 306, 307
La Marmora 27
Lamium Orvala 228
Lanius Senator 267
Lapathum orientale 58, 59
Larsson, P. 286
Lascaris 24
La Serre 123
Lathyroides 60, 62
Lathyrus setifolius 21
Laugier 409
Lawson, I. . 171, 172, 175, 180, 188, 200, 206, 208, 212, 216
Laxman, E. . . . . 264—266
Lemma 108, 109, 122
Lemna 108, 109
Le Monnier, L. G. 123, 124
Lemur biunguiculatus 395
Leonurus 222
Leptopodia sagittaria 294
Lichen caninus 331
Lidén, J. H. 265
Limnia 335, 336
Linder, J. (adl. Lindestolpe) . . 91
Lindern, F. B. von . . . . . 39—41
Lindernia . . . . . 42—45, 47
Linnæa 60
Linné, C. von, d. ä.:
Artbildning 34
Fundamenta botanica i fransk öfvers. 71
Författandet af dissertationer 274, 329, 330
Författarskap:
Amoenitates acad., Vol. 6 . . 82
Clavis medicinæ 39
Critica botanica 52
Diss. de Cane 122
» Fundamenta testaceol. 268
Fauna svecica, Ed. 1 335

Sid.
Fauna svecica, Ed. 2 31
Flora lapponica . . . . 169—196
Flora suecica, Ed. 1 330
Flora zeylanica. . . 274, 335, 337
Genera plantarum, Ed. 1 52, 55, 69, 181
» » Ed. 2 . . 60
» » Ed. 5 . . 123
» » Ed. 6 . . 82
Mantissa plantarum II . 10, 149
Museum reginæ 123
Museum regis 123
Species plantarum, Ed. 1 . . 110
» » Ed. 2 . . 82
Systema naturæ, Ed. 1 . . . 50
» » Ed. 10 . . . 20
» » Ed. 12 . 31, 393
Systema vegetabilium 47
Öländska o. gothländska resa 330
Medlem af Het zeeuwsche genootschap i Vlissingen . . . 311
Recept mot ögonsjukdom . . 43
Resa i Västergötland 273
Sergels gipsmedaljong af Linné 409—413
Sjuk 335, 414
Species plantarum, Ed. 1, engelsk recension 102
Systema naturæ, Ed. 12, Vol. 3 i holländsk öfvers. 306
Vistelse på Drottningholm . . 260
Linné, C. von, d. y. 32, 35
Lister, M. 250. 251
Lobelia 222
Loefling, P. 123, 152, 154, 156, 158, 340
Loeflingia . . . . . 298—300
Lonicera 113, 115
Loosa 296
Lovisa Ulrika 3
Luc, de 260
Ludwig, C. G. . . . 68, 69, 138, 139
Ludwigia . . 108, 109, 112, 114, 122
Lychnis 21, 23
Lygeum 123
Lygostema 343, 347
Löfsprickningen i Italien 1763 . 79

Sid.
Malva Sherardiana 87, 89
Mandubi d'Angola 34
Manetti, S. 125, 127, 128, 131
Mappus, M. 39, 40
Marcgravius, G. 34
Marion 164
Marshall, H. 165
Martini, F. H. W. 267, 268
Massow 269
Mead, R. 102, 103
Melastoma 217
Melicoccus 343, 348
Melissa maxima 85, 87, 89
Merian, M. S. 15, 18
Merinthus 8, 11, 15
Messerschmid, D. G. 55, 56, 60, 62
Metopium 343, 347
Meuschen 363
Michaelis, J. D. 105, 258, 260
Michaelson 116
Mied 98
Millan 345, 349
Miller, Ph. . 37, 38, 45, 53, 94, 101, 252, 344
Mimoglossa 8, 12, 15
Mœhring, P. H. G. 115, 116
Moltke, A. F. G. . . . . 376—379
Moltke, A. G. 259, 277
Molucella frutescens . . . 28, 32, 45
Moneria 125, 134
Monson, A. 286
Montalbano, O. 326, 327
Monti, Gaët. 87, 88, 90, 228
Monti, Gius. 232, 234, 235
Morbus miliaris 26
Moreni, G. C. 90, 91
Morison, R. 33, 34, 63
Mosheim, J. L. von 262, 263
Moyencourt, J. 70, 72
Müller, Ph. L. S. . . . 304, 307, 308
Münchhausen, G. A. von 259, 260, 262
» O. von 140, 141, 259—263
Münter 368
Muret, J. F. 19
Murray, A. 269
Murray, J. A. 48, 137, 139, 140, 262, 311

Sid.
Musa 332, 335
Mylius, C. 97, 98

Narthex 8, 11, 15
Necker, N. J. von . . . 141, 268, 269
Niebuhr, C. . . . 105, 106, 282—284, 385, 386, 389
Nissolia 117, 119, 121, 125

Oeder, G. Ch. 100, 104, 105, 257, 259
Oedera 408
Olearius, A. 258, 260
Ophicyamus 9, 12, 17, 18
Opobalsamum 92, 278, 279
Ortega, J. 158
Orukoria 12, 14
Oryza 118
Osborne & Shipton 341
Oscinis frit 111

Palilia 8, 10, 15, 18
Pallas, P. S. 289, 290, 291, 292, 297, 304, 306, 308, 310, 392, 394, 399, 401, 412
Papia 25, 228
Papilio Leucothoe 406
Pataroli, Fr. 90, 91
Patella 387, 398, 402
Patrick 357
Pedicularis 21
Pennant, Th. 377, 378, 387, 388, 401
Petit, Fr. P. de 52, 53
Phasianus cristatus 400, 403
Philipps 175
Phragmites 8, 11, 15
Phrygan(i)um 8, 15
Phyllitis 117
Pietia 5
Pilularia 108, 109, 122
Pinard, B. 74
Pinguicula 170
Piso, G. 34
Planaria alpina 44
Plancus, J. . . . . 21—23
Planer, J. J. 141
Plinia 8, 10
Plinius 104

Sid.
Plukenet, L. 10, 11, 309
Plukenetia 108, 109, 112, 114
Plumier, C. 5, 323, 324
Polygonum minus lentifolium 129, 131
Pontoppidan, E. 101, 103, 247
Popowitsch, J. S. V. 277
Porst 97
Portlandia 343, 347
Prock, von 350
Prockia 350
Psoralea 229, 232, 235
Psycotrophum 343, 347
Purpura alba 26
Pyxidaria 35, 39, 41, 42

Quer y Martinez, J. 406, 410

Rappolt, K. H. 364, 365
Rathgeb, J. von 74, 75
Rauwolf, L. 102, 103
Ray, J. 200, 202
Réaumur, A. R. F. de 203, 313, 314
Regenfuss, F. M. . . . 257, 259, 385
Rénard, L. 98, 99
René & Joselin 350
Reventlow, C. D. F. 415, 416
» J. L. 415, 416
Rey 344
Rhabarbarum 93
Rhexia 219
Rhinoceros . . . . . 273—275
Richter, C. F. 364, 365
Ricinus 322
Rinman, S. 71, 72
Ripidium 9, 12, 17, 18
Roberg, L. 337, 368, 372
Roederer, J. G. 264, 265
Roell, W. . . 299, 303, 306, 307, 312
Roesel, A. J. 385
Rohen, van 357
Rolander, D. 108
Rottböll, C. F. 418, 419
Rouen, Academie des sciences, belles-lettres et arts 71
Royen, A. van, 65, 97, 98. 189, 196, 201, 216, 226, 325, 392, 394
Royen, D. van . . . . . 97—99

Sid.

Rudbeck, A. Fr. 73, 74
» C. Fr. 73, 74
» J. O. 337
» O., d. y. 337
Rumpf, G. E. 118
Ruppius, H. B. 138, 139
Ryberg, N. 388
Rzaczynski, G. 333, 364

Salicornia 113, 115, 246, 248
Salvador, J. 161, 162
Salvia 87, 89, 93
Salvinia 108, 109
Sandefort, E. 306
Santalum 323, 326
Sapota 129, 131
Sarcomphalus 343, 348
Sauvages de la Croix, F. B. de 43, 44, 113, 120, 123, 154, 155, 252
Sauvagesia . 108, 109, 112, 114, 352
Scarabæus 385, 395, 396, 402
Scariphus 8, 11, 15
Sceptrum Carolinum 337
Scheidenburg, D. 156, 158
Schelhammer, G. Chr. 368
Schepin 99
Scheuchzer, J. 187, 188, 193
Schildt, J. 247
Schinus molle 162
Scindapsus 8, 12, 15
Schlosser, J. A. 298, 299
Schlözer, A. L. von . 136, 137, 259, 264, 265
Schoumann 291
Schouten, S. van . . . 172, 186, 187
Schreber, J. C. D. 138, 139
Schäffer, J. Chr. . . . 267, 308, 309
Scolopax 395
Scopoli, G. A. . 312, 404—407, 410, 418, 419
Scorturinsky 201
Seba, A. 267, 288, 336, 401
Secale cereale 136
Seguier, J. F. 21, 22, 33
Seguiera 120, 121, 125
Seliphillum 118
Sepp, C. 294, 297, 299, 312

Sid.

Seris 8, 12, 16
Sesamum 217
Sesler, L. 90, 91
Sherard 101
Short, T. 166
Sibthorp, H. 101, 103
Sicelium 343, 347
Sida 220
Siegesbeck, J. G. . . . 51, 53, 55—57
Simon 71
Sissytus 16
Slabber, M. 312, 313
Slevogt, J. H. 364, 365
Sloane, H. . . 50, 101, 214, 309, 328
Slökornflugan 111
Sohlberg, C. 173, 174, 175, 178, 180, 181, 183, 184, 188, 193, 196, 205
Solander, D. 150—152, 286, 400, 418
Sorbus hybrida 266
Sparre af Söfdeborg, L. S. 154, 155
Spengler, L. 106, 257, 259, 381, 384, 385
Spielmann, J. R. 140, 141
Spies, J. C. 364, 365
Spigelia 223
Spiroploca 9, 17, 18
Spreckelsen, J. H. von 368
Squalus 258, 261
Staehelin, B. 100
Steinkuhl, Chr. 275, 276
Ström, H. 376, 380, 386, 387
Störkia 408
Surian, J. D. 127
Sus æthiopica 398, 403
Swab, A. 413
Swammerdam, J. 181, 182, 185, 186, 188—190
Syssitus 8, 16

Tabernaemontana 224
Tænia hydatigena 292
Teilmann, T. R. 105, 390
Ternström, C. 386
Tesdorpf, P. H. 257, 260
Tetrao 157
Tetrodon 302
Thalia 9, 119, 121
Thalictroides 60, 63

Sid.

Thea 323, 326
Thott, O. 388
Tilli, M. 230, 231
Toërnicke 276
Tournefort, J. P. de . . 70, 72, 327
Tradescantia 224
Trembley, A. 102, 103
Trew, C. J. 342
Trichogamila 343, 348
Tringa 105
Triumpheto, M. 234, 235
Tropæolum 39, 40
Tryphalæa 8, 11, 12, 16
Turra, A. 80, 81, 82, 90
Typhalæa 8, 11, 12, 16

Uranoscopus 301
Urena 9, 11, 12

Wachendorff, E. J. von . . 99, 100
Wadström 311
Wagler, C. G. 264, 265
Wagner, J. G. 26
Vaillant, S. 120
Valentijn, F. 393
Valerianella nemorosa repens etc. 60, 62
Wallerius, J. G. 95, 156
Vallisnieri, A. 77, 264, 265

Sid.

Vandelli, D. . . . 77, 82, 90, 409, 410
Wargentin, P. W. 283, 284
Varronia. 343, 347
Vater, C. 364, 365
Watson, W. . . . . 101—103
Watsonia 101
Wedel, G. W. 364, 365
Weiss, F. W. 268
Wendt, C. 415, 416
Wilcke, J. C. 283, 284
Willem V af Oranien 99
Winter 180
Visiani, R. de 85
Wishof, C. . . . . 172, 178—181, 195
Voet, J. E. 294, 304, 307
Vogel, R. A. 140, 141
Wolff, J. L. 275, 276
» J. P. . . . . 138—140
Voltaire, F. M. A. de 136
Vosmaer, A. . 97, 99, 308, 312, 313, 401, 403

Xanthoxylum 343, 346
Ximenia 10, 13, 119, 121

Zanoni, G. 48
Ziervogel, F. 306
Zizania 121, 125
Zoega, J. 257, 259, 413, 414

Rättelser

till Linnés bref till Allioni. (Jämför företalet.)

Sid.	21	rad	7	står	est, läs ast
»	21	»	10	»	minima est, läs minime . est
»	21	»	13	»	Lepidium, läs Lepidum [!]
»	21	»	16	»	hic, läs sic
»	21	»	30	»	. . . pari, läs impari
»	22	»	4	»	alp., läs alpi.
»	33	»	1	»	spec., läs specier.
»	33	»	18	»	est, läs erat
»	38	»	27	»	Car., läs Carl:
»	38	»	30	»	memini, läs memini me
»	38	»	36	»	offendebam, läs ostendebam
»	39	»	1	»	Lindera, läs Lindern
«	39	»	7	»	non possum, läs nequeo
»	39	»	12	»	prostat, läs protast [!]
»	40	»	1	»	inclusa, läs inclusas
»	40	»	1—2	»	4quetra, läs ligustr. [?]
»	43	»	17	($\beta\beta$	utgår
»	43	»	22	står	Forskohlia, läs Forskohlea
»	43	»	26	»	altheæfol., läs altheæifol.
»	47	»	16	»	similiter, läs simiter [!]
»	47	»	21	»	desideratissimæ, läs desideratissime
»	47	»	26	»	ex ea, läs in ea
»	47	»	31	»	Elephantopi, läs Elephantop
»	48	»	21	»	ut, läs uti
»	48	»	28	»	inundat, läs inundant

QH
44
U8
ser.2
v.1

Uppsala. Universitet
Bref och skrifvelser

BioMed.

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY